



Compt. Gen. R.





# ANALECTA HYMNICA

MEDII AEVI.

Herausgegeben

von

**Clemens Blume** und **Guido M. Dreves.**

---

XXXIII.

PIA DICTAMINA.

**Reimgebete und Leselieder**

des

**Mittelalters.**

Sechste Folge.

---

Leipzig.

O. R. Reisl and.

1899.

PIA DICTAMINA.

---

Reimgebete und Leselieder  
des  
Mittelalters.

Sechste Folge.

Aus  
Handschriften und Wiegendrucken

herausgegeben

von

**Clemens Blume**


S. J.



Leipzig.

O. R. Re i s l a n d.

1899.



JUN - 8 1928

10813



## VORWORT.

---

Der vorliegende Band bringt die stattliche Series der Reimgebete und Leselieder, die mit dem 15. Bande eröffnet und im 29. bis 32. fortgesetzt wurde, zum Abschluss. Dafs dieses nicht gleichbedeutend sein soll mit Abschluss der Hymnen-Publikation überhaupt — Hymnen hier in des Wortes weiterer Bedeutung —, scheint an sich doch selbstverständlich. Da aber eine ähnliche Bemerkung im 23. Bande, welcher die Schlusslieferung der liturgischen Hymnen im engeren Verstande dieses Wortes bildete, von einigen mißverstanden wurde, sei hiermit ausdrücklich bemerkt, dafs noch die ganze Series der Psalterien und ein bedeutender Teil der Sequenzen aussteht, abgesehen von Gruppen liturgischer und auferliturgischer geistlicher Dichtungen, die bestimmten Autoren zuzuschreiben sind, und von einer Blütenlese rhythmischer oder metrischer Tropen. Daran werden sich Nachträge reihen und die Herausgabe schon anderweitig edierter Hymnen aus Originalquellen, ohne dafs hier das Programm betreffs letzterer näher bezeichnet werden soll.

Aufser den *Pia Dictamina* auf die Engel und Heiligen, welche in alphabetischer Reihenfolge aufgeführt sind, bietet dieser Band mehrere *Diversa* oder *Moralia*, von denen schon im 15. Bande einzelne Proben vorgelegt wurden. Wenn nicht bei allen, so doch bei einigen derselben kann der berechtigte Zweifel entstehen, ob sie noch der religiösen Lyrik beizuzählen sind und somit einen Unterschupf im Gehege der Hymnologie beanspruchen dürfen, oder ob sie ins Gebiet der weltlichen Lyrik, speciell der Satyre, verwiesen werden müssen. Dem asketischen Dichter, als welchen der Sänger von Reimgebeten und Leseliedern sich kennzeichnet, steht es ja frei, die ganze Skala der verschiedensten Affekte zu durchlaufen, und dabei kann es ihm nicht verwehrt

sein, bei Spott- und Rügeliedern gegen Welt und Laster auch im Stil und in der Sprache des weltlichen Lyrikers sich den satyrischen Launen seiner Muse zu überlassen. Letzterer hingegen wird des religiös-geistlichen Momentes bei seinen Satyren des öfteren nicht ganz entraten können oder wollen. Wer möchte da bei jedem Einzelfalle die Grenzscheide scharf ziehen?

Es genüge, diese Stücke wenigstens als auf der Grenzscheide stehend bezeichnet zu haben, ohne über ihren geistlichen oder rein weltlichen Charakter das lösende Wort sprechen zu wollen. Sie sind deshalb als Anhang beigefügt. Wenn der Verfasser des Repertorium hymnologicum „tout pièce satyrique“ aus dem Repertoire der Hymnendichtung ausgeschlossen wissen will, so ist das theoretisch unberechtigt und praktisch von ihm selbst keineswegs ausgeführt worden. Neben manchen satyrischen Liedern, die als geistliche mit Recht im genannten Repertorium verzeichnet sind, haben eben dort nicht wenige Aufnahme gefunden, die ganz entschieden als weltliche auszumerken sind.

Wien, 13. März 1899.

**Clemens Blume.**

I.

DE SANCTIS.

---

BQ  
5253  
.A5  
v.33



## 1. De Omnibus Sanctis.

1. O beata trinitas,  
    Rectrix saeculorum,  
Una et par deitas,  
    Unus rex caelorum,  
Pater, nate, spiritus,  
    Precibus sanctorum,  
Quaeso, me de funibus  
    Solve peccatorum.
2. Ave, maris stellula,  
    Rosa puritatis,  
O Maria, cellula  
    Summae trinitatis,  
Angelorum speculum,  
    Aula pietatis,  
Ora, mater, filium  
    Nostris pro peccatis.
3. Salveto archangele  
    Michael beate,  
Turmae tu uranicae  
    Princeps noninate,  
Qui pugnando fortiter  
    Zabulum sprevisi,  
Regnaturum iugiter  
    Fac me caelo sisti.
4. Angele, qui meus es  
    Custos, ave, bone,  
Nunc et omni tempore  
    Salvum me dispone,  
Pelle procul zabulum  
    Mortis in agone,  
Intra caeli gaudium  
    Animam repone.
5. Salve, mater aurea,  
    Anna amorosa,  
Stirpe regum genita,  
    Valde generosa,  
Iuva nosmet tertia  
    In hac criminosa  
Vita, Iesu avia,  
    Dulcis et formosa.
6. Salve, Adam, maxime  
    Protoplaste Dei,  
Microcosme nobilis,  
    Memor esto mei,  
Quem a Deo credimus  
    De limo formatum,  
Natum fac me fieri  
    Dei adoptatum.
7. Salve, sancte Moyses,  
    Princeps prophetarum,  
Doctor et dux inclite  
    Israelitarum,  
Per quem nobis caelicam  
    Deus dedit legem,  
Tuis placa meritis  
    Mihi caeli regem.
8. Salve, David, regie  
    Vates et psalmista  
Ac divini pneumatis  
    Dulcis citharista,  
In conspectu Domini  
    Meas rege vias,  
Fac me pure canere  
    Deo psalmodias.
9. Salve, pater Ioachim,  
    Pater venerande,  
Angelorum, Cherubim  
    Laude praedicande,  
Patriarcha celebris  
    Semper salutande,  
Cum dilecta coniuge  
    Portam caeli pande.
10. Salve, vir spectabilis  
    Ioseph, o Mariae  
Sponse, tu amabilis  
    Tutor et Messiae,  
Fac mihi placabilis  
    Sit Mariae natus,  
Tibi tam affabilis  
    Prece rogatus.

11. O praecursor Domini,  
Iohannes Baptista,  
Praecellentis meriti  
Vates et legista,  
Verbi vox, par angelis,  
Potens agonista,  
Confer pacem famulis  
Proelia post ista.
12. Patriarchae veteres,  
Omnes vos beati,  
Et prophetae celebres  
Pneumate adflati,  
Quorum est ex semine  
Deus homo natus,  
Meos vestris meritis  
Solvite reatus.
13. Petre beatissime,  
Dux apostolorum,  
Claviger aetheree,  
Ianitor caelorum,  
Veritatis regula,  
Fidei et morum,  
Prece tua vincula  
Laxa peccatorum.
14. Salve, lux fidelium,  
Vas electionis,  
Paule, doctor gentium,  
Flos dilectionis,  
Sidus apostolicum,  
Caeli micans donis,  
Porrige suffragium  
Tempore agonis.
15. Salve, maior Iacobe,  
Salve, lux caelorum,  
Christo iunctus sanguine,  
Regi saeculorum,  
Doctor et apostole  
Dulcis Hispanorum,  
Tuo fac nos munere  
Computes sanctorum.
16. Salve, princeps maxime  
Evangelistarum,  
Iohannes apostole,  
Lux ecclesiarum,
- Mihi, quaeso, obtine  
Dona gratiarum,  
Locum paenitentiae,  
Veniam culparum.
17. Salve, vir dignissime,  
Caelorum senator,  
O Andrea maxime,  
Crucis praedicator,  
Tu, qui primus Domini  
Eras imitator,  
Sis in fine saeculi  
Bonus mediator.
18. Salve, Thoma Didyme,  
Sol Christianorum,  
Indorum apostole  
Et lux populorum,  
Qui palpasti vulnera  
Christi resurgentis,  
Iram mei iudicis  
Placa saevientis.
19. Salve, sancte Iacobe,  
Mundi supplantator,  
Iesu consanguinee  
Vitaecque sectator,  
O sancte apostole  
Et patrone care,  
Pro me, precor, sedule  
Digneris orare.
20. O lampas ecclesiae  
Fideique sator,  
Philippe clarissime,  
Orbis illustrator,  
Precor te, apostole,  
Mihi quem elegi,  
Ut commendes iugiter  
Me caelorum regi.
21. Salve, vir mitissime,  
O Bartholomaeae,  
Nobilis apostole,  
Vitae tutor meae,  
Qui pro Christi nomine  
Es excoriatus,  
Fac, ut sit propitius  
Mihi Dei natus.

22. O Matthaeae inclite,  
Domini symmista,  
Nobilis apostole  
Et evangelista,  
Quibus Deum hominem  
Factum declarasti,  
Fac, ut per te corpore  
Menteque sint casti.
23. O Simon clarissime,  
Precor, caelestine,  
Nobilis apostole,  
Christi consobrine,  
Munus mihi impetra  
Caritatis binae  
Sanctaque carismata  
Deitatis trinae.
24. Thaddaeae dulcissime,  
O amice Dei,  
Cum germano Simone  
Memor esto mei,  
Me confirma tempore  
Noctis et diei  
Fidei munimine  
Atque sanctae spei.
25. Salve, evangelicae  
Doctor veritatis,  
O Matthia, nuntie  
Sanctae trinitatis,  
Tu, qui in apostolum  
Es electus sorte,  
Fac, ut per te pateant  
Mihi caeli portae.
26. Omnes vos apostoli  
Nostri redemptoris  
Sanctique discipuli  
Iesu salvatoris,  
Vos cum coetu omnium  
Evangelistarum  
Donum mihi poscite  
Dei gratiarum.
27. Salve, Christi pugilum  
Signifer beate,  
Protomartyr Stephane,  
Miles lapidate,
- O levita candide,  
Fulgens puritate,  
Posce donum animae  
Plenum caritate.
28. Christi martyr inclite,  
Decus athletarum,  
O Laurenti, maxime  
Splendor levitarum,  
Dispensator optime  
Rerum divinarum,  
Mea, quaeso, dirime  
Vincula culparum.
29. O Vincenti, assecla  
Dei qui fuisti,  
Per virtutum opera  
Mundo effulsisti,  
Dum tormenta varia  
Fortiter vicisti,  
Mihi reo mitiga  
Iram Iesu Christi.
30. Salve, vir clarissime,  
O Sebastiane,  
Martyr Dei strenue,  
Miles christiane,  
A peste morbifera  
Scro atque mane,  
Quaeso te, me libera  
Stygioque cane.
31. Maxime pontificum,  
Princeps confessorum,  
O Erasme, speculum  
Pastorque pastorum,  
Martyr robustissime,  
Victor tormentorum,  
Sis tuorum sedule  
Memor famulorum.
32. Salve, decem milium  
Martyrum famose,  
O Achatii, signifer  
Et dux gloriose,  
Tuis cum sodalibus  
Pro me, precor, ora  
Et culparum omnium  
Veniam implora.

33. Christi martyr inclite,  
Decus athletarum,  
O Georgi, maxime  
Splendor tenebrarum,  
Miles invictissime  
Duxque Clusinorum,  
Nostra, precor, dirime  
Vincula malorum.
34. O Mauriti inclite,  
Princeps beatorum  
Legionis militum  
Sacrae Thebaeorum,  
Martyr o spectabilis,  
Audi devotorum  
Tuis nunc cum sociis  
Preces famulorum.
35. Omnes sancti martyres  
Mundique victores,  
Iesu Christi milites  
Atque pugnatores,  
Qui vicistis genera  
Saeva tormentorum,  
Nostra, precor, vincula  
Solvite nervorum.
36. Salve, par apostolis,  
Lux episcoporum,  
O Martine nobilis,  
Medicina morum,  
Suscitator humilis  
Trium mortuorum,  
Aufer pestem corporis,  
Pondus vitiorum.
37. Nicolae, pontifex  
Mirae sanctitatis,  
Sis salutis opifex  
Nostrae pravitatis,  
Uctionem impetra  
Tibi dedicatis  
Et post mortem caelica  
Regna cum beatis.
38. O Gregori maxime,  
Pastor Romanorum  
Gentis et apostole  
Nobilis Anglorum,  
Audi nos, o praesulum  
Regula cunctorum,  
Et disrumpe scelerum  
Vincula nostrorum.
39. Salve, vir clarissime,  
Lux catholicorum,  
O Ambrosi inclite,  
Splendor confessorum,  
Magistrorum optime  
Doctorque doctorum,  
Pia vota suscipe  
Tibi devotorum.
40. Salve, decus praesulum,  
Sol theologorum,  
Augustine, speculum  
Luxque clericorum,  
Extirpator criminum,  
Mucro perfidorum,  
Ora pro me Dominum  
Cum coetu doctorum.
41. Salve, lux ecclesiae,  
Falx haereticorum,  
Doctor, o Ieronyme,  
Gloriose morum,  
Divinorum maxime  
Interpres librorum,  
Pro me bona loquere  
Domino deorum.
42. Salve, mundi speculum,  
Pater Benedicte,  
Monachorum omnium  
Princeps o invicte,  
Fac praecepta regulae  
Me servare stricte,  
Vivere in ordine  
Vere et non fecte.
43. Salve, Maure, nobilis  
Dux discipulorum  
Benedicti, principis  
Divi monachorum,  
O lux nostri ordinis,  
Stella confessorum,  
Placa tuis meritis  
Regem saeculorum.



44. Salve, martyr Placide,  
Christi athletarum  
Comes invictissime,  
Lux coenabitarum,  
Benedicti assecla,  
Sidus mundi clarum,  
Nos in ista adiuva  
Valle lacrimarum.
45. Salve, Paule inclite,  
Dux eremitarum  
Et princeps clarissime  
Anachoritarum,  
Sine dolo socius  
Israelitarum,  
Ad me veni protinus  
In fine horarum.
46. O Antoni maxime,  
Salus monachorum,  
Dux orientalium  
Luxque populorum,  
Gloriose daemonum  
Victor malignorum,  
Per te sim caeligerum  
Consors gaudiorum.
47. Salve, Christi assecla,  
Spretor mundanorum,  
O Arseni, regula  
Recta monachorum,  
Patrum lux et lilium  
Eremi cultorum,  
Placa mihi Dominum,  
Regem angelorum.
48. Iubila, mellifue  
Doctor devotorum,  
O Bernarde, maxime  
Institutor morum,  
O divina caelibum  
Normula cunctorum,  
Posce mihi scelorum  
Veniam meorum.
49. Salve, o Dominice,  
Dux praedicatorum  
Et fundator ordinis,  
Per doctrinam morum  
Convertens ad Dominum  
Turbas populorum,  
Sis adiutor omnium  
Ad te conversorum.
50. O Francisce, caelice  
Dei contemplator,  
Summus evangelicae  
Vitae praedicator,  
Stigmatum seraphice  
Christi exemplator,  
Noster contra zabulum  
Sis auxiliator.
51. O beati Magi tres,  
Vos virtutum flores  
Primique ex gentibus  
Christi confessores,  
Quem laudastis munere  
Trino tunc infantem,  
Hunc orate nunc pro me  
In caelo tonantem.
52. Salve, vir spectabilis,  
Comes palatine,  
Antistes ecclesiae  
Tu Hildesianae,  
Divo qui coenobium  
Fundas Michaeli,  
Gaudiis post obitum  
Iungito nos caeli.
53. Omnes beatissimi  
Christi confessores,  
Eremitae, monachi  
Cunctique doctores,  
Qui tempsistis gaudia  
Pro Christo terrena,  
Nos, precamur, ducite  
Caeli ad amoena.
54. Salve, sancta Agatha,  
Dulcis et benigna,  
Martyr Christi fulgida  
Sponsaque praedigna,  
Quae vicisti gravia  
Pro Christo tormenta,  
Ante Deum precibus  
Pro me sis intenta.

55. Salve, rosa martyrurum,  
Agnes, virgo grata,  
Per amoris annulum  
Christo subarrhata,  
Inclito martyrio  
Fulges purpurata,  
Ora pro me misero  
Deleque peccata.
56. Salve, Apollonia,  
Virgo peramoena,  
Virginum lux splendida  
In virtute plena,  
Tuum ob martyrium,  
O pudoris vena,  
Barathri ac dentium  
Salva nos a poena.
57. Sancta confer Barbara  
Regni portionem,  
Tua propter merita  
Atque passionem,  
Mei, tui famuli,  
Tutum fac agonem  
Corporis Dominici  
Per susceptionem.
58. Sponsa Christi florida,  
Salve, Dorothea,  
Quae a Deo diceris  
Nobis data dea,  
Sanctis tuis meritis  
Mens firmetur mea,  
Morum semper copia  
Crescat ut in ea.
59. Martyr invictissima,  
Salve, Margareta,  
Quae divino fueras  
Numine repleta,  
Dum draconem viceras,  
Fortis o athleta,  
Perduc me ad agmina  
Beatorum laeta.
60. Salve, prudentissima  
Virgo Katharina,  
Regis Costi filia,  
Martyr et regina,  
Rogo, mihi impetra  
Munera divina,  
Cor refertum gloria  
Atque disciplina.
61. Salve, sancta Ursula,  
Mundum quae sprevisi,  
Virgo constantissima,  
Ob amorem Christi  
Tuis cum sodalibus  
Sanguinem fudisti,  
Serva me ab hostibus  
Et a morte tristi.
62. Cum patronis omnibus  
Meis vos, beatae  
Virgines castissimae,  
Pro me supplicate,  
Virginis me filio  
Reconciliate,  
Mortis in articulo  
Ad me properate.
63. Salve, Iesu Domini  
Nobilis amatrix,  
Huius o Elisabeth  
Saeculi calcatrix,  
Sanctae elemosynae  
Larga dispensatrix,  
Precor te, sis animae  
Meae dispensatrix.
64. O Maria vernula  
Christi Magdalena,  
Spei primiceria,  
Caritate plena,  
Norma paenitentiae,  
Prece me serena  
De peccatis erue  
Et de Stygis poena.
65. Igitur vos pariter  
Omnes, ad quos clamo  
Quosque specialiter  
Veneror et amo,  
De culparum nexibus  
Et de mortis hamo  
Solvite me citius  
Caritatis ramo,

66. *Poscite prudentiam  
Et cum caritate  
Firmam patientiam  
In adversitate,  
Sanctam continentiam  
Cum sobrietate  
Et oboedientiam  
Cum humilitate.*
67. *Mihi Dei gratiam,  
Quaeso, impetrate,  
Vestram per instantiam  
Dominum placate,  
In extrema horula  
Simul me iuvate,  
Cuncta adversantia  
A me propulsate.*
68. *Omnes sancti angeli,  
Patres et prophetae,  
Nobis cum apostolis  
Pacem obtinete,  
Confessores, martyres,  
Virgines, athletae,  
Delictorum maculas  
Precibus delete.*
69. *Omnes sancti simulque  
Et vos sanctae Dei,  
Pro me intercedite,  
Mementote rei  
Coram Christo iudice,  
Obitusque mei  
Post finem me iungite  
Sanctae requiei.*
70. *Praesta, sancta Trinitas,  
Mihi patronorum  
Meorum per merita  
Gaudia caelorum;  
Tibi laus et gloria,  
Deus angelorum,  
Nunc atque per saecula  
Cuncta saeculorum.*

Cod. Guelfenbyteran. Helm. 1076. saec. 15. — Nach Str. 42 ist der Verfasser ein Benediktiner, nach Str. 52 wahrscheinlich aus der Abtei St. Michael in Hildesheim.

## 2. De Omnibus Sanctis.

1. *O pater ingenite,  
Omnium creator,  
Atque unigenite,  
Vitae reparator,  
Sancteque paraclite,  
Mitis consolator,  
Deus unus credite,  
Noster sis tutator.*
2. *O Iesu castissima  
Genetrix, Maria,  
Virgo prudentissima,  
Clemens, dulcis, pia,  
Fac, Christi carissima,  
Nos finita via  
Caeli suavissima  
Frui melodia.*
3. *O vos archangelici  
Spiritus beati  
Simulque angelici  
Chori Deo grati,  
Estote causidici  
Nostri, ut purgati  
Valeamus adici  
Summae claritati.*
4. *O vos venerabiles  
Dei praelecti,  
Patriarchae nobiles,  
Viri circumspecti,  
Deo nos odibiles,  
Vitiis infecti,  
Fiamus amabiles  
Per vos et dilecti.*

5. O prophetae, flamine  
Divino repleti,  
Praefantes de virgine  
Nasciturum laeti  
Christum, cuius nomine  
Hostes sunt deleti,  
Vestros nos precamine  
Iungite quieti.
6. O Baptista, clarius  
Pollens vi amoris,  
Qui fuisti praevis  
Christi salvatoris,  
Nobis hic inferius  
In valle maeroris  
Fac ut sit propitius  
Deus cunctis horis.
7. O Petre apostolice,  
Princeps ceterorum,  
O Paule benevole,  
Doctor populorum,  
O veri christicolae,  
Socii eorum,  
Per vos simus accolae  
In regno caelorum.
8. O vos evangelii  
Sacra scriptores,  
Doctores egregii,  
Fidei cultores,  
In die iudicii  
Nostri defensores  
Sitis, ne nos impii  
Crucient tortores.
9. O sacra collegia,  
Pulchra, rubicunda  
Martyrum, qui omnia  
Spernentes immunda  
Tradidistis propria  
Poenis membra munda,  
Nos ad caeli gaudia  
Ducite iucunda.
10. O devoti famuli,  
Sobrii, pudici  
Confessores, saeculi  
Huius inimici,  
Vestri nunquam servuli  
Stygis dentur pici,  
Sed vestro consortio  
Iungamur felici.
11. O puellae languidae  
Christi caritate,  
Castitate candidae,  
Angelis aequatae,  
Virgines praefulgidae  
Vitae sanctitate,  
Vivere intrepide  
Nobis impetrate.
12. O Deus, qui praemium,  
Virtus, laus et honos  
Es sanctorum omnium  
Te per dulces sonos  
Semper collaudantium,  
Nos effectos bonos  
Trahe post exsilium  
Ad caelestes thronos.

Orat. ms. Tegurinum saec. 15. Clm. Monacen. 20001. A. — Orat. ms. Tegurinum anni 1470. Clm. Monacen. 20021. B. — Orat. ms. Tegurinum saec. 15. Clm. Monacen. 20124. C. — Orat. ms. Underdorfense saec. 15. Clm. Monacen. 7815. D.

### 3. De Omnibus Sanctis.

1. Caeli sacri principatus  
Operentur, ut sit datus  
Nobis fructus caelicus.
2. Patriarchae, viri iusti  
Praestent, ut simus adusti,  
Ut gustus sit fellicus.
3. Prophetae, qui hic scripserunt,  
Quod honorum bona erunt,  
Nos bonos efficiant.
4. Apostoli, Dei faces,  
Donent, ut sicut veraces  
Et nos pios faciant.

5. Martyres in bello fortes                      6. Confessores mansueti  
Praestent, ut simus consortes                  Donent, ut simus quieti  
Ipsorum in praemio.                              Et in Dei gremio.
7. Virgines Deo placentes  
Dent, ut simus resplendentes  
In caeli palatio.

Cod. Univ. Patavin. (ol. S. Iustinae) 1328. saec. 14/16. — 2, 3 Ut gustus felix. Soll der Sinn sein: möge uns weltliche Lust vergällt werden?

#### 4. De Omnibus Sanctis.

1. Salvete, principes omnes heroici  
Caelestis patriae, preces suscipite,  
Salutem poscite et mala pellite,  
Ut serviamus Domino.
2. Mariam virginem, sanctorum kyriam,  
Extollat laudibus virtus seraphica,  
Per quam homuncio repperit gratiam,  
Parentes quam amiserant.
3. O lux vivifica, accende intima  
Amoris facula, ut laudum flosculos  
Litemus angelis, quorum custodia  
Cingat nos in periculis.
4. En, sancte spiritus, nos viros colimus,  
Quos hora tertia musto repleveras,  
Donis carismatum; per horum merita  
Dele reatus criminum.
5. O Christi martyres, flores purpurei,  
Testes idonei, vestra constantia  
Det nos hilariter crucem salvificam  
Bailare post Dominum.
6. Gaudete, praesules, doctores incliti,  
Nec non et ceteri, quos vitae sanctitas  
Et morum claritas coniunxit Domino,  
Quem vos placate precibus.
7. Turma virginea, sole micantior,  
Per castimoniam fac nos contemnere  
Florem cum germine, quem offert hortulus  
Saecularis cupidinis.
8. Sanctorum omnium assint suffragia  
Matri ecclesiae, ut possit vincere  
Quaeque contraria et Deo vivere  
Per caritatis opera.

5. De Omnibus Sanctis.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Omnipotens, miserere,<br>Maria, semper assiste,<br>Ne deseras, Benedicte,<br>Angeli, nos custodite.              | 3. Sed in caritate sancta<br>Nunc nostra fiant omnia,<br>Ut victis culpis et hoste<br>Hanc vitam claudamus pie. |
| 2. Omnes sancti, succurrite<br>Nunc semper hic et ubique,<br>Ut nos crimen non iniquet,<br>Ne Deus aeternae damnet. | 4. Quare tunc nobis dicere<br>Audiamus Christi voce:<br>Venite, vos benedicti,<br>Possidete regnum caeli.       |
| 5. Gloria aeterno Deo,<br>Mariae et Benedicto,<br>Angelis et sanctis cunctis,<br>Quies sit aeva defunctis.          |   |

Orat. ms. Tegurinum anni 1470. Clm. Monacen. 20021. A. — Orat. ms. Tegurinum saec. 15. Clm. Monacen. 20124. B.

6. De Omnibus Sanctis.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Omnes sancti, dirigite<br>Nunc cursum vitae nostrae,<br>Sicut nostis velle Deum<br>Ad salutem animarum. | 3. Ut nunc omnibus mundanis<br>Nobisque ipsis relictis<br>Miti corde et humili<br>Sectemur filium Dei.     |
| 2. Omnia interiora<br>Nostra et exteriora<br>Deum collaudent de cunctis,<br>Tam prosperis quam adversis.   | 4. Observemusque mandata<br>Sua per sancta opera<br>Usque in finem non fecte,<br>In fide, spe et caritate. |
| 5. Quare nunc luantur culpae<br>Digna satisfactione,<br>Ut contriti et confessi<br>Semper apti simus mori. |  |

Orat. ms. Tegurinum anni 1470. Clm. Monacen. 20021 A. — Orat. ms. Tegurinum saec. 15. Clm. Monacen. 20124. B.

7. De Omnibus Sanctis.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Salve, redemptor Domine,<br>Qui passus es pro homine,<br>Nostra peccata hodie<br>Dele pro tuo nomine. | 3. Salve cum sanctis angelis,<br>Michael venerabilis,<br>Iuvamen miserabilis<br>Plebs petit et instabilis.      |
| 2. Salve, regina virginum,<br>Quae genuisti Dominum,<br>Hunc pro salute hominum<br>Exora, mater omnium.  | 4. Salve cum sanctis patribus<br>Omnibus atque vatibus,<br>Baptista Christi, suavibus<br>Caelorum ciba dapibus. |

- |  |   |
|--|---|
| <p>5. Salvete, terrae principes,<br/>Venturi quoque iudices,<br/>Regni Dei participes,<br/>Nos satiate pauperes.</p> <p>6. Salve, felix societas<br/>Martyrum, vestrum dignitas<br/>Nos protegat et pietas,<br/>Ne maculet iniquitas.</p> <p>7. Salve, cum confessoribus,<br/>Augustine, et doctoribus,<br/>Nos ab inferni foribus<br/>Custodi et doloribus.</p> | <p>8. Salve, o turba virginum,<br/>Quae flores sicut lilium,<br/>Precare Dei filium,<br/>Ut tollat molem criminum.</p> <p>9. Salveto, caeli curia,<br/>Salva nos ab iniuria<br/>Eripe et a furia<br/>Hostis, qui nutrit iurgia;</p> <p>10. Et post hanc vitam labilem,<br/>Brevem et lamentabilem,<br/>Nos semper fac amabilem<br/>Dei videre faciem.</p> |
|--|---|

Orat. ms. Augustinum saec. 15. Cod. Cremifanen. 413. — 1, 1 redemptor noster. — 2, 4 Ora mater. — 5, 4 satiatis. — 8, 1 o fehlt. — 9, 1 Salve tota caeli.

### 8. De Omnibus Sanctis.

#### Litania Metrica.

Nobis in munus se donet trinus et unus.  
Gloria sanctorum, memor esto, Maria, tuorum.  
Collocet in caelis nos sancta cohors Michaelis.  
Christi baptista, nobis ad opem miseris sta.  
Liberet a poena nos turba fratrum duodena.  
Martyrii sanguis sanet, quos vulnerat anguis.  
Nos confessorum prece dirige, Christe, tuorum.  
Christe puellarum turmis nos iunge sacraram.  
Nostra iuuet vota sanctorum contio tota.

Orat. ms. Carthus. Colon. saec. 15. Cod. Colonien. 28. — Diese litania metrica macht ganz den Eindruck, als bestehe sie aus 9 s. g. benedictiones ad lectt. noctt. Indes läßt sich die Sache nur vermuten, nicht nachweisen.

### 9. De sanctis Angelis.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Coram choris angelorum<br/>Vox erumpat canticorum<br/>In carmen laetitiae,<br/>Voci vita sit unita,<br/>Nova laude recensita<br/>Caelestis militiae.</p> <p>2. In suprema hierarchia<br/>Dulci canunt harmonia<br/>Christo caeli cardines,<br/>Sub electi monarchia</p> | <p>Gaudent novem melodia<br/>Angelorum ordines,<br/>Cum canora symphonia<br/>Celso promunt euphonia<br/>Mellitas dulcedines.</p> <p>3. Assistentes trini trino,<br/>Canticantes caelestino<br/>Digna dant praeconia<br/>Una throni cum Seraphim<br/>Ministrantes et Cherubim<br/>Regis ad obsequia</p> |
|---|--|

- Intendentes sapientes,  
Iusta quoque decernentes,  
Praesident in gloria.
4. In secunda hierarchia  
Clamant „Vale, vitae via,  
Qui das tuis praemia“  
Potestates et virtutes,  
Dominationes, duces  
Patrantes magnalia;  
Dominantes orbem ferunt,  
Potestates bella gerunt,  
Virtutes prodigia.
5. In extrema hierarchia  
Radiante luce dia  
Sunt, qui nos custodiunt,  
Principatus principantes,  
Archangeli revelantes,  
Angeli subserviunt.
6. O quam mira theoria,  
Quod sub trina hierarchia  
Praeter trinos ordines  
Caelum terris reseratur,  
Ut mens nostra rapiatur  
Supra caeli cardines.
7. Horum prece, pater patrum,  
Deus homo, frater fratrum,  
Pone nos in gloria,  
Et tu, virgo, mater matrum,  
Confer lucem tollens atrum  
In caelesti curia.

Cim. Monacen. (ol. Emmeramen) 14343. anni 1351. — 2, 7 cum corona. —  
3, 7 Incedentes. — 3, 8 Iuxta quodque.

### 10. De sanctis Angelis.

1. O virtutis infinitae  
Artifex, aeternae vitae,  
Tu conditor spirituum,  
Ordinasti expolite  
Novem choros trium rite  
Ierarchicorum situum.
2. Unaquaeque ierarchia  
Agmina sortitur tria  
Distinctis cum nominibus,  
Per hoc datur clara via,  
Ut credaris mente pia  
Unus trinus hominibus.
3. Ad hos facis sublevari,  
Qui virtute pollent pari  
Ex omnibus terrigenis,  
Qui te debent contemplari  
Et a quibus vis laudari  
Iugiter cum caeligenis.
4. Fac nos pios, gratiosos,  
Proximis obsequiosos,  
Ut pares simus angelis.  
. . . . .  
. . . . .  
. . . . .
5. Nos compassione mentis  
Cum bonorum incrementis  
Aequa virtutum statibus;  
Da vim hostis saevientis  
Resistendi temptamentis  
Similans potestatibus.
6. Fac, ut mundo elucemur,  
Principatum aequemur  
Sic sanctis stationibus;  
Da, ut carni dominemur,  
Qua subacta gloriemur  
Cum dominationibus.
7. Per sinceram aequitatem  
Ad thronorum paritatem  
In cunctis nos rectifica;  
Per noscendi claritatem  
Ipsam puram veritatem  
Nos Cherubim parifica.
8. Inflammati zelo toti  
Pares simus impermoti  
Sic ordini Seraphico;  
His, o Deus, culpae loti  
Conscribamur tamquam noti  
In libro theographico.



9. Est beatum supergresso  
Sanctis choris interesse  
Spirituum et hominum,  
Ubi vident tam expresse  
Et collaudant indefesse  
Semper te sanctum Dominum.

Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. — Nach 4, 3 fehlt eine auf die Erzengel bezügliche Halbstrophe. — 8, 4 clypeis loti. — 9, 4 Ubi videtur.

## II. De sanctis Angelis.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Seraphim, quae sunt amanda<br>Ardenter et honoranda,<br>Nos faciant diligere.       | 5. Potestates mundi vana,<br>Foeda, fluxa et profana<br>Nos faciant contemnere.       |
| 2. Cherubim, quae sunt scienda<br>Et quae sunt intellegenda,<br>Nos faciant percipere. | 6. Principatus, corpus prave<br>Cupit semper quod suave,<br>Nos faciant perstringere. |
| 3. Throni, quae sunt iudicanda<br>Iuste sunt et discernenda,<br>Nos faciant advertere. | 7. Virtutes, quae sunt timenda,<br>Magna mira et stupenda<br>Nos faciant pavescere.   |
| 4. Dominationes pravis<br>Documentis pravae avis<br>Nos faciant resistere.             | 8. Archangeli, qui proelia<br>Vincunt et portant lilia,<br>Nos faciant hoc facere.    |

9. Angeli, bona qui portant  
Cordi nostro et confortant,  
Nos faciant recipere.

Cod. Univ. Patavin. (ol. S. Iustinae) 1328. saec. 14/15. — 5, 1 vana mundi.

## 12. De sanctis Angelis.

- |  |   |
|--|---|
| 1. O milites angelici,<br>Robusti custodes nostri,<br>A ruina praeservati<br>Et in dono confirmati,                  | 3. Hostesque nostros crudeles,<br>Carnem, mundum et daemones<br>Vincamus semper fortiter,<br>Ne ruamus letaliter. |
| 2. Nobis semper assistite<br>Nunc in vita et in morte,<br>Ut abiciamus malum<br>Et perficiamus bonum,                | 4. Corda nostra et corpora<br>Vestra servate tutela<br>In Deo semper tranquilla<br>Et proximis utilia.            |
| 5. Quare nulla nos prospera<br>Infient nec frangant adversa,<br>Sed ad Deum et homines<br>Sancte simus conversantes. |   |

Orat. ms. Tegurinum anni 1470. Clm. Monacen. 20021. A. — Orat. ms. Tegurinum saec. 15. Clm. Monacen. 20124. B.

### 13. Ad s. Angelum Custodem

ante sacrum oratio.

1. O beate angele,  
Comes generose,  
Comes individue,  
Dux solaciose,  
Ambulans in croceis,  
Dei commensalis,  
Affluens deliciis,  
Comes socialis.
2. Eia, vivum speculum  
Summae claritatis,  
Nobile signaculum  
Sanctae trinitatis,  
Veni ad delicias  
Omnium sanctorum,  
Ad regales epulas  
Regis angelorum.
3. Veni ad convivium  
Regis delicatum,  
Contrectemus inclitum  
Verbum increatum,  
Panem suavissimum  
Pariter edemus,  
Uvae meracissimum  
Sanguinem bibemus.
4. In hoc sacrificio  
Diligens observa,  
Ne qua cogitatio  
Turpis aut proterva  
Mentem meam obruat  
Mole peccatorum,  
Neque intus polluat  
Flamma vitiorum.
5. Quaero neglegentiam  
Nullam committamus,  
Summam diligentiam  
Hic adhibeamus,  
Imbecillem adiuva,  
Debilem sustenta,  
Ructuent praecordia  
Gratiae fluenta.
6. Esca suavissima  
Tecum satiatus  
Maneam in gratia  
Dono Dei gratus,  
Ut per hoc viaticum  
Transeam securus  
Ad caeleste bravium  
Tecum gavisurus.
7. Ubi pro victoria  
Mundi consolamen  
In aeterna gloria  
Detur nobis. Amen.

Orat. ms. S. Albani Treviren. saec. 15. Cod. Treviren. 199.

### 14. De s. Angelo Custode.

1. In virtute maiestatis  
Illa, virtus angelica,  
Sub cuius sum custodiis,  
Mea te clamat anima.
2. Omni tua dulcedine  
Semper praesens me refove,  
Sit tua vigilantia  
Mihī semper melliflua.
3. O tu mi princeps angele,  
Cuius sacrae potentiae  
Me commisit divinitas,  
Quam colit christianitas,
4. Inter coetus angelorum  
Te veneror ut proprium,  
Inter coetus fidelium  
Tu me custodi proprium.
5. Tu familiarissimus,  
Tu sis mihi continuum  
Et familiarissimum  
Fac me tibi continuum.
6. Horis, momentis omnibus  
Mihī fias assiduus,  
Per omne vitae spatium  
Me fac tibi assiduam.

- |   |   |
|---|---|
| <p>7. Mentem meam tu protegas,<br/>Corpus meum custodias,<br/>Nihil adversi noceat,<br/>Sed vis tua me foveat.</p> <p>8. O quam mihi dulce esset,<br/>Te videre, si liceret,<br/>Si liceret osculari<br/>Tui pedem vestigii.</p> <p>9. Hic, precor, ut me diligas<br/>Totumque te exhibeas,<br/>Repellas adversarium,<br/>Veritatis inimicum.</p> <p>10. Per abrupta vitiorum<br/>Si me ire perspexeris,<br/>Pie reduc ad Dominum<br/>Per catenam caritatis.</p> <p>11. Non accuses infestanter,<br/>Sed mulceas temperanter<br/>Et de fonte maiestatis<br/>Stillam funde pietatis.</p> <p>12. Ut, quod meritis nequeo,<br/>Tua sancta precatio<br/>Obtineat apud Deum,<br/>Qui corda novit omnium.</p> <p>13. Hostis invidi callidas<br/>Tu averte insidias,<br/>Fraudes eius evacua,<br/>Me tuum semper adiuva.</p> | <p>14. O mi custos dulcissime,<br/>O mi custos carissime,<br/>Serva sacras vigilias,<br/>Ne expugnet impietas.</p> <p>15. Et si permittit iudicis<br/>Summe benigna pietas,<br/>Notum diem meae mortis<br/>Mihi, precor, ut facias.</p> <p>16. Cum transibo de corpore,<br/>Tu me potenter erue<br/>Ex daemonum potestate<br/>Et duc ad regem gloriae.</p> <p>17. Ante cuius pium vultum<br/>Me defenses excusatum,<br/>Obtineas et veniam<br/>Et praedulcem clementiam.</p> <p>18. Quidquid hostis malitia<br/>Accusarit, evacua,<br/>Ne valeat pars sinistra,<br/>Sed evincat pars dextera,</p> <p>19. Ut gaudeam de gratia<br/>Mihi per te exhibita,<br/>Tu vero de custodia<br/>Congaudeas ministrata.</p> <p>20. In caelesti civitate,<br/>In qua gaudes assidue,<br/>Vultus Christi benignitas<br/>Me foveat et claritas.</p> |
|---|---|

Orat. ms. Caelestin. saec. 15. Cod. Meten. 571.

### 15. De s. Angelo Custode.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Veni, creator spiritus,<br/>Et mentem tange caelitus,<br/>Ut sanctum meum angelum<br/>Honorem, laudem, praedicem.</p> <p>2. Salve, patrone nobilis,<br/>Venuste et spectabilis,<br/>Honoro te, mi domine,<br/>Honore laudis dulciae.</p> <p>3. Sit tibi reverentia,<br/>Laus, honor, excellentia,<br/>Es enim meus legifer<br/>Et contra hostes signifer.</p> | <p>4. Es sidus totum rutilum,<br/>Excellens solis spiculum,<br/>Es lilium pulcherrimum<br/>Florescens ante Dominum.</p> <p>5. Tua potestas regia<br/>Extendit se ad maxima,<br/>In terra regis homines,<br/>In orco arces daemones.</p> <p>6. Eia, regalis domine,<br/>Te rogo, in me respice,<br/>Manum iutricem porrige<br/>Et vitam meam corrige.</p> |
|---|--|

- |   |   |
|---|---|
| 7. Cor meum serenifica,<br>Scripturae sensum resera,<br>Ad bonum mentem excita<br>Et vitiosa computa.     | 9. Fac fructus paenitentiae<br>Dignos in vita agere,<br>Ne culpae exigentibus<br>Disiungat a caelestibus. |
| 8. Temptatum clemens adiuva,<br>Aufer a me erratica<br>Et totam vitam perface<br>Ad regulam iustitiae.    | 10. In hora mortis ultima<br>Assiste per auxilia,<br>Fac me victorem omnium<br>Malorum occurrentium,      |
| 11. Ut tecum tandem gloriam<br>Nanciscar post victoriam,<br>Et creatorem entium<br>Laudemus in perpetuum. |   |

Clm. Monacen. (ol. Tegurin.) 19636. saec. 15.

### 16. De s. Angelo Custode.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Ave, custos mihi datus,<br>Dum per Christum sum vocatus<br>Ad baptismi gratiam,<br>Dulcis angele, procura,<br>Ut ad gaudia ventura<br>Te duce perveniam. | 2. Fove, protege, defende,<br>Arma, scutum apprehende,<br>Meos hostes contere,<br>In praesenti et futuro<br>Angelorum vallo, muro<br>Me digneris cingere. |
|---|---|

Orat. ms. Augustinum saec. 15. Cod. Cremifanen. 413. — 1, 4 O dulcis angele mihi. — 2, 1 Refove. — 2, 2 et scutum.

### 17. De s. Angelo Custode.

Angele, qui meus es custos pietate superna,  
Me tibi commissum serva, defende, gubernata,  
Terger meam mentem vitiiis a labe vetera  
Assiduusque comes mihi sis vitaeque lucerna.

Orat. ms. Italicum. saec. 15. ex. Cod. S. Ignatii Londinen. s. n.

### 18. De s. Angelo Custode.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Gratulare, ave, care,<br>Angele dulcissime,<br>Salve, curam profuturam<br>Meae agens animae.            | 3. Ut ab hoste et a peste<br>Me Christus eripiat<br>Et gaudere, te videre<br>Me in caelis faciat. |
| 2. Te deposco, quem cognosco<br>Me satis diligere,<br>Quod digneris nec lasseris<br>Pro me preces fundere. | 4. Et coronam tibi bonam<br>Pro mei custodia<br>Det Mariae natus piae<br>In superna gloria.       |

Cod. Londinen. Ar. 201 saec. 13.

19. De sanctis Apostolis.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. O viri apostolici,<br/>Legislatores incliti,<br/>Vestris orationibus<br/>Precate nobis veniam.</p> <p>2. O vera mundi lumina,<br/>Lustrate cordis intima,<br/>Ut sciamus sagaciter<br/>Vitare mundi prospera.</p> <p>3. O saeculi iusti iudices,<br/>Sancte iusteque vivere<br/>Ob pia vestra merita<br/>Mereamur hilariter.</p> | <p>4. O lampades duodecim,<br/>Fundamenta ecclesiae,<br/>Firmate eam dogmate<br/>Thesauris sapientiae;</p> <p>5. Fortis in bello iugiter<br/>Contra serpentis aciem<br/>Sit circumspecta undique,<br/>Ne foedetur peccamine.</p> <p>6. Tenunc, redemptor, quaesumus,<br/>Ut ipsorum consortio<br/>Iungas precantes servulos<br/>In sempiterna gloria.</p> |
|--|---|
- Orat. ms. Tegurinum anni 1467. Clm. Monacen. 1991.

20. De sanctis Evangelistis.

Quo sine fine manes, perduc nos, sancte Iohannes,  
Sis nobis, Marce, caelestis gradus in arce,  
Ablue cuncta reae mala mentis, sancte Matthaeo,  
Quo lucet Lucas, nos, Christe mitissime, ducas.

Miss. ms. Altovadense saec. 12. Cod. Altovaden. CXII. add. saec. 13. —  
„Versus isti pretiosi sunt per manus Marcelli scriptoris.“

21. De s. quattuor Doctoribus.

- |  |  |
|--|--|
| <p>O doctores spiritalis<br/>Quattuor vos principales,<br/>Nominatim bene noti<br/>Illucetis mundo toti.</p> <p>5. Excellenter instar solis<br/>Documentis absque dolis.<br/>Sicut mundo nil prodesset,<br/>Si lux solis non adesset<br/>Sic omnes excaecaremur,</p> <p>10. Si per vos non doceremur;<br/>Vestra dicta, scripta, facta<br/>Puris veris sunt compacta,<br/>Sanctae vitae tenent formam,<br/>Recti iuris praebent normam,</p> <p>15. Et doctrinis firmitatem<br/>Dant per puram veritatem.<br/>O magistri scripturarum,<br/>Summi correctores harum,<br/>Vera dicto confirmando,</p> <p>20. Falsa prorsus refutando,</p> | <p>Exponendo dubiosa,<br/>Nunquam fallit vestra glosa.<br/>O quantum nos honorare<br/>Vos tenemur et amare,</p> <p>25. Qui hausistis nobis mella<br/>Ex scripturae dura cella,<br/>Triturastis nobis grana,<br/>Quibus corda fiunt sana,<br/>Et quae nos ad vitam pascunt,</p> <p>30. Ubi nulla veterascunt.<br/>Defensores veritatis,<br/>Vastatores pravitatis,<br/>Mallei haereticorum,<br/>Lucernae catholicorum.</p> <p>35. Vos sal terrae et lux orbis,<br/>Medici a cunctis morbis,<br/>Domus Dei provisoires,<br/>Vigiles dispensatoires,<br/>Commonentes Christi gregem,</p> <p>40. Ut divinam servent legem.</p> |
|--|--|

- |  |   |
|--|---|
| <p>Papa sancte, o Gregori,<br/>Plus virtutum instas mori,<br/>Augustine disputator,<br/>Profundorum es scrutator,<br/>45. Ieronime, tu es verus<br/>Interpres, translator merus,<br/>Es sermonis, o Ambrosi,<br/>Summe firmi, minus rosi.<br/>Summae gemmae vos doctorum<br/>50. Et coronae confessorum,<br/>Praedicantium firmamenta<br/>Per sermonum ornamenta,<br/>Brevi fine ut concludam,<br/>Veritatem fertis nudam.</p> | <p>55. Hinc patroni hic electi,<br/>Deo plebique dilecti,<br/>Vos amantem instruatis<br/>Veram viam caritatis,<br/>Per quam sperat vester verna<br/>60. Bene duci ad superna,<br/>Ubi plena est sophia<br/>In fruitione dia,<br/>Nam semel Deum vidisse<br/>Iam est cuncta didicisse.<br/>65. Ut vos queam invenire<br/>Et vobiscum cuncta scire,<br/>Illuc vestrum per iuvamen<br/>Me perducatur Deus. Amen.</p> |
|--|---|

Orat. ms. Carthusian. saec. 15. Cod. Capit. Treviren. 116. A. — Orat. ms. Lehninense anni 1518. Cod. Berolinen. IV° 29. B. — 7 mundos A. — 9 nos omnes B. — 12 Lies: Puris verbis? — 13 normam A. — 14 formam A. — 19 dicta A. — 26 ff fehlen B, weil ein Blatt der Hs. ausgerissen.

## 22. De s. quattuor Doctoribus.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Papa beatissime,<br/>nobilis Gregori,<br/>Fac me, pater inclite,<br/>ita mundo mori,<br/>Quod placere valeam<br/>meo creatori,<br/>Ne amittam gaudia<br/>supernorum chori.</p> <p>2. Tu excellentissime<br/>doctor Augustine,<br/>Fac, ut digne serviam<br/>caelorum reginae,<br/>Ne cadam in laqueos<br/>fraudis Sataninae,<br/>Sed in caelis gaudeam<br/>tecum sine fine.</p> | <p>3. Praesul praeclarissime<br/>doctorque Ambrosi,<br/>Fac, ut me non maculent<br/>actus criminosi,<br/>Nec in me praevaleant<br/>hostes tartarosi,<br/>Mihique non noceant<br/>daemones exosi.</p> <p>4. O felix Ieronyme,<br/>scripturae translator,<br/>Per te pius conditor<br/>meus sit amator,<br/>Ut non apprehendat me<br/>callidus temptator,<br/>Sed tuis piis meritis<br/>salvet me creator.</p> |
|---|--|

Orat. ms. Tegurinum saec. 15. Clm. Monacen. 20 132.

## 23. Memore des saintes privilegiés.

### I.

1. Dionysi, radius Graeciae,  
Fide regnum illustrans Franciae;  
O Georgi, miles egregie,  
Hostem vincens armis potentiae.

2. Christophore, tinctus in sanguine,  
Christum ferens umeris flumine;  
Blasi, praesul vivens purissime,  
Plagas curans carnis et animae.
3. O Aegidi, cum feris habitans,  
Regis crimen Karoli recitans,  
Cum sociis, quod peto flagitans,  
Sis, ne malis his sim periclitans.

## II.

4. Katharina, tyrannum superans,  
Doctos docens et rotas lacerans;  
Margareta, te castis foederans  
Et draconis latera reserans;
5. Martha, Christum domi reficiens  
Et draconem victum eiciens;  
O Barbara, idola fugiens  
Tormentorum poenas despiciens;
6. O Christina, deos despiciens  
Et de Christo victimam faciens:  
Impetrate, quod sit compatiens  
Deus mihi, vos peto totiens.

Orat. ms. Gallicum saec. 15. Cod. Vatican. 3767. A. — Orat. ms. Gallicum saec. 15. Cod. Parisin. 1347. B. — 1, 1 Dionysius A. — 1, 2 Regnum regnans A. — 2, 3 vincens A. — 3, 2 Crimen regis A. — 5, 1 domo A; deiciens B. — 5, 3 Ab idolis Barbara fugiens, Verbesserung B. — 6, 3 sim A. — Die ersten drei Strophen vgl. bei Mone III, 268. Aufschrift aus A; in B: „De quinque sanctis, quibus datum est summum privilegium.“

### 24. De sancto Aegidio.

1. Exstas, vir egregie,  
Oriundus Graeciae  
Partibus Athenis,  
Genus ducis nobile  
Theodoro patre nomine,  
Pelagia matronis.
2. Iamque tunc dispositus  
Aevo tener spiritus  
Ad haec rudimenta,  
Dum doctores laicos  
Vincis et grammaticos  
Gratiae per fluenta.
3. In templo pergis propere,  
Nudum ditas opere  
Veste sibi data,  
Ubi aeger munere  
Vestitur in corpore,  
Passio fugata.
4. Sicque ab ecclesia  
Dum hinc redis in via  
Nuper a serpente  
Gerens membra tunc laesa,  
Sed oratione fusa  
Sanas hunc repente.

5. **Raptus a daemonio**  
 Clamitat Aegidio:  
 Hac me, pater, quare  
 Exire daemonio  
 More iubes solito  
 Hinc nec remeare?
6. **Cumque multa talia,**  
 Haec et his similia  
 Graecis ostendisses,  
 U . . . . .  
 . . . . .  
 . . . . .
7. **Sicque pergis naviter**  
 Arelaten, pariter  
 Cum tuis sedes  
 Susceptusque hilariter,  
 Hospitae sed graviter  
 Natam vexat febris,
8. **Cuius prece solita**  
 Rogat te Theotrica,  
 Natae ut succurras,  
 A te sana reddita,  
 Matri quoque tradita,  
 Eremita te curvas.
9. **Namque Veredemio,**  
 Tibi par in praemio,  
 Diu adhaesisti.  
 Die quadam languido  
 Curam praestas subito,  
 Frequenter ut fecisti.
10. **Intras tunc secretius**  
 Eremum quantocius  
 Et gaudenter cernis  
 Tibi cervam divinitus,  
 Cuius lacte alitus  
 Es et terrae herbas.
11. **Cum adis regem Carolum,**  
 Quendam energumenum  
 Liberas in via,  
 Egressus dehinc filium  
 Principis iam mortuum  
 Suscitas ad vitam.
12. **Lugensque rex facinus**  
 Perpetrasse hactenus  
 Metuit fateri,  
 Egidio cum precibus  
 Commendavit artius,  
 Petens haec deleri.
13. **Sed vir Dei caelitus**  
 Agnovit regis facinus  
 In schedula allata.  
 Tuis quisque precatibus  
 Peccans non ulterius  
 Gaudet venia data.
14. **Igitur te petimus,**  
 Aegidi, cum fletibus  
 Per haec tua dona  
 A culpis, quas fecimus,  
 Liberari caelitus  
 Per acta tua bona.
15. **Longum est et reliqua**  
 Narrari et actita,  
 In mundo quae gessisti,  
 Ergo, caeli incola,  
 Laxa nostra peccamina,  
 Regi ut fecisti.
16. **Tecum simus caelica**  
 Recepturi praemia,  
 Christus ut promisit;  
 Vivens per haec saecula  
 Cum patre gubernacula  
 Tenet, ut praedixit
17. **Semper et nunc iudicat**  
 Saeculum, quod redemerat,  
 Substantia una.

Cod. Palat. Vindobonen. 3301. saec. 16. in. — 4, 2 Dum fehlt. — 8, 5 Matrique. — 10, 4 divinis. — 13, 3 in cedula. — 17, 2 quem redemerat. — Akrostich: Egidius Graecus scandit caelestia letus.



25. De sancta Agnete.

1. O si possem et si nossem,  
Mira libens promerem,  
Ad honorem et decorem  
Resultando psallerem  
Gloriosae, pretiosae  
Agnētis Christi virginis,  
Cuius festa, cuius gesta  
Mirae sunt dulcedinis.
2. O miranda et laudanda  
Summi regis filia,  
Rubens rosa, speciosa,  
Cuius odor lilia  
Vincit nimis, me ab imis  
Relevari penitus,  
Irrigari et firmari  
Fac cor meum caelitus.
3. O Romana mis patrona,  
Stirpe nata nobili,  
Felix Agnes, fortis magnae,  
Assis mihi labili;  
Pauper ego te non nego,  
Mihi fac dulcissimam  
Sciens vere te habere  
Mentem benignissimam.
4. Quam amoena, quam serena  
Sion haec iuencula,  
Quam amavit et ornavit  
Manens rex per saecula;  
Mi dilecta et collecta  
Tu de spinis rosula,  
Carens felle, plus quam melle  
Dulcior puellula.
5. Servum tuum, qui cor suum  
Tibi dedit, respice,  
Diligenter et libenter  
De me, sancta, prospice;  
O quis sciet, quantum fiet  
De te mihi gaudium,  
Transiturus et iturus  
Quando sum ad bravium.
6. Tuus ero, non despero,  
Scio, quod non despicias  
Me indignum, hoc in signum  
Caritatis facies,  
Vultu rubens, sponso nubens,  
Agnō Dei filio,  
Rubicundo qui iucundo  
Locans te in solio.
7. Imperare et regnare  
Fecit te quam prospere,  
Adiuvare me dignare,  
Mater mea, propere,  
Dives donis, me de bonis  
Imple fundens nocua,  
Si accedis, non recedis  
A dilecto vacua.
8. Quem vidisti, quem quaeisisti  
Tuo tincta sanguine,  
O felicem te victricem,  
Quo extollam carmine?  
Quae unxisti et traxisti  
Meum cor radicitus,  
Ut erectum et directum  
Amet te medullitus.
9. O quam suavis et non gravis  
Amor hic illabitur,  
Libens vero laetus ero,  
Tecum si morabitur  
Placens Deo, cordi meo  
Tu amoris oculus,  
Dulcis tota, lacte lota  
Paradisi flosculus.
10. Geris sertum tu confertum  
Flore decentissime  
Et post matrem summum  
patrem  
Sequeris laetissime,  
O mi dea, in te mea  
Anima laudabitur,  
Semper tibi hic et ibi  
Cor meum parabitur.
11. Dulcis plane mentis sanae  
Tui recordatio,  
Valde pia tu es quia,  
Mea gloriatio,  
Quam iucunda, quam profunda  
Tua laus et gloria,  
Et haec digne, quae in igne  
Aurum fis de scoria.

12. Vas insigne, quod condigne  
 Vili de materia  
 Deus fecit et perfecit  
 Laude multifaria,  
 Violeti et roseti  
 Locus es et plantula,  
 Tu salutis et virtutis  
 Doctrix es et formula.
13. Margaritum exquisitum,  
 Agnes, virgo nobilis,  
 Super aurum et thesaurum  
 Omnem delectabilis,  
 O beata, Deo grata,  
 Candens, fraglans lilium,  
 Magnum magna, agnum agna,  
 Sequens Dei filium.
14. Quorsum vadit, non evadit,  
 Cursum velox sequeris,  
 Roborari, non lassari  
 Ab hoc cursu poteris;  
 O quam plaudis, quando audis:  
 Surge, sponsa, propere,  
 Tibi gratum et amatum  
 Sponsum circumplectere.
15. Quis, benigne Iesu, digne  
 Hoc edicat gaudium,  
 Agnes freta quo iam laeta  
 Nullum habens medium,  
 Quo dilecto et electo  
 Fruitur ex milibus,  
 Concupitis et mellitis  
 Haerens in amplexibus.
16. Felix illa, de ancilla  
 Quae sic liber redditur,  
 Ut sponsetur, copuletur,  
 Cui mundus subditur;
- Felix ausus et adplausus,  
 Omni laude pulchrior,  
 Tuus tibi cum se sibi  
 Dulci iungit dulcior.
17. Puellare singulare  
 Decus decentissimum,  
 Per amorem et dulcorem  
 Peto iucundissimum,  
 Quo abundas, ut effundas  
 Pro me preces misero,  
 In te spero, tuus ero,  
 Nam etsi peccavero,
18. Tuum erit, nemo perit,  
 Pro quo tu rogaveris,  
 Non cessabo, sed orabo,  
 Donec me audieris;  
 Tu in Deo cordi meo  
 Facta es iucunditas,  
 Hilarescit, cum quiescit  
 In te mea caritas.
19. Tu scis sane, quod te plane  
 Toto corde diligo,  
 Excusare tu dignare  
 Bona, quae heu negligo,  
 O puella mea bella,  
 Et incursus hostium  
 Tu fugato tribulato  
 Mihi dans auxilium.
20. Pondus porta, me conforta  
 Et, ne lassus peream,  
 Meum cursum rege sursum,  
 Quo te semper videam,  
 Ut sim tecum et tu mecum  
 In Dei tunc praesentia,  
 Quod praestare ac donare  
 Dignetur rex per saecula.

Cod. Sangallen. 520. anni 1436. A. — Clm. Monacen. (ol. Augustan.) 3577. saec. 15. B. — 3, 1 bis 4 incl. fehlen B. — 3, 6 fac fehlt B. — 4, 8 puella B. — 5, 8 pravium A. — 6, 4 Pietatis facies B. — 6, 5 sponso fehlt B. — 7, 6 Implens bono nocua B. — 7, 7 Si accedes, non recedes B. — 8, 2 tracta sanguine B. — 8, 3 O felicem et nutricem A. — 8, 4 Quam extollam B. — 8, 5 Lies vinxisti? — 8, 8 modellitus B. — 9, 1 et fehlt B. — 9, 8 flosculis A. — 10, 1 Seris sertum A. — 10, 3 sq. fehlen B. — 10, 6 Lies laetabitur? — 11, 1 Lies menti? — 11, 7 haec fehlt B; quam in AB. — 11, 8 Aurum sis AB. — 14, 4 Ad hoc cursum A; ex hoc cursu B. — 15, 5 Pro dilecto B. — 16, 2 libera A. — 16, 6 dulcior B. — 16, 8 Dulcem A.

Dilectus iungit pulchrior B. — 17, 3 decorem B. — 17, 5 et effundas B. — 17, 8 si fehlt B. — 20, 2 percam lassus B. — 20, 5 sqq. fehlen B. — 20, 7 Quod precare et dignare A. — Am Schlusse B:

Ut ferrum magnes, sic ad se me trahit Agnes.

## 26. De sancta Agnete.

1. Ave, Agnes generosa,  
Romanorum rubens rosa  
Prodiens ex genere,  
Quae aetate tenerosa  
Claruit fructuosa  
In virtutum opere.
2. Docta fide christiana,  
Simulacra spernens vana  
Suis cum dulcoribus,  
Parvipendens post mundana,  
Deum docens mente sana  
Venerandum omnibus.
3. Me in fide serva recta,  
Dulcis virgo, mi dilecta,  
Te exoro precibus,  
Caritate da perfecta  
Deum, per quem es electa,  
Colere prae omnibus.
4. Ave, Agnes verecunda,  
Casta, pura, tota munda  
Criminum a vitiis,  
Temptamenta furibunda,  
Hostem vincis laetabunda  
Dei beneficiis.
5. Spreto sponso saeculari  
Polluenda lupanari  
Duceris malitia,  
A quo nequis inquinari  
Custodita singulari  
Angeli custodia.
6. Dulcis virgo et decora,  
Deum pro me semper ora,  
Te instanter rogo,  
Et servare me labora  
Impollutum omni hora,  
Ad te, pia, clamito.
7. Ave, Agnes pulchra tota,  
Intus, foris sine nota  
Omnis immunditiae,  
Firma mente ac devota  
In adversis non fis mota  
Tramite iustitiae.
8. Ignis flamma tormentata  
Et acerbe flagellata  
Es pro Christi nomine,  
Post cervice detruncata,  
Martyr Deo consecrata  
Proprio in sanguine.
9. A te, virgo mitis, peto,  
In adversis vultu laeto  
Confer patientiam,  
Post caelorum in secreto  
Corde mihi cum quieto  
Dona permanentiam.
10. Ave, Agnes fructuosa  
Tua morte pretiosa  
Facta Christi hostia,  
Peccatorum gratiosa,  
Universis dulcorosa  
Positis angustia.
11. Iam in caelo collocata,  
Stola alba decorata  
Agnum sine macula  
Sequens, laude praemiata,  
Cum Maria deputata  
Es nunc digna famula.
12. Magnam in te spem habentem  
Tuum Agnes ad clientem,  
Supplico, nunc respice,  
In peccatis dormientem,  
Usque huc non paenitentem,  
Pia, tu non despicere.

- |   |   |
|---|---|
| <p>13. Sed festina tua prece<br/>Liberare me a faece<br/>Peccatorum omnium,<br/>Ne aeterna damner nece,<br/>Sed caelestis apothecae<br/>Dignum fac me socium.</p> | <p>14. Ut de dulci tecum vino<br/>Caritatis in camino<br/>Laete queam bibere,<br/>In caelesti crystallino<br/>Abs timore serpentino<br/>In aeternum vivere.</p> |
|---|---|

Diurn. Misnense imp. Lipsiae 1511. — 5, 3 ex malitia. — 8, 1 tormenta. — 14, 4 Et in caelesti.

27. De sancta Agnete.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Gaude Christi sponsa, Agna,<br/>Quae mundi transisti stagna<br/>Dulci cum constantia;<br/>Gaude, quod, cum nudabaris,<br/>Crine magis tegebaris<br/>Speciali gratia.</p> | <p>3. Gaude, quod flammam urentem<br/>Vicisti te non nocentem<br/>Salvatoris gratia;<br/>Gaude, quod transgutturata<br/>Et cruore laureata<br/>Mercaris caelestia.</p>   |
| <p>2. Gaude, quod in lupanari<br/>Te non permisit foedari<br/>Angeli custodia;<br/>Gaude, per te suscitatur<br/>Iuvenis, qui necabatur<br/>Satanæ nequitia.</p>                | <p>4. Gaude, quod perdendo mortem<br/>Invenisti vitae sortem<br/>Felici victoria;<br/>Gaude, Christo sociata,<br/>Duc nostra delens peccata<br/>Nos ad caeli gaudia.</p> |

Collect. ms. Campoliliense saec. 14. Cod Campolilien. 40. A. — Orat. ms. Augustinum saec. 15. Cod. Cremifanen. 413. B. — 1, 1 sponsa Christi A; Christi sponsa Agnes beatissima B. — 1, 5 magis quam amictu. — 2, 4 Gaude, quod per te B. — 2, 5 necatur B. — 4, 5 Duc nos delens B. — 4, 6 Ad aeterna gaudia B.

28. De sancta Agnete.

- Ave, virgo generosa,  
Ave martyr gloriosa,  
Agnes, rubens velut rosa.  
Ave, Christi sponsa vera,
5. Ave, mitis et sincera.  
Agnes, virgo Deo digna,  
Christo prece me consigna,  
Preces audi peccatoris,  
Ut me mundet intus, foris.
10. Preces audi, praesta votum,  
Cor in bono fac immotum,  
Confer mihi cor contritum,  
Rege visum et auditum,  
Rege gustum et olfactum,
15. Virgo sancta, rege tactum,  
Ut in cunctis te regente  
Vivam Deo omni tempore.

Orat. ms. saec. 15. Cod. Sangallen. 520.

29. De sancto Albano.

1. O Albane, Deo grate,  
Coram tua sanctitate  
Mihi, tuo servulo,  
Clemens esto supplicanti  
Et succurre deprecanti,  
Ut sic in hoc saeculo
2. Christo possim militare,  
Ne a cultu deviare  
Videar iustitiae.  
Mundo isto consummato  
Et antiquo debellato  
Principe malitiae,
3. Te rectore teque duce  
Regnum Dei plenum luce  
Introire valeam,  
Ubi sanctam trinitatem  
Eiusdemque maiestatem  
Sine fine videam.
4. Martyr pie, martyr bone,  
Pie pater et patrone,  
Me iuvare propera,  
Ut adversa me non laedant,  
Sed nec prosperis succedant  
Mihi semper prospera.
5. Audi, quaeso, preces meas  
Clementerque offer eas  
Ante regem gloriae,  
Pro quo mortem amplexatus  
Nunc refulges laureatus  
Corona victoriae.
6. Glorioso martyr Dei,  
Miserere, precor, mei,  
Peccatoris miseri,  
Roga fontem pietatis,  
Ut me salvet a peccatis  
Et a poenis inferi.
7. Martyrum flos Anglicorum  
Et coheres angelorum,  
Mihi posce veniam  
In delictis, quibus premor,  
Apud Christum mei memor,  
Eius ut per gratiam
8. Sibi digne deservire  
Possim hic et hinc transire  
Ad caelestem patriam,  
Ubi tecum gratulari  
Merrear et contemplari  
Divinam praesentiam.

9. Ora, martyr, pro me Deum,  
Ne me damnet tamquam reum  
In die novissimo,  
Sed mundatum a peccatis  
Collocet me cum beatīs  
In regno clarissimo.

Orat. ms. Anglicanum saec. 13. Cod. Londinen. Ar. 201.

30. De sancto Alberto.

- O mi sancte pater, Alberte, vir inclite, salve,  
Salve, dans miseris saepe salutis opem.  
Salve, dulce decus, salve, spes magna tuorum,  
Virtus nostra, vale, vir pietatis, ave.
5. Sit tibi laus, tibi dignus honor, tibi gratia detur,  
Qui, licet indignis, das bona saepe reis.  
Infirmis medicus, tu sors praegnantibus et spes,  
Naviticis portus naufragisque salus.
  10. O quot saepe malis, quibus hostibus atque periculis  
Nos, pater, ereptos prosperitate foves.

- Nil, tibi quod dignum, pater optime, reddere quimus,  
Qui nostris votis saepe favere soles.  
Mitis mire pater, miseris miserere benigne,  
Ut potes atque soles, auxiliare tuis.  
15. Esto tuis monitor Carmelitisque magister,  
Ut vitium vitent, posce, beate pater.  
Ut cito proficiant, pro servis iugiter ores,  
Ut meritis valeant praemia iusta sequi.  
Nosque tuo Domino servos fac esse fideles  
20. Et duplicata sibi ferre talenta sua,  
Sicque tuis precibus mereamur gaudia vitae,  
Quae dabit ipse suis dicturus fine „Venite“.

Orat. ms. saec. 15. Cod. Londinen. Harl. 211.

### 31. De sancto Alexio.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Ut inter spinas lilium<br>Beatus Alexius<br>Iuxta Christi consilium<br>Floruit prospectus,              | 7. Spe, fide caritateque<br>Viriliter armatus,<br>Quarum firmo tutamine<br>In bello confortatus.       |
| 2. Mundanas dum delicias<br>Affectu toto sprevit<br>Et ad veras delicias<br>Anhelare decrevit,             | 8. In tali sic militia<br>Hostes suos stravit,<br>Vitam per exercitia<br>Virtutum consummavit.         |
| 3. Sequens Christum humiliter<br>In hac vita mortali,<br>Cum quo nunc gaudet iugiter<br>Gaudio aeternali.  | 9. In domo patris latuit<br>Et vilis reputatus,<br>Inter sanctos, ut patuit<br>Post mortem, deputatus. |
| 4. Licet honore fulserat<br>Terrenae dignitatis,<br>Cordintime contempserat<br>Amator castitatis.          | 10. Te deprecor, piissime<br>Amice Iesu Christi,<br>Me peccatorem dirige<br>In ista valle tristi.      |
| 5. Propter Christum portaverat<br>Onera paupertatis,<br>Quem intime dilexerat<br>Dulcore suavitatis.       | 11. Spatium paenitentiae<br>Clementer impetrare<br>Apud regem clementiae<br>Digneris et donare,        |
| 6. Hic in praesenti stadio<br>Cum hoste trino dimicat,<br>Accinctus Christi gladio<br>Fortiter et superat. | 12. Ut ista transitoria<br>Valeam pertransire,<br>Tecum aeterna gaudia<br>In aevum possidere.          |

Orat. ms. Lehninense anni 1518. Cod. Berolinen. IV° 29. — 1, 4 pro-  
spexius — 7, 1 Ope fide.

32. De sancto Ambrosio.

1. O Ambrosi, serve Christi,  
Confer tuo servo tristi  
Mala sua hic deflere,  
Semper Christo adhaerere.
2. O vas mundum et politum,  
Gemmis veris insignitum,  
Reple mentem puritate,  
Vitam meam bonitate.
3. Ne me gravet caro, mundus,  
Hostis quoque furibundus,  
Ut post haec transitoria  
Tecum sim in gloria.

Orat. ms. Lehninense anni 1518. Cod. Berolinen. IV° 29.

33. De sancto Andrea.

1. Salve, lumen radiosum,  
Novum sidus luminosum,  
Lumen dans fidelibus,  
Andrea, Christi famulus.
2. Salve, crucis praedicator,  
Verbi Dei seminator,  
Per virtutem sanctae crucis  
Praesta nobis viam lucis.
3. Salve, salutis nuntius,  
Mundo missus divinitus,  
Regnum Dei praedicare  
Et, quod iustum sit, amare.
4. Salve, vivus aquaeductus,  
Quem non laesit maris fluctus,  
Nec tempestas nec procella,  
Neque minae neque bella.
5. Salve, miles Christi fortis,  
Nam de portis dirae mortis  
Multam gentem attraxisti  
Per virtutem crucis Christi.
6. Salve, vitae verus testis,  
Dulcis sonus et caelestis,  
Lucerna fide fulgida,  
Laeta pandens gaudia.
7. Salve, caelestis cithara,  
Sonorosa, melliflua,  
Per quam evangelium  
Corda replet fidelium.
8. Salve, praeco summi regis,  
Fulgens forma novae legis  
In valle hac miseriae  
Iter pandens gratiae.
9. Salve, oliva pietatis  
Toti mundo stillans gratis  
Oleum laetitiae  
De vena fontis gratiae.
10. Salve, doctor veritatis,  
Per virtutem caritatis  
Multos Christo sociasti,  
Quam in corde conservasti.
11. O amator crucis Christi,  
In qua Deo obtulisti  
Corpus tuum tam beatum  
Propter Christum Dei natum.
12. Quem cernebas tunc prae-  
sentem  
Cum suis sanctis venientem  
In divina maiestate  
Magna lucis claritate.

- |  |  |
|--|--|
| <p>13. In qua luce tradidisti<br/>In pias manus Iesu Christi<br/>Tuum sanctum spiritum<br/>Ad praeparatum gaudium.</p> | <p>14. Post occasum huius lucis<br/>Nobis fructum sanctae crucis<br/>Cum beatis propinare,<br/>O Andrea, Christi care.</p> |
|--|--|

Orat. ms. Lehninense anni 1518. Qod. Berolinen IV° 29.

### 34. De sancta Anna.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. O beata mater, Anna,<br/>Plenae matris gratiae,<br/>Quae mundo non parit manna,<br/>Sed fructum laetitiae.</p> <p>2. Panem, inquam, angelorum<br/>Sola virgo parturit,<br/>Quae delicti nescit thorum,<br/>Mea quem mens esurit.</p> <p>3. Tibi supplex preces fundo,<br/>Tu eas suscipias<br/>Et malorum de profundo<br/>Me clemens eripias.</p> <p>4. Roga, mater, matrem Christi,<br/>Quae virago genuisti<br/>Incorruptam virginem,<br/>Ut haec sancta genitura<br/>Oret pro me prece pura<br/>Et Deum et hominem.</p> <p>5. Quae conservet in me gratum<br/>Caelibemque famulatum,<br/>Ut sibi compleceat<br/>Et me semper illibatam<br/>Sponsam tibi consecratam<br/>Homo Deus habeat.</p> <p>6. Ad nepotem tuum clama,<br/>Sicut tua clamat fama,<br/>Ut me nunquam deserat,<br/>Sed reformet signis datis<br/>Ornamentum castitatis,<br/>Quod a morte liberat.</p> <p>7. Anna felix, Anna dives,<br/>Inter summos caeli cives,<br/>Quae vocaris gratia,<br/>Fac, ut grata vivam Deo<br/>Castitatis cum tropaeo<br/>Stricta sponsi fascia.</p> | <p>8. O parentis sanctae parens,<br/>Quam Iudaea pluit arens<br/>Irrigata caelitus,<br/>Quae de spina es formosa,<br/>Et est nata de te rosa,<br/>Qua Deus est genitus.</p> <p>9. Pulchre Sion in supernis<br/>Adplaudunt iuvenulae,<br/>Laudem bonis ex aeternis<br/>Dant adulescentulae.</p> <p>10. Nam congaudent de te natam<br/>Et laudant praeconia,<br/>Hancque prolem propagatam,<br/>Quae restaurat omnia.</p> <p>11. Ora, mater, ora Deum,<br/>Regem caeli, regem meum,<br/>Ut conversis moribus<br/>Ei possim militare<br/>Et ut rosa pullulare<br/>Procreatis floribus.</p> <p>12. Si me nequit humilis<br/>Salvare virginitas,<br/>Casta, licet fragilis,<br/>Me salvet humilitas.</p> <p>13. O praeclara stella poli,<br/>Elongare a te noli,<br/>Quae te vocat iugiter,<br/>Quae te rogat, sis rogata,<br/>Quae te orat, sis orata<br/>Huic misericorditer.</p> <p>14. Ora pro me filiam,<br/>Quae est mundi domina,<br/>Ut per Christi gratiam<br/>Mea solvat crimina,</p> |
|---|--|



15. Ne per avaritiam  
    Inlectar ad idola,  
    Sed per continentiam  
    Fiam quasi viola.
16. Inter sacras virgines  
    Floream ut lilium,  
    Quae sequuntur caelibes  
    Agnum, Dei filium.
17. Angelo annuntiante  
    Ioachim cognovit ante,  
    Quod Mariam pareres,  
    Quae est dicta stella maris,  
    Ut beator dicaris  
    Super omnes veteres.
18. Clamaverunt omnes vae, vae  
    Generationes Evae  
    Ad haec usque tempora,  
    Cum de viro concepisti,  
    Vires unde infixisti  
    Contra hostes robora.
19. Impetra mihi virtutem,  
    Quae et prosit ad salutem  
    Et ad vitae praemia,  
    Ut contempler vultum Dei,  
    Quo lux clara est diei  
    Post devicta proelia.
20. Quod non potest omnis Iuda,  
    Illam, Anna, carnem suda,  
    De qua verbum factum caro  
    Leto subiacet amaro.
21. Salomonis patri David  
    Deus istud reservavit  
    Vitae privilegium,  
    Ut esses de carne sua  
    Et Christus de carne tua  
    In forma mortalium.
22. De Moab Ruth, Thamar aequae,  
    Harum fuit rea quaeque,  
    Et haec, quae fuit Uriae,  
    Tua parens et Mariae;
23. Ne desperent peccatores,  
    Si convertant pravos mores,  
    Paenitentes dant exemplum,  
    Sint quam gratum Deo tem-  
    plum.
24. Hac ergo fiducia  
    Precor, ut iustitia  
    Me velis induere,  
    Quia nullo spatio  
    Est sera conversio,  
    Si purgetur scelere.
25. Sicca tellus aruit,  
    Tamen nullus maduit,  
    Et siccato vellere  
    Locus madet areae.
26. Sic Iudaea primitus  
    Est infusa caelitus,  
    Aruit quae propere  
    Suo cocta scelere.
27. Sed turba gentilium  
    Sequens Dei filium  
    Madet tincta chrismate  
    Et lota baptismate.
28. Ista nobis unctio,  
    Ista benedictio  
    Per te, mater, affluit,  
    De qua virga floruit  
    Tollens mundi scandalum,  
    Germinans amygdalum,  
    Cuius fructus infinitam  
    In supernis parit vitam.
29. Unde Deo, mater Anna,  
    Proclamandum est Hosanna,  
    Qui per tua nos merita,  
    Quae nobis sunt indebita,  
    Coronet post victoriam  
    Et praestet caeli gloriam.

Cod. Londinen. (ol. Wintonien.) saec. 12. Vitell. A. XVII.

### 35. De sancta Anna.

1. O Anna dulcissima,  
    O felix matrona  
    O coniunx beatissima,  
    Coniugii corona,  
    Per tuum nam coniugium,  
    Quod est sanctificatum,  
    Est miseris refugium  
    A superis allatum.

2. O felix nativitas,  
 Dum spina parit rosam,  
 Tu, fidei festivitas,  
 Fers prophetarum glosam,  
 Prophetarum glosulae  
 Completae sunt in illa,  
 Et nomen huius rosulae  
 Maria, mellis stilla.
3. Haec generosa filia,  
 Quam tu paris, Anna,  
 Cui caeli supercilia  
 Subsistunt post et manna,  
 Tu convallis lilium  
 Paris, Anna, Mariam,  
 Maria parit filium,  
 Qui regit hierarchiam.
4. De tali puerperio,  
 O mater matris, plaude,  
 Nepotis de imperio  
 Tu, felix Anna, gaude,  
 Tu radix Iesse florida,  
 De qua radice crevit  
 Frondosa florens virgula,  
 Super quam requievit  
 Orat. ms. saec. 15. Cod. Sangallen. 520. — 5, 8 fecunda.
5. Spiritus prudentiae,  
 Spiritus timoris,  
 Pneuma intellegentiae  
 Et caelici amoris.  
 Cum ceteris virginibus  
 Refulget fallerata,  
 Sub umbra sancti spiritus  
 Notatur fecundata.
6. Ob huius dulcis filiae,  
 Anna, dilectionem  
 Peccatorum intime  
 Peto remissionem,  
 Salutis fer munimina,  
 O Christi dulcis ava,  
 Et abstergendo crimina  
 Hysopo munda, lava.
7. Tu filiam in gremio  
 Fers, gerit nata natum,  
 Hoc salutis praemio  
 Das saeculum beatum,  
 De bonis operibus  
 Firma, salva, bea  
 Divinisque muneribus  
 Cor mundum in me crea.

### 36. De sancta Anna.

1. Ave, mater virginis,  
 quae lactavit Iesum,  
 Ipsum roga propter nos  
 hic flagellis caesum,  
 Meum ut custodiat  
 spiritum illaesum,  
 Nam erranti animae,  
 heu, non bene praesum.
2. Noli me despiciere  
 miserum, indignum  
 Filiaeque filium  
 mihi fac benignum  
 Et me sibi facias  
 servitorem dignum,  
 Quod evadam daemonum  
 spiritum malignum.
3. Nato tuae filiae  
 pic me commenda,  
 Ut quando sententia  
 fuerit ferenda  
 Extremi iudicii,  
 mea tunc ducenda  
 In caelum sit anima  
 sanctis congaudenda.
4. Anna praeclarissima,  
 placa tuam natam  
 Nobis peccatoribus,  
 ut post hanc sublatam  
 Vitam nos ad patriam  
 ducat praeparatam,  
 Quod possimus cernere  
 faciem beatam.

Orat. ms. Sigismundi Span de Bernstein anni 1477. Cod. Pragen. XIII  
 H 3 b. — 3, 7 fiat anima. — Nach Str. 4 folgt noch die nachstehende nicht  
 zum Gedicht gehörige:

Iesu bone, sic dispone  
 horam mei exitus,  
 Ut ad chorum angelorum  
 meus pergat spiritus,  
 Ubi tuam faciem  
 gaudeam contemplari,  
 Daemonum sed aciem  
 penitus aspernari,  
 Ut nulla dissensio  
 spirituum beatorum  
 Et nulla confusio  
 daemonum malignum.

### 37. De sancta Anna.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Ave, Anna, laude magna,<br/>             Mater matris summi patris,<br/>             O sublimis gloria,<br/>             Stirpe David procreata,<br/>             Nos salvavit ex te nata<br/>             Mater Dei, Maria.</p> <p>2. Nos credendo id laudare<br/>             Et laudando plus amare<br/>             Fac, origo gratiae,<br/>             Unde coepit fides sana<br/>             Et percepit mens humana<br/>             Fontem sapientiae.</p> <p>3. Virgo de te procreatur,<br/>             Per quam venit, qui solatur<br/>             Omnes in martyrio,</p> | <p>Regis mater generatur,<br/>             Per te, Anna, ablactatur<br/>             Caelico cibario.</p> <p>4. Multis multa haec largitur,<br/>             Salus vera hic partitur<br/>             Omnibus fidelibus;<br/>             Virgo mater, Iesu bone<br/>             Omnes mortis in agone<br/>             Aptate caelestibus.</p> <p>5. Nos credentes, mater, audi,<br/>             Assistentes tuae laudí<br/>             Iuva beneficiis,<br/>             Tu, quam scimus exaudiri,<br/>             Fac nos omnes inveniri<br/>             Tecum in deliciis.</p> |
|---|---|
6. Eia, Anna, nunc accede,  
 Roga natam nec recede,  
 Donec nepos nos a sede  
 Sancta sua viserit.

Cod. Palat. Vindobonen. 4087. saec. 15. A. — Orat. ms. Underdorfense saec. 15. Clm. Monacen. 7815. B. — 1, 5 salvet A. — 2, 2 plus fac amare A. — 2, 3 Fac fehlt A. — 2, 4 sana fehlt B. — 3, 1 Virgo Dei procreatur AB. — 3, 3 in matrimonio A — 4, 1 Multis multa fehlt A. — 5, 5 nos fehlt A. — Str. 6 fehlt B. — 6, 2 et recede A.

### 38. De sancta Anna.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Ave, Anna, radix Iesse,<br/>             Ex te orta est expresse<br/>             Virga, quae produxit florem,<br/>             Qui salubrem dat odorem<br/>             Dulcedinis vivificae;</p> | <p>Ave, caelum, ex quo stella<br/>             Luxit, quae in sua cella<br/>             Clausit verum solem Christum,<br/>             Qui illustrat mundum istum<br/>             Interne ac deifice.</p> |
|--|---|

2. Salve, arca urnam gestans,  
Quae est manna verum praestans,  
Vena fontis in Bethlehem,  
Quem sitit rex Ierusalem  
Prae cunctis claris poculis;  
Salve, benedicta tellus,  
In qua requievit vellus,  
In quod sicut ros descendit  
Deus, pacem qui rependit  
Iucundam nostris ocalis.
3. Gaude, stirps praeclara David,  
Unde nobis pullulavit  
Tam ingens, tam multus fructus,  
Quo fugatur omnis luctus,  
Dans dona vitae suavia;  
Gaude, namque beatorum  
Quinque tu apostolorum  
Atque Ioseph, iusti viri,  
Sed et summi Dei miri  
Carissima es avia.
4. Eia, gaude summa laude,  
Quia sanctae tuae plantae,  
Tres Mariae, nobis piae  
Hanc septenam Deo plenam  
Enixae sunt prosapiam;  
Cunctis nuptis plus beatā,  
Infecundis plus ditata,  
Inter matres mulierum  
Nulla par est, hoc est verum,  
Hinc salutem paciam.
5. Fac me, Anna, dignum manna,  
Asta suavis et a pravis  
Me tuere, fac habere  
Dulce omen tuum nomen,  
Quod idem est, quod gratia.  
O patrona pia, bona,  
Cum tam grata stirpe nata  
Me gubernata ad superna,  
Quo rex praepos tuus nepos  
Dat omnibus solacia.

Orat. ms. Epternacense saec. 15. Cod. Luciliburgen. 1. A. — Orat. ms. Carthusian. saec. 15. Cod. Capit. Treviren. 116. B. — Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521 C. — 1, 10 fehlt A. — 5, 7 Cum tanta grata A. — A hat am Schlusse noch folgende Doxologie angehängt:

Donet hoc nobis pietas paterna  
Simul cum nato spirituque sacro,  
Ut matris Annae meritis invenmur  
Omne per aevum.

### 39. De sancta Anna.

1. O beata Anna, clara  
Orta ex prosapia,  
Sed praeclarior et gnara  
Es ex prole regia.
2. Et quis digne quit efferre,  
Quanta tibi gloria,  
Quod factoris caeli, terrae  
Digna exstas avia?
3. Ergo pia nunc matrona,  
Pro me, quaeso, filiam  
Et nepotem ora prona  
Impetrando gratiam.
4. Ut fecundum per affectum  
Parvulum concipiam,  
Iesum gignens per effectum  
Et perfectum nutriam.
5. Et si carne non cognatus,  
Sim propinquus spiritu,  
Christo canam praesentatus  
Caeli cum exercitu.
6. Venienti sit Hosanna  
In excelsis Domino,  
Et sic tecum, sancta Anna,  
Laeter sine termino.

Orat. ms. Underdorfense saec. 15. Clm. Monacen. 7815.

40. De sancta Anna.

1. Salve, salve, praelecta  
Trinitati, es effecta  
Summi regis filia,  
Anna, benedicta mater,  
Summi regis matris mater,  
Stirpe nata regia.
2. Ante te tunc non est nata  
In Iudaea certe nata  
Maior et felicior,  
De te tamen mundo data  
Nata creatori grata,  
Multo te beatior.
3. Cuius fructus fructus suavis,  
Cunctis levis et non gravis,  
Ipsam degustantibus,  
Cuius fructu mundus plenus,  
Ipsam gustat omne genus,  
Se praebet egentibus.
4. Unde vernans paradisu,  
In qua noster viret visus,  
Diceris, sanctissima,  
In qua arbor crevit laeta,  
De qua Daniel propheta,  
Lata et altissima.
5. Sub qua ferae habitabant,  
Peccatores quae signabant,  
Aves in ramusculis,  
Per quas boni figurantur,  
Qui ab ea saturantur  
Virtutibus et esculis.
6. Ad hanc omnes quidem currunt  
Degustantes et recurrunt  
Multis cum virtutibus,  
De hac, cara, me gustare  
Fac, ut eam adamare  
Possim suis nutibus.
7. Ex te surgit flos decoris,  
Ex te fluit fons dulcoris,  
Omne, quod est optimum,  
Tu es, Anna, terra grata,  
De qua est aroma nata,  
Quod patrum est antidotum.
8. Tu Ezechielis rota,  
In qua trinitas hinc tota  
Pie reformaverat  
Casum facto paradiso  
Protoplasto ex eliso,  
Quam post te formaverat.
9. Ex te vas illud refecit,  
Nec in illo quid defecit  
Intus et exterius,  
Totum illud deauravit,  
Nam in illo laboravit  
Trinitas virtutibus.
10. Da, ex vase bibam isto  
Virtutes, per quas cum Christo  
Regnem in caelestibus,  
Ubi sanctus nunc sanctorum  
Regnat superno caelorum  
Sanctis cum spiritibus.
11. Arca tu es, sancta Anna,  
Testamenti, in qua manna  
Virgamque recluserat  
Moyses, propheta Dei,  
Cum ad terram Amorrhaei  
Populum deduxerat.
12. In te virga reservata  
Fuit, quippe tua nata,  
Nata virgo sanctissima,  
In qua manna latitavit,  
Quod egressum recreavit  
Corpora lassissima.
13. Cuius mannatis me, pia,  
Participem fac in via,  
Cum abhinc abiero,  
Ut hinc meum sit conductum  
Aufferatque a me luctum  
Et det, quod desidero.
14. Sidus tu es, quod lucernas  
Saeculo donavit ternas,  
Natas dum genueras,  
Dignior vero duabus  
Est Maria filiabus,  
Quam amavit trinitas.

15. Per quam Dei verbum, pater  
Cuius pius, noster frater  
Factus amantissimus,  
Quem tu nunc ad me inclina,  
Eius de gustu propina,  
Qui est suavissimus.
16. Felix hic, qui hunc degustat,  
Mundus istum non onustat,  
Sed hunc semper sapere,  
Fac me ipsum degustare,  
Ut hunc queam adamare  
Ore, corde, opere.
17. Eia, benedicta ava  
Christi, memet tu nunc lava  
Cum hac sancta filia  
A peccatis et me laete  
Adiuvate et docete,  
Ut spernam odibilia.
18. Anna, sancta Christi ava,  
In extremis me a clava  
Daemonis tu libera,  
Ut cum tuae natae nato  
Gaudens caelo in stellato  
Regnem super sidera.
19. Eius vultum et contempler  
Secum regnans nunc et semper,  
Qui est amoenissimus,  
Et ibidem me coronet  
Et cum suis dona donet  
Iesus benignissimus.

Orat. ms. Lehninense anni 1518. Cod. Berolinen. IV<sup>o</sup> 29. — 17, 1 sq.  
Christi ava.

#### 41. De sancta Anna.

- Salve, sancta Anna,  
Vitae vena, florens palma,  
Mater alma,  
Domina mitis,  
5. Pulchra vitis.  
O beatissima Anna,  
Tua cum progenie laetare!  
Quare?  
Quia genuisti  
10. Mundo virginem Mariam,  
Matrem Iesu Christi;  
Ergo gaude,  
Digna laude.  
O Anna, pelle proelium,  
15. Dele moles criminum.  
Pacem cunctis praesta,  
Qui celebrant tua festa,  
Dexteram tuam extende  
Et te invocantem defende  
20. Ab omni periculo.  
Domina serena,  
Pietate plena,  
Formosa tota,  
Mea suscipe vota.
25. Me gemens fiendo  
tibi, Anna, semper commendo.  
O digna coli,  
Relinquere me noli.  
Anna, vale, dulcis et decora,  
30. Pro me semper Deum exora.  
Tu nos, Anna pia,  
benedic cum prole Maria.  
Gaude, Anna,  
Vitae vena, florens palma,  
35. Mater alma,  
Domina serena,  
Pietate plena,  
Tu quae sola meruisti  
Esse mater matris Christi.  
40. Ave, felix [mater] Anna,  
Per te nobis detur manna,  
In caelesti patria,  
Fac, ut fructum videamus  
Tui ventris et dicamus:  
45. Ave, plena gratia.  
O mater Anna nobilis,  
Oliva pulchra, fertilis,  
Alto fructu fecunda,

Beata, cuius ubera  
50. Suxit virgo puerpera  
Ab omni labe munda.

Anna, mater egregia,  
Conserva Dei gratia  
Nos a morte secunda.

Clm. Monacen. (ol. Tegurin.) 20015 anni 1500. — Scheint aus verschiedenen Stücken zusammengesetzt: Vers 33 ff. fast gleich Vers 1 ff.; V. 46—55 = R eines Anna-Officiums (Annal. XXV, S. 59).

#### 42. De sancto Antonio.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. O Antoni, sancte pater,<br/>Salutaris vitae crater,<br/>Qui nos turbat multis malis,<br/>Morbus epidimialis,<br/>Ut a nobis exstirpetur,<br/>Tua virtus operetur.</p> <p>2. Es ignifer et lucifer,<br/>Sis ergo noster scutifer,<br/>Ne morbus hic nos feriat;<br/>Precamur te, quod pereat<br/>Radix eius atque fomes,<br/>Malus est nam ipse comes.</p> <p>3. Ut fur in nocte sic venit,<br/>Non tunica, quam invenit,<br/>Vel pallio nos spoliat,<br/>Sed pelle nos excoriat,<br/>Et non solum privat pelle,<br/>Aufert vitam suo felle.</p> <p>4. O Antoni, tanta caede<br/>Ne caedamur, intercede<br/>Mox ad Deum mente pura,<br/>Sua ne nos creatura<br/>Per ipsius morbi ramnum<br/>Patiamur illud damnum.</p> | <p>5. Morbus hic contagiosus,<br/>Rabidus et furiosus,<br/>Ne tam repente nos necet,<br/>Alme confessor, te decet<br/>Arte tua nos medere,<br/>Namque scimus illud vere,</p> <p>6. Si vis, potes nos mundare<br/>Et hunc morbum effugare;<br/>Fuga ergo venenosum<br/>Morbum istum dolorosum<br/>Praeservando non habentes<br/>Et sanando patientes.</p> <p>7. Nos videmus vere signis,<br/>Infernalis quod sit ignis.<br/>Morbo passi liberantur<br/>Per te, pater, conservantur,<br/>Placa Deum tua prece,<br/>Nos ut solvat ab hac nece.</p> <p>8. O Antoni, te precamur<br/>Confidenter et adfamur,<br/>Nihil tibi Deus negat,<br/>Cuius manus nos protegat<br/>A peste momentanea<br/>Et morte subitanea.</p> |
|---|--|

Orat. ms. saec. 15. Cod. Ultraiectin. 431. A. — Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. B. — 1, 2 vitae stater A. — 3, 1 Tamquam fur in nocte venit B. — 3, 2 Tunica non quam B. — 3, 3 exspoliat A. — 3, 6 suo velle A. — 4, 4 nos ne A. — 5, 2 fehlt B. — 5, 3 Ne nos tam repente B. — 5, 4 Te confessor alme B. — 5, 5 mederi B, aber gegen den Reim. — 6, 4 Morbum hunc et dolorosum B. — 7, 2 quod est B. — 7, 4 pater et sanantur B. — 8, 3 Nil Deus tibi denegat E.

#### 43. De sancto Antonio.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Antoni, pater sanctissime<br/>Ac monache mitissime,<br/>Pius adesto servulo<br/>Te deprecanti sedulo.</p> | <p>2. In extrema vitae hora<br/>Me defende sine mora,<br/>Palme sacer, dulcis uva,<br/>Fidem sitiennes iuva.</p> |
|---|--|

3. Ex tuae sanctitatis ramo  
Mitte guttam, quam reclamo,  
In camino vitiorum  
Stabilivi mihi thorum.
4. Ex tuo fonte pietatis  
Funde rorem caritatis,  
Cuius sacrum per liquorem  
Tu exstinguas hunc ardorem.
5. Aut per specialem facem  
Prorsus uras hanc fornacem,  
Magna flamma iam surrexit,  
Multus fumus inde exit.
6. Ita fumi foetor olet,  
Sulphur ut olere solet,  
Inimicus ob reatum  
Talem dedit odoratum.
7. Sed tu, Antoni, prece pia  
Custodi me in ista via,  
Fac calere solem vitae  
Et pruina hanc remitte.
8. Ipsum solem interpella,  
Per quem lucet omnis stella,  
Ut in sole, quem rogamus,  
Tabernaculum ponamus
9. Et per ipsum doceamur,  
Per quod iter gradiamur.  
Tu, Abba, altissimum  
Exora Dei filium,
10. Qui salus est humilium,  
Ne nos pro nostro vitio  
Inflexibili iudicio  
Subiciat supplicio,

11. Sed nos tua sancta prece  
Mundans a peccati faece  
Collocet in lucis domo;  
Amen dicat omnis homo.

Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521.

#### 44. De sancta Apollonia.

- O candens stella, vernans flos, casta puella,  
Cara Deo facta, quia nunquam crimine tacta,  
Dentibus eiectis cervicem fervida flectis,  
Ense punita, sic dure, virgo, polita.
5. Non virtutis ita periit os nec tua vita,  
Sed mens fit quita carnis, ut sit redimita  
In thalamo Christi, cuius fore sponsa cupisti.  
Ergo non dentem tantum do, sed tibi mentem  
Ex cordis voto praesto cum corpore toto.
  10. Hinc prece te moneo, fac me sic vivere Christo,  
Ut gaudens animo de mundo subtrahar isto.

Orat. ms. saec. 15. Cod. Ultraiectin. 431. — 4 Ensi. — 6 ne sit redimita. — 7 fore sponsa fuisti. — 9 praestet.

#### 45. De s. Arnulpho Villariensi.

1. Nobilis egrediens hospes de corpore mortis  
In patriam rediit ad primae gaudia sortis,  
Qui fervens animo dum pertulit aspera fortis,  
Fraternae meruit labor hunc portare cohortis.



2. Eius erat vita meritorum lampade clara,  
Quae sibi mellita, plerisque videntur amara,  
Qui vir devotus Domino fuit hostia cara,  
Dum Christo totus crucis est oblatu in ara.
3. Laus tibi, summe Deus, quia martyr noster agones  
Pertulit insolitos ut ei nova praemia dones,  
Instrumenta crucis, quae pertulit ille, stupenda  
Mentibus humanis, nulli, reor, esse ferenda.
4. Et merito, quoniam terret nova passio cunctos,  
Quos oleo, rex Christe, tuo non invenit unctos;  
Multi divino sunt uncti chrismate, verum  
Quemlibet ad tanta video miracula serum.
5. Sunt et agonistae fortes, sed fortior iste  
Perstitit in Christo, quia gratia maior in isto,  
Martyris huic ergo debetur iure corona,  
Cuius ad eudochiam cum mente fuit caro prona.
6. Eia, sublatam nobis plangamus amatam  
Mundo personam, non quod sine fine coronam  
Sumat sublimis a Christo, sed quod in imis  
Post se nos miseros liquit fortissimus heros.
7. Vos quoque, qui memorem sancto debetis amorem,  
Vobis subductum praepropere plangite iustum,  
Plangite devotum, vobis per singula notum,  
Plangite, post cursum cursorem plangite rursus
8. Plangite cum lacrima, quod mortis ferrea lima  
Hunc elimavit, limatum terra voravit,  
Sed quae carne ruit hanc mortis falce secante,  
Vivit nunc anima melius quam vixerat ante.

Pass. ms. Neerlandicum saec. 15. Cod. 7909 der k. und k. Familien-Fideikomiss-Bibliothek Wien — 7, 1 memori. — 7, 2 praepropere subductum. — Verfasser des Gedichtes Goswinus Villariensis. Vgl. Anal. XII, S. 88.

#### 46. De sancta Augustino.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Ave, pater Augustine,<br>Doctorum clarissime,<br>Sapientiae divinae<br>Doctor invictissime,<br>Tu flos florum Africae,<br>Patria quae datur<br>Tibi et magnifice<br>De te gloriatur. | 2. Karthago te puerum<br>Dedit et togata,<br>Qui natus es Monica<br>Matre, Deo grata,<br>Et patre Patritio,<br>Bonis et praeclaris,<br>Sanctorum iudicio<br>Deo valde caris. |
|---|--|

3. Quorum cura procuratus  
Artibusque decoratus  
    Dictis liberalibus,  
Ab Ambrosio renatus  
Post hoc atque perornatus  
    Scripturis legalibus.
4. Mox ut Christum induisti,  
Christo semper servivisti  
    Totis tuis viribus,  
Caritate vera plenus,  
Semper pius et serenus  
    Christi membris omnibus.
5. Ave, doctor lumine,  
    Fidei praesidium,  
Vincens falsos gloriose,  
    Fer nobis auxilium,  
Malleus haereticorum  
    Tu es validissimus  
Expurgator et errorum  
    Tu luculentissimus.
6. Ave, pontifex Hipponae,  
O magister et patrone  
Summe bone, nos coronae  
    Iungas in caelestibus.  
Ave, sacer Augustine,  
Qui cum Christo sine fine  
Gaudens vivis caeli civis  
    Cum supernis civibus.
7. Ave, praesul Deo digne  
Signo crucis, vas insigne,  
    Vas praecelsae gloriae,  
Nectare vas es imbutum,  
Vas cunctarum es virtutum  
    Et sanctae memoriae,
8. Ave, fulgens in Papia,  
Summum decus praesulum,  
Augustine, de sophia  
    Qui sumpsisti poculum  
Summi patris, quo nos atris  
Absolvit erroribus,  
Et scripturae lumen purae  
    Ministras fidelibus.
9. Ave, gemmis pretiosis  
Aureum vas perornatum,  
Nam scripturis pretiosis  
    Te fecisti sanctis gratum,  
Velut luna plena pleno  
Micuisti lumine,  
Immo quasi sol fulsisti  
    Corde pleno numine.
10. Domum Dei sublimasti,  
Decorasti, roborasti  
    Verbis et operibus;  
Unde iure collaudaris,  
Honoraris et amaris  
    A cunctis fidelibus.
11. Nunc adesto tuis natis,  
    Quos in Christo genuisti,  
Fac consortes sanctitatis  
    Christi nos, ut docuisti,  
O sacerdos Augustine,  
Fac nos gratiae divinae  
Natos esse sine fine

Cod. Palat. Vindobonen. (ol. S. Dorotheae Vindobonen.) 4724. saec. 15.

#### 47. De sancto Augustino.

1. Clarum, pater Augustine,  
Laudis habens titulum,  
Sanctitatis et doctrinae  
Singularare speculum.
2. Sis pusilli memor gregis,  
Praesul, lumen praesulum,  
Quem nunc pascis, quem nunc  
    regis  
Dans scripturae pabulum.

- |   |  |
|---|--|
| 3. Non relinquens in scripturis<br>Obscuris operculum,<br>Diligenter de lecturis<br>Omnem tollis scrupulum. | 5. Civis prius Babylonis<br>Sequebaris idola,<br>Tenebrosae regionis<br>Tenebrosus accola.           |
| 4. Iure praesens veneratur<br>Et miratur saeculum,<br>A quo sibi vitae datur<br>Et cibus et poculum.        | 6. Sed vocaris et mutaris<br>A prisca taetredine,<br>Postquam verbi salutaris<br>Illustraris lumine. |
| 7. Deo soli, patri, proli<br>Flaminique gloria<br>Sit perennis pro sollemnis<br>Diei laetitia.              |  |

Orat. ms. saec. 15. Cod. Colonien. 7. — 7, 3 persolemmis.

#### 48. De sancto Augustino.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Sancte pater Augustine,<br>doctor beatissime,<br>Pastor pie, fons divine,<br>preces meas suscipe.   | 8. Cor accende meum tuae<br>in amorem regulae,<br>Ut a vitae regularis<br>non recedam tramite,               |
| 2. Apud Deum semper stude<br>pro me intercedere,<br>Ut locare me dignetur<br>in caelesti requie.       | 9. Optans gratiam deflendi,<br>quae mutavit Augustinum<br>Ipsum trahens de inferno<br>et perficiens divinum. |
| 3. Per te omnis est destructa<br>pravitas haeretica,<br>Roborata et firmata<br>fides est catholica.    | 10. Quando flumen lacrimarum<br>relaxavit largiter,<br>Cuncta rerum mundanarum<br>despexit viriliter.        |
| 4. Dictis tuis atque scriptis<br>pascitur ecclesia,<br>Ne per famem verbi Dei<br>deviet in vitia.      | 11. Mater sancta, mater pia,<br>Monica gratissima,<br>In fervore cordis tui<br>Christo devotissima,          |
| 5. Doctor summe, doctor clare,<br>clippeus iustitiae,<br>Sordes a me procul pelle<br>totius perfidiae. | 12. Deus sursum te audivit<br>maerentem pro filio<br>Et respexit fidem tuam<br>pietatis oculo.               |
| 6. Assint mihi preces tuae<br>clarae et egregiae,<br>Ne nocere mihi queant<br>daemonis insidiae.       | 13. Ergo, mater, quae ploravit<br>remotum a gratia,<br>Per te merear portari<br>in superna gaudia.           |
| 7. Pro peccatis meis multis<br>cruciari timeo,<br>Nisi tua illa sancta<br>deleat oratio.               | 14. A culparum me mearum<br>liberatum pondere<br>In beato angelorum<br>agmine constitue.                     |

15. Omnes sancti confessores,  
pro me preces fundite  
Deo patri atque nato  
cum sancto spiramine.

Orat. ms. Libehardi, prioris Reichenbacen. anni 1476. Clm. Monacen.  
2990. — 6, 3 Praesul ne nocere. — 7, 3 Poenis nisi tua. — 9, 1 gratiam  
fendi. — 13, 1 mater deploravit.

49. De sancto Augustino.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Lux doctorum, norma morum,<br>Praesul beatissime,<br>Perfidorum haereticorum<br>Confutator optime. | 3. Sine tuo claro verbo<br>Doctores ecclesiae<br>In divino eloquio<br>Nesciunt procedere. |
| 2. Reserator et amator<br>Sacrarum literarum,<br>Institutor et protector<br>Fratrum eremitarum.       | 4. Tuo sine iuvamine<br>Non confido hodie<br>Finem posse imponere<br>Coeptae eloquentiae. |
| 5. Sic igitur impleatur<br>Septiformi numine,<br>Quod sit satur meum guttur<br>Tuo vero lumine.       |   |

Cod. Palat. Vindobonen. 3301. saec. 16. in.

50. De sancto Autherto.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Autherti vita inclita,<br>Fulgens in caelum superum,<br>Patet signis exhibita,<br>Quia suorum operum<br>Clara fecisti merita,<br>Conditor alme siderum.          | 4. Qui regem suis moribus<br>Dagobertum magnificum<br>Ac admonitionibus<br>Instruxisti famelicum,<br>Eius orationibus<br>Exaudi preces supplicum.                   |
| 2. Usurae grandi posuit<br>Talentum spiritalium,<br>In quo sollers sic studuit<br>Mares praecedens senium,<br>Quod illi clare profuit<br>Aeterna lux credentium.    | 5. Pio precum suffragio<br>Latronum ab exercitu<br>Landelinum et studio<br>Digno convertit gemitu,<br>Permansit ille; devio<br>Qui condolens interitu               |
| 3. Cum in virtute cresceret,<br>Fuit post sacerdotium<br>Pastor factus, ut regeret<br>Gregem Cameracensium<br>Et tibi corda redderet,<br>Christe, redemptor omnium. | 6. Dum errantem hic visitat<br>Mente suum discipulum,<br>Ipse videt, nam suscitatur<br>De consorte miraculum,<br>Spernit et metu cogitat<br>Mortis perire saeculum. |

7. Huius patris sermonibus  
Valde fecisti fervidum  
Gillenum sacris domibus  
Construendis ac providum,  
Qui per eos in pluribus  
Salvasti mundum languidum.
8. Retinere non valuit  
Pompa mundi Vincentium,  
Quando praesul consuluit,  
Quin intret monasterium,  
Unde beari meruit  
Donans reis remedium.
9. Sponsi sui vestigia  
Waldetrudem incedere  
Fecit atque conubia  
Propter Deum deserere,  
Ne culpetur desidia  
Vergente mundi vespere.
10. Flagravit eius cultibus  
Aldegundis plus balsamo,  
Tantis et fulsit moribus,  
Quod nequit scribi calamo  
Gaudetque veli dotibus  
Uti sponsus de thalamo.
11. Cum sepultura panditur  
Huic visione maxima,  
Qua Vedastus nunc colitur,  
Pandens laude dignissima,  
Poli de porta cernitur  
Egressus honestissima.
12. Sane de caelo patuit  
Metans eum cum virgula,  
Quia rite disposuit  
Divina tabernacula,  
Praedicando, quod tenuit  
Virginis matris clausula.
13. Vedastum portans suscipit  
Audomarus laetitiae  
Lumen, quod fides accipit  
Huius a rege gloriae,  
Sub obsequiis subicit  
Cuius forti potentiae.
14. Illi fuit transvehere  
Furseum prece media,  
Nam merebatur cernere  
Cohors de caeli curia,  
Cui tanto pro munere  
Genu curvantur omnia.
15. Necdum ex beneficiis  
Seque praesens ecclesia  
Gaudet, immo reliquiis  
Suis tota Germania,  
Nam eius psallunt praemiis  
Caelestia, terrestria.
16. Suum matricularium  
Voce clamantem solita  
Membris a tortis anxium  
Cum sanant eius merita,  
Dei corda psallentium  
Fatentur nutu subdita.
17. Puer sanus efficitur  
Paralizatum patiens,  
Ubi suam amplectitur  
Terram et fit exsiliens,  
Ac super suum oritur  
Occasum sol custodiens.
18. Caecus ut somno concipit  
Fidem penes hunc obtinens,  
Ab illo lumen accipit  
Laudem precatus concinens,  
A quo splendorem suscipit  
Luna pallorem retinens.
19. Fulbertus de Senefia  
Semivivum corpus ducens  
Sanatur, huius praemia  
Precans et menti reducens,  
Quae declarat hac patria  
Candor in astris relucens.
20. Cum pellit a muliere  
Gehennales satellites  
Et visens eam vivere  
Decrevit inter sospites,  
Christum ut laudet libere,  
Certos observat limites.

- |   |   |
|---|---|
| <p>21. De Fontanis paupereulam<br/>Nihil habentem usiae<br/>Prout curavit quaerulam,<br/>Sic noxam plebis, kyrie,<br/>Tergas et omnem maculam,<br/>Te deprecamur, hagio.</p>  | <p>25. Dammo pro dato famulis<br/>Audisse comminantia<br/>Verba fur narrat praesulis,<br/>Unde fuit iniuria<br/>Suis notata titulis,<br/>Laus, honor, virtus, gloria.</p> |
| <p>22. Roberti conscientiae<br/>Dum surrexerunt stimuli,<br/>Corrector avaritiae<br/>Quia fuit, et populi<br/>Consors erit sententiae,<br/>Venture iudex saeculi.</p>         | <p>26. Latum corpus in operum<br/>Sacrandorum initio<br/>Mutum ab ortu puerum<br/>Marceano coenobio<br/>Fantem dedit ac liberum<br/>Deo patri et filio.</p>               |
| <p>23. Hinniacenses languidos<br/>Ut eius reddis decore<br/>Per agni typum validos,<br/>Sic oppressos facinore<br/>Vesano, Christe, vividos<br/>Conserva nos in tempore.</p>  | <p>27. Falsum testans litigiis<br/>Certo Flandrorum ambitu<br/>Nunquam caret dispendiis<br/>Unius anni transitu<br/>Suis iurans reliquiis<br/>Una cum sancto spiritu.</p> |
| <p>24. A columba decernitur<br/>Virgulti ramos allidi,<br/>Sacra capsula dum tollitur,<br/>Ob flammam ignis torridi<br/>Succensoque protegitor<br/>Hostis a telo perfidi,</p> | <p>28. Christe, gratanter audias<br/>Recitata miracula<br/>Patris huius et facias<br/>Ita sub eius regula<br/>Gratos, quod eos ambias<br/>In sempiterna saecula.</p>      |

Pass. ms. Neerlandicum saec. 15. Cod. 7928 der k. und k. Familien-Fidei-Komifs-Bibliothek Wien. — 4, 3 monitionibus. — 12, 2 eam. — 18, 4 Laudens. — 19, 6 Candor est astris reducens. — Aufschrift: Incipit compendiosa vita sancti Autherti confessoris. Die Schlusszeilen aller Strophen bilden den Hymnus Conditor alme siderum.

### 51. De sancta Barbara.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Salve, Iesu generosa,<br/>Orta stirpe speciosa,<br/>Virgo martyr Barbara,<br/>Sponsa Christi gloriosa<br/>Atque neptis amorosa<br/>Mariae per aethera.</p>             | <p>3. Salve, prima post Mariam<br/>In supernam hierarchiam<br/>Habes thronum gloriosum,<br/>Omnibus te praebens piam,<br/>Qui mortalem pergunt viam,<br/>Dans solamen gaudiosum.</p> |
| <p>2. Salve, fausta praedicatrix,<br/>Et glorifica laudatrix<br/>Sacrosanctae trinitatis,<br/>Miserorum relevatrix<br/>Ac servorum contutatrix<br/>In hora necessitatis.</p> | <p>4. Salve, meritis praeclaris<br/>Quae prae cunctis veneraris<br/>Post parentem Domini,<br/>A Iohanne baptizaris<br/>Signo doni singularis<br/>Nulli dato homini.</p>              |

- |   |  |
|---|--|
| <p>5. Salve, vitae fers octena,<br/>Christi virgo, fide plena,<br/>Omne genus tormentorum,<br/>Sole magis nunc serena<br/>Paradisi per amoena<br/>Civis facta supernorum.</p> | <p>7. Salve, nullis sacramentis<br/>Tibi pie obsequentis<br/>Fraudatur affectio,<br/>Hoc ostendit argumentis<br/>Ac exemplis imminantis<br/>Temporis collectio.</p>      |
| <p>6. Salve, privilegiorum<br/>Singularitas tuorum<br/>Orbi claret crebrius,<br/>Ob quae amor te cunctorum<br/>Grandium ac pussillorum<br/>Recolit celebrius.</p>             | <p>8. Salve, virgo praedilecta,<br/>Manu iuves me porrecta<br/>Largire finaliter,<br/>Ut a carne mens avecta<br/>Mox in caelo sit collecta<br/>Gaudens aeternaliter.</p> |

Orat. ms. saec. 15. Cod. Bruxellen. 4955. — 2, 2 glorificata. — 8, 1  
Quod o virgo praedilectus. — 8, 2 me potentia (protenta).

### 52. De sancta Barbara.

Virgo, fide sana, de stirpe creata profana,  
Gaudia mundana prostravit et idola vana,  
Carceris horrore roseo perfusa cruore,  
Lampadis ardore patitur cruciata dolore,  
Ubere truncata, vestimentis spoliata,  
Haec decollata transcendit regna beata.  
Barbara, morte bona vitae redimita corona,  
Caelica dans dona nos salves, sancta patrona.

Offic. BMV. sec. usum Parisinum saec. 15. Cod. Rossian. VIII 9.

### 53. De sancta Barbara.

- |  |  |
|--|--|
| <p>O caelestis, o beata,<br/>Iesu Christo cara, grata,<br/>Dei sponsa gratiosa,<br/>Supra modum speciosa,</p>                              | <p>15. In Tuscanis foribus<br/>Regnantis temporibus<br/>Impii Maxentiani<br/>Prasidisque Marciani<br/>Die quarta duodeni</p>                           |
| <p>5. O praecelsa margarita,<br/>Per amorem expolita,<br/>Quae post carcerationem,<br/>Verberum et caesionem,<br/>Ustionem lampadarum,</p> | <p>20. Mensis; virgo sancta, veni,<br/>Veni, veni absque mora<br/>In horrenda mortis hora,<br/>Cum me mori est necesse,<br/>Noli mihi tunc deesse,</p> |
| <p>10. Scissionem mammillarum<br/>Aliorumque multorum<br/>Passionum tormentorum<br/>Decollata es a patre<br/>Dioscoro defuncta matre</p>   | <p>25. Christum pro me deprecare,<br/>Quod vis, potes impetrare,<br/>Me ab hostibus tuere,<br/>Mei, virgo, miserere.</p>                               |

Cod. Lambacen. 463. saec. 15. A. — Orat. ms. Campense anni 1462.  
Cod. Darmstadien. 521. B. — 1. O caelicola beata B. — 2. Christo Iesu B. —  
7. incarcerationem B. — 8. Et nevorum caesionem B. — 9. Adustionem B. —  
10. Abcissionem B. — 11. Ac multorum aliorum B. — 12. Passionis B. —  
13. Propter fidem trinitatis B. — 14. Constantiamque castitatis B. — 21. Veni  
cito absque B. — 23. Quando me B. — 26. Nam quod vis B; potens A. —

54. De sancta Barbara.

- |   |   |
|---|---|
| <p>O Barbara sanctissima,<br/>Virgo felicissima,<br/>Multum passa tu dolorem<br/>Es divinum ob amorem.</p> <p>5. Latus tuum laceratum<br/>Est et igne concrematum,<br/>Caput ferro malleatum,<br/>Corpus mammis viduatum,<br/>In plateis es nudata,</p> <p>10. Ense diro defricata.<br/>Pro me Christum interpella,<br/>Digna martyr et puella,<br/>Ut ob tuam passionem<br/>Mihi det remissionem,</p> <p>15. Quae commisi, peccatorum<br/>Et det fontem oculorum,<br/>Ut commissa possim flere,<br/>A futuris me cavere.<br/>Propter poenas, quas tulisti,</p> | <p>20. Quando caput extendisti<br/>Tui patris sub mucrone,<br/>Libro vitae me impone.<br/>Christum placa, mortis hora<br/>Assis mihi sine mora,</p> <p>25. Pelle procul inimicum<br/>Et ostende caeli vicum,<br/>Ut per eum tutus vadam<br/>Et non in tormenta cadam.<br/>Poenas multas sustulisti</p> <p>30. Ob amorem Iesu Christi,<br/>Tuas ergo preces audit<br/>Nec his caeli portas claudit,<br/>Tu pro quibus vis orare;<br/>Pro me, quaeso, deprecare,</p> <p>35. O Barbara, caeli ducem,<br/>Ut aeternam mihi lucem<br/>Det in choro salvandorum<br/>Per saecula saeculorum.</p> |
|---|---|

Orat. ms. Scotorum Vindobonen. 54 h 8. anni 1410. A. — Orat. ms. saec. 15. Cod. Stuttgartien. 1 b 118. B. — Orat. ms. saec. 15. Cod. Sangallen. 521. C. — 3. passa es dolorem A. — 4. Es fehlt A. — 6. Et in igne A. — 8. Manus et corpus vinculatum A. — 10. dire B, duro C. — 17. Ut det B. — 18. futuro B, et cavere BC. — 22. Vitae libro BC. — 24. Adsis ipsa sine BC. — 27. Et per eam B. — 28. Et in morte sic non cadam A. — 29. Multa libens sustulisti BC. — 32. portas caeli C. — 34. Modo pro me deprecare BC. — 38. Per aeterna saecula saeculorum BC.

55. De sancta Barbara.

- |  |  |
|--|--|
| <p>Iesu Christi famula,<br/>Barbara beata,<br/>De nobili genere<br/>paganorum nata,</p> <p>5. Propter pulchritudinem<br/>in turri locata,<br/>Christiana facta est<br/>Deo inspirata,<br/>Ita quod simulacra</p> <p>10. muta confutaret<br/>Et fidem catholicam<br/>clare praedicaret.<br/>Tunc pater idolatra<br/>ipsam verberavit</p> <p>15. Tradiditque praesidi,<br/>quem et adiuravit,<br/>Ut eam suppliciiis<br/>variis necaret,</p> | <p>Nisi diis hostiam</p> <p>20. libens immolaret.<br/>Sed sancta dum iudici<br/>nollet consentire,<br/>Nervis iussit teneram<br/>taurinis ferire</p> <p>25. Et corpus crudeliter<br/>fecit laniari,<br/>Mammillas virgineas<br/>eius amputari.<br/>A patre finaliter</p> <p>30. virgo decollatur<br/>Et tali martyrio<br/>Christo consecratur.<br/>Rogamus nunc, Barbara,<br/>o virgo decora,</p> <p>35. Nobis patrocinium<br/>fer mortis in hora,</p> |
|--|--|



- Qui sacrum martyrrium  
 tuum honoramus  
 Et opem, ut adiuves,  
 40. pie flagitamus.  
 Hoc enim a Domino  
 Deo impetrasti  
 Et te invocantibus  
 facto demonstrasti.  
 45. Nam quidam pericula  
 mortis inciderunt,  
 Et tamen nullatenus  
 mori potuerunt,  
 Nisi tuis precibus,  
 50. meritis obtentis  
 Mererentur refici  
 Christi sacramentis.

- Sic nobis in obitu  
 velis subvenire,  
 55. Contra mala omnia  
 ita nos munire,  
 Ut aeternae gloriae  
 capiamus bona,  
 Cum nobis dulcissima  
 60. data sis patrona.  
 Tuum sponsum cupimus  
 Iesum hic amare,  
 In saeculum saeculi  
 Tecum hunc laudare,  
 65. Cantare cum angelis  
 dulce iubilamen;  
 Illuc duc nos, Barbara,  
 Christi martyr. Amen.

Orat. ms saec. 15. ex. Cod. Darmstadien. 1109. A. — Orat. ms. saec.  
 15. Cod. Colonien. 7. B. — 20. libens fehlt B. — 49. tuis meritis B. —  
 50. precibus obtentis B. — 67. Illuc nos duc. B.

#### 56. De sancta Barbara.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Gaude, felix Barbara,<br/>         Virgo, martyr Christi,<br/>         Mundum, mortem, tartara,<br/>         Satanam vicisti,<br/>         Nam dum consolamina<br/>         Sponsi percepisti,<br/>         Cuncta cruciamina<br/>         Praesidis sprevisti.</p> <p>2. Qui mox de lateribus<br/>         Tuis laniari<br/>         Carnes et lampadibus<br/>         Vulnera flammari,<br/>         Caput tuum malleo<br/>         Iussit vulnerari<br/>         Pectusque virgineo<br/>         Uberi truncari.</p> <p>3. Nuda circumduceris,<br/>         Sed miraculose<br/>         Candida mox tegeris<br/>         Stola gloriose,<br/>         Mortis ad supplicia<br/>         Te spectaculose<br/>         Manus patris propria<br/>         Traxit furiose.</p> | <p>4. Vale, mitis Barbara,<br/>         Mitis spes tuorum,<br/>         Prece nobis praepara<br/>         Praemia caelorum,<br/>         Quae in vitae termino<br/>         Tibi devotorum<br/>         Impetras a Domino<br/>         Veniam malorum.</p> <p>5. Veni, o pulcherrima,<br/>         Audis, invitata<br/>         Patris ad lectissima<br/>         Tibi praeparata<br/>         Tecum in cubilibus,<br/>         Sponsa mihi grata,<br/>         Teque istis mercibus<br/>         Caelicis dotata.</p> <p>6. Post haec patris proprii<br/>         Manu decollaris,<br/>         Laureo martyrii<br/>         Serto coronaris,<br/>         In superna gloria<br/>         Christi collocaris<br/>         Et nunc ab ecclesia<br/>         Digne veneraris.</p> |
|--|--|

Cod. Sangallen. 520. anni 1436. — 2, 7 virgineum. — 4, 3 nobis tem-  
 pera. — 5, 1 Veni mea pulcherrima.

57. De sancta Barbara.

1. **Barbara**, virginitatis  
Decus, cultrix trinitatis,  
Carens vitii quaerela,  
Orta clara parentela,  
Sponsa Christi placida.
2. **A** primaeva iuventute  
Crevit fervens in virtute,  
Luce morum exemplaris,  
Sanctitate singularis,  
[Caritate fervida].
3. **Res** innotuit parenti,  
Qui furore vehementi  
Christi virginem vexavit,  
Crine traxit, castigavit,  
Mancipavit carceri.
4. **Beluino** furens more  
Ipsam carceris squalore  
Tribulatam foris duci  
Iussit et tormento truci  
In aperto conteri.
5. **Acres** poenas mamillarum,  
Ungues, flammam lampadarum,  
Probra, vincula, flagella  
Fortis superat puella  
Fidei constantia.
6. **Requievit** haec beata  
Manu patris decollata,  
Carnis sarcina eiecta  
Consors sanctis est effecta  
In superna patria.
7. **Apud Christum**, o decora,  
Pro peccatis nostris ora,  
Ut finitis his caducis  
Donet nos aeternae lucis  
Contemplari gaudia.

Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521.

58. De sancta Barbara.

1. **Ave**, rosa sanctitatis,  
De spinis nata pravitas  
Dioscori pagani,  
Inserta fide veritatis  
Cum radice caritatis  
Arbori immani,  
Quae totam terram occupat  
Et Iesum Christum praedicat,  
Quem colunt christiani.
2. **Tu** pulchra carne, pulchrior  
Mente existitisti,  
In turri sedens altior  
Angelos vidisti,  
Nos visita per gratiam  
Hac in valle tristi.
3. **Tu** virgo Christi, Barbara,  
Quam digne colunt aethera,  
Caelum, terra, infima  
Ob vitae sanctitatem,  
Adhuc existens parvula
- Gracilis et tenera,  
Fide tibi indita  
Novisti trinitatem,  
Cuius tu in cellula  
Trina fenestrellula  
Contra patris monita  
Monstrasti veritatem.
4. **Tu** tunc fidem ostendisti,  
Cum baptizanda iniisti  
Alveum aquarum  
Et baptizata consecrasti,  
Signo crucis consignasti  
Balneum thermanum,  
Ut in eo lavarentur,  
Sanctitate fruerentur  
Corporum et animarum.  
Precor te, pulcherrima  
O sponsa Christi Barbara,  
Ablue ab anima  
Maculas culparum.

5. Post patri revertenti  
 Et de fenestris quaeritanti  
 „Cur trinas ordinasti?“  
 Tu, sponsa Iesu Christi,  
 Modeste respondisti  
 Et patrem informasti:  
 Illuminant trinae lucide  
 Et binae tenebrescere  
 Faciunt, clamasti.
6. Quod pater tuus audiens  
 Et fidem in te sentiens  
 Christianitatis,  
 Iratus vibrans gladium,  
 Ut in te naticidium  
 Patraret feritatis,  
 Orando Deum intime  
 Impetrasti caelicae  
 Solamen pietatis.
7. Nam te salvavit Dominus  
 Iuvamen mittens caelitus  
 Miro hoc prodigio  
 Per murum tibi ruptum,  
 Sed patri incorruptum,  
 In rupium fastigio  
 Ut Loth te salvam fecit,  
 Ad montem tum te iecit  
 Segor in mysterio.
8. Propter hoc miraculum,  
 O virgo, cum obstaculum  
 Occurrit temptatorum,  
 Fac nos constanter aggredi  
 Et in Deo transgredi  
 Murum peccatorum,  
 Ut praeservemur a conflictu  
 Liberemurque ab ictu  
 Ensium invasorum.
9. Post pater tuus fervidus  
 Ira atque infidus  
 In monte te quaesivit,  
 Duobus a pastoribus  
 Dispertitis moribus  
 Contraria audivit,  
 Uno defendente,  
 Altero te prodente,  
 Quem Deus sic punivit:
10. Oves eius in locustas  
 Commutavit, ut vetustas  
 De Loth uxore asserit,  
 Quae, quia retrospectit  
 Et Dominum despexit,  
 In statuam salis transiit;  
 Tu nos ad bonum adiuva,  
 Dehinc in melius commuta  
 Et tandem in optima  
 Per Christum qui te diligit.
11. De monte tunc ad carcerem,  
 De carcere ad praesidem  
 Te traxit pater proprius,  
 Qui tuam pulchritudinem  
 Dum cerneret per ordinem,  
 Sic dixit iudex impius:
12. Quid vis nunc eligere,  
 An tibi ipsi parcere  
 Aut diis sacrificare?  
 Ego, ais, Domino Deo,  
 Christo Iesu, sponso meo,  
 Incensum volo dare,  
 Non deos tuos absonos  
 Ex auro aereque conditos  
 Volo adorare.
13. Tunc praeses te nudavit,  
 Tuam carnem maceravit  
 Taurinis nervis acriter,  
 Pannis cilicinis  
 Defricare nimis  
 Iussit et immaniter;  
 Fac nos in cilicio  
 Simul et ieiunio  
 Servire Deo largiter.
14. Sic te patiente  
 Et Deo apparente  
 Verba Christi audiuntur:  
 Confide, ait, Barbara,  
 Terra atque aethera  
 De tuo pati laetabuntur,  
 Nec te dimittam cadere,  
 Sed submittam supere,  
 Quo plagae sanabuntur.

15. Quo dicto statim es sanata  
Ab omni plaga et curata,  
Sponsa Christi Barbara;  
Per ipsum, qui te sanavit  
Et te cruce consignavit,  
Sana mea vulnera  
Et nos gementes consolare,  
Tripudiantes confortare  
Tua per precamina.
16. Sed cum praeses perfidus  
Haec dona data caelitus  
Diis falsis imputaret,  
Dii tui, ais, similes  
Nec tibi nec sibi utiles;  
Quomodo hoc apparet,  
Quod me sanarunt impotentes,  
Surdi, caeci nec loquentes,  
Ni verus Deus hoc donaret?
17. Tunc praeses te suspendere  
Ad furcas atque carpere  
Latus unguis demandabat,  
Lampades ardentes,  
Malleos caedentes  
Ad tuum caput procurabat,  
Ex quibus sanguis effluit,  
Quo tuum corpus maduit  
Et totum cruentabat.
18. Videns praeses, quod portabas  
Flagellorum plagas  
Et carcerem taetrosum,  
Lanceatum laterum  
Et ardorem lampadam,  
Malleum poenosum,  
Iubet mammas virginales  
Abscindi ense pectorales,  
Quod est luctuosum.
19. Tunc in caelum aspexisti  
Devota mente et dixisti:  
Noli me proicere  
A facie tua, Domine,  
Nec sacratum a me homine  
Spiritus recipere;  
Hunc sanctum Dei spiritum  
Ad bona necessarium  
In nobis fac persistere.
20. Per totam idem regionem  
Variam post caesionem  
Nudatam iussit ire,  
Sed qui caelum nubibus  
Tegit, tuis precibus  
Inclinatus mire  
Candidam stolam caelitus  
Per angelum misit concitus,  
Te fecit operire.
21. Nos nudatos nuptiali  
Veste tege, virgo, tali  
Ornamento caritatis,  
Ne rex visos invitatos  
Nos eiciat ut damnatos  
A facie deitatis.
22. Quid plura dicam, virgo Christi,  
Quae a patre tuo tristi  
Fuisti decollata?  
Ante tamen caesionem  
Capitis per orationem  
Et Christum deprecata  
Pro cunctis, qui te venerantur  
Tuumque nomen memorantur  
Et quod sic es plagata,
23. Ut Deus sua gratia  
Dimittat hic peccamina  
Cum venia finali,  
Nec privet eos munere  
Sancta eucharistiae  
In morte corporali.
24. Facto hoc precamine  
Deifico adfamiae  
Sic es adlocuta:  
Veni, dulcis Barbara,  
Dilecta mea candida,  
Certa sis et tuta,  
Quod cuncti, qui te reverentur,  
Ad regna celsa transferentur,  
Quae sunt impolluta.
25. O clemens virgo atque pia,  
Quam diligunt Iesus et Maria,  
Regina in virginibus,  
Fac nos sic te venerari,  
Ut hic a Christo liberari  
A peccatis omnibus

Mereamur et cibari  
Corpore Christi ab altari  
Sacerdotum manibus,  
Ac in fine praeservari  
A maligno et beari  
Sanctis cum spiritibus.

Orat. ms. Carth. Erfordien. saec. 15. (Privatbesitz).

### 59. De sancta Barbara.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Ave, trini lucifera,<br>Post Mariam flos virginum,<br>O mediatrix Barbara<br>Dei vera et hominum. | 2. A rege patre proprio<br>Interemta crudeliter,<br>Caelesti fruens gaudio<br>Succurre nobis iugiter. |
|--|---|

Cod. Parisin. 11343. saec. 15. — Auf das Lied folgt noch der kurze Versikel:

Nocte tua pane si quis iciunet et unda,  
Nunquam vere poterit inferni scire profunda.

### 60. De sancta Barbara.

Virgo, Deo cara, rosa gaudes, Barbara clara,  
Verbera fers ara fidei, patienter amara  
Vulnera perpessa, prece nec cruciamine fessa,  
Dum sis confessa trinitatem fraude repressa.  
Ergo tua digna prece, Barbara, virgo benigna,  
Arte poli signa nos servans morte maligna.  
Criminaque flere tecum Christumque videre  
Possimus vere, confessi sorde carere.

Horae BMV. Bartholomaei della Gratta († 1461). Cod. Vatican. Ottobon. 2919.

### 61. De sancta Barbara.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Adest triumphus nobilis<br>Festumque caeli curiae,<br>Quo rosa delectabilis<br>Offertur regi gloriae.  | 4. Nunc pange, lingua, virginis<br>Sacratae huius proelium,<br>Merita, laudes, triumphum,<br>Quo vicit hostem fortior. |
| 2. Gaudet chorus caelestium,<br>Cum scandit astra Barbara,<br>Caeligenarum epulis<br>Fruitura perennibus. | 5. Haec carne solo posita,<br>Mente polo contigua,<br>Vitae reclusit tenebras,<br>Fulgorem nacta caelitum.             |
| 3. Hodie namque thalamo<br>Copulata nuptiali<br>Est corona decorata,<br>Bonis ineffabilibus.              | 6. Medicus adest animae,<br>Visitans docet, abluit.<br>Imperio Diosocri<br>Contempto trinam fieri                      |

7. In trinitatis nomine  
Fenestram iubet lucidam,  
Reversus audit genitor,  
Confracta dolet idola.
8. Arrepta spata filiam  
Mactare saevus nititur,  
Sed intus petra suscipit  
Iaciens in monticulum.
9. Pastore ab uno proditam  
Crinibus trahit hanc pater,  
Flagellat, ligat, carceris  
Taetro claudens ergastulo.
10. Martiano nuntiantur  
Praesidi gesta Barbarae,  
Suadens, ut sacrificet,  
Blanditur, saevit impius.
11. Abnegat sponsa constanter,  
In laudis sacrificium  
Fervore mentis intimo  
Se offerens plene dilecto.
12. Furit praeses furibundus,  
Nudari iubet liliium,  
Verberat miles, lacerat  
Taurinis nervis intima.
13. Nudata pendent viscera,  
Sanguis sacratus funditur,  
Immobilis sed permanet  
Vitae perennis gratia.
14. Clauditur hinc in carcere,  
Mox adest sponsus gloriae  
Confortans luce comiter,  
Sanata plagis fruitur.
15. Angelorum melodiis,  
Confortata tripudiat,  
Eductam tradit impius  
Crudelibus tortoribus.
16. Latera furcis fodiunt,  
Lampade cremant viscera,  
Caput, os tundunt malleo,  
Mammas evellunt pectore.
17. Trahitur in spectaculum  
Nuda per plebis compita,  
Stola sed missa caelitus  
Divina gaudens tegitur.
18. Nec moras dirus patitur,  
Rapuit sanctam genitor,  
Ut perdat ducens Barbaram  
Montis in supercilium.
19. Intimo corde Dominum  
Precatur flexo poplite,  
Vox vocat: veni, propera,  
Festina, coronaberis.
20. Vibrat ensem truculentus,  
Tollit caput Dioscorus  
Mucrone fundens sanguinem,  
Sed illum flamma devorat.
21. Assunt cives supernorum  
Suavibus efferentes  
In nuptiali thalamo  
Sponsam regis amplexibus.
22. Te nunc, beata, quaesumus,  
Nobis deposce veniam,  
Fidem, spem, pacem, gratiam  
Veramque paenitentiam.
23. Honor, decus, imperium  
Sit trinitati unicae,  
Patri, nato, paraclito  
Per infinita saecula.

Orat. ms. Epternacense saec. 15. Cod. Luciliburgen. 1. — 9, 4 In taetro claudens carcere. — 19, 3 veni. pulchra. — Scheint akrostichisch gewesen: Agonem . . . i[u] vato; ist auch mit Entlehnungen durchsetzt.

#### 62. De sancta Barbara.

1. O Christi martyr pia,  
Barbara, caeli via,  
Nomen sanctae trinitatis  
Mundo corde honorasti,  
Regna mundi refutasti  
Ac nutum paternitatis.
2. Simulacra falsa spernens,  
Veritatem Christi cernens  
Nec non iudicis praeceptum,  
O quam dire vulnerata,  
Laesa, spreta, verberata  
Ob patris sui contemptum.

3. Ad despectum denudata,  
Per angelum praeservata,  
In turri laeta consolata  
A Christo, vulnere sanata,  
Post haec varie trucidata,  
Tandem a patre decollata.
4. Eia, quae nunc es cum sponso,  
Quem duxisti in absconso,  
Quem iam palam contem-  
plaris,  
Virgo pulchra et decora,  
Iesum Christum mortis hora  
Tu pro nobis deprecaris,
5. Ut nos suis dignis donis  
Corporis et unctionis  
Mellifuae satiemur  
Et a diaboli fraude,  
Visu et mundana laude  
Protegamur et salvemur.

Orat. ms. Carthusiae Erphesfurten. saec. 15. Cod. Rossian. VIII. 56. A. — Aus unbekannter Quelle bei Milchsack I, 86. B. — 1, 1 mater[!] pia B. — 1, 3 Quae nomen A. — 1, 6 fehlt A. — 2, 3 fehlt A. — 2, 5 Es et verberata A. — 2, 6 Ad praeceptum patris tui A. — 3, 1 Vestibus es denudata A. — 3, 2 Sed per angelum vestita A. — 3, 4 A Christo sanata A. — 3, 5 truita A. — 4, 1 nunc vales cum A. — 4, 4 O quam pulchra, quam A. — 4, 6 Tunc B; deprecare A. — 5, 1 sacris donis A. — 5, 5 Visu fehlt A.

### 63. De sancto Bartholomaeo.

Audi servorum clemens pia vota tuorum,  
Bartholomaeae, chori medium sidus duodeni;  
Flecte pias aures ad nostras, splendide, laudes  
Nosque pio regi commenda voce fideli.

Cod. Trecent. (ol. Claravallen.) 1612. saec. 15.

### 64. De sancto Benedicto.

- |                            |                            |
|----------------------------|----------------------------|
| Iesu Christi Domini        | Domini creatoris,          |
| Confessor pretiose,        | Cum praecepta non tenui    |
| O beate Benedicte,         | 20. Benigni salvatoris,    |
| Tu pater gloriose,         | A cuius sancta gratia      |
| 5. Dux monachorum inclite, | Me miserum elongavi,       |
| Decus et forma vitae,      | Dum vana mundi perdit      |
| Salus et refugium          | Acrius amavi.              |
| Tibi famulantium rite,     | 25. Sed quid mihi proderit |
| Benignus vota suscipe      | Vanitas mundi huius,       |
| 10. Devote deprecantis,    | Dum ipse mundus deperit    |
| Tui indigni famuli         | Et concupiscentia eius,    |
| Ad te nunc clamantis.      | Et cum finis venerit       |
| Exora Dominum pro me       | 30. Mortalis meae vitae,   |
| Cum omnibus beatis,        | Denique mea omnia          |
| 15. Ut me solvat a crimine | Remanent in lite,          |
| Et a cunctis peccatis,     | Substantia mortalibus,     |
| Quibus iram merui          | Caro vermibus datur,       |

35. Secundum sua merita  
Anima iudicatur,  
Et cum iudex omnium  
Iratu adventabit,  
Cunctorum facta hominum  
40. Districte iudicabit.  
Quid tunc miser faciam  
Vel quid dicturus ero,  
Dum nihil boni proferam  
Tam iudici severo?  
45. Ergo, sancte (pater) Benedicte,  
Ad te clamito reus,  
Fac, ut per tua merita  
Misereatur (mihi) Deus,  
Ut digne mea delicta  
50. Valeam deflere,  
Spiritus sancti gratiam  
Merear obtinere,  
Per quam tu ad patriam  
Aeternam pervenisti,  
55. Dum cuncta mundi infima  
Libere sprevisi,  
Parentes et patriam,  
Divitias spernendo,  
Vitam solitariam  
60. Sollicite quaerendo.  
Tandem in solitudine  
Per triennium mansisti,  
Ieiuniis, vigiliis  
Corpus affecisti.  
65. Exinde te Dominus  
Extulit in honorem,  
Dum te patrem monachorum  
Effecit et doctorem,  
Quos ut fideles Moyses
70. Legem docuisti,  
Dum sanctitatis regulam  
Eis edidisti,  
Quam tu per omnia digne  
Primum perfecisti.  
75. Miraculorum insigniis  
Clarus hic fuisti;  
Iam gaudes aeternaliter  
In caeli comitatu,  
Me miserum respice  
80. In hoc incolatu,  
Inimicos repelle  
Mihi insidiantes,  
Casus malos amove  
Mihi imminentes,  
85. Gressus meos dirige  
In via salutis,  
Ut exsequi merear  
Opera virtutis.  
Tua grata gratia  
90. Pro me preces fundat  
Ad Mariam virginem,  
Ut pro me intercedat  
Apud suum filium,  
Benignum salvatorem,  
95. Ut animae et corporis  
Sanet languorem,  
Mortis in examine  
Me velit visitare,  
Corpus suum et sanguinem  
100. Dignetur praestare  
Et post hoc exsiliu  
Ad caelum perducatur,  
Deus qui per saecula  
Vivit atque regnat.

Orat. ms. S. Mariae ad Scotos anni 1410. Cod. Vindobonen. 54 h 8. —  
30 Mortalis vitae meae. — 43 proferam.

### 65. De sancto Bernhardo.

1. O odorifere narde,  
Beate pater Bernarde,  
Pacis nostrae disciplina,  
In te luxit lux divina.  
O lilium mirificum,  
Dans odorem vivificum  
Decusque religionis  
Et forma perfectionis.
2. Loquens ut Esdras altius,  
Ex te redundans fluvius  
Manavit sapientiae,  
Fluenta quidem gratiae  
Propinasti in populo,  
Ignis effulgens saeculo,  
Thus redolens caritatis,  
Oliva suavitatis.



3. Vas auri summum nobile,  
Clarum, profundum, ductile,  
Humilitatis viola.  
Strenua virtutum scola,  
Heres aeterni nominis,  
Impetus tui fluminis  
Ecclesiam laetificat,  
Gregem tuum sanctificat.
4. O pastor gregis pauperis,  
Tuis adesto posteris,  
Protege nos et refove,  
Vitia cuncta remove,  
Succurre sanctis precibus  
Tuis, pater, supplicibus.
5. Nobis confer subsidium,  
Tuarum voces ovium  
Audi, exaudi, domine,  
Et apud Deum obtine,  
Ut gratiam largiatur,  
Et in nobis augeatur  
Religio et sanctitas,  
Devotio et caritas.
6. Mei, pater sanctissime,  
Memor esto maxime,  
Tuo interventu pio  
Munder ab omni vitio,  
Ut virtus in me vigeat,  
Perseveret et maneat,

Et te duce perveniam  
Ad caelestem patriam.

Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521.

#### 66. De sancto Bernhardo.

Caritate vulneratus,  
Castitate dealbatus,  
Verbo vitae laureatus  
Est Bernhardus sublimatus  
In caelesti gloria.  
O virtutis speculum,  
Cuius mire saeculum  
Ardore splendet fidei,  
Prece fidelissima,  
Ope constantissima  
Duc nos in altissima,  
Ubi clarent optima  
Caeli aeterna praemia.

Hortulus animae imp. Argentinae 1508.

#### 67. De sancto Bernharde.

O redolens narde, pater inclite, sancte Bernharde,  
Culmen virtutis, speculum, lux duxque salutis,  
Fortis et athleta, via, portus et ancora, meta,  
Doctor praeclare, natorum nunc memorare,  
Quos hic fovisti, quos in Christo genuisti,  
Hos modo dignare meritis precibusque iuvare.

Collect. ms. Altovadense saec. 15. Cod. Altovaden. 60.

68. De sancta Birgitta.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Gaude, sponsa gloriae,<br/>Nova lux ecclesiae,<br/>    Birgitta beata,<br/>Perduc nos ad gaudia<br/>Summaque palatia<br/>    Prece tua grata.</p>                            | <p>4. Gaude, Dei sponsula<br/>Dives et paupercula<br/>    Virtutibus impleta,<br/>Tuam catervam protege<br/>Atque labentes erige<br/>    Dans gaudia quieta.</p>  |
| <p>2. Gaude, cui Christus plura<br/>Revelavit et futura<br/>    Dedit quoque cernere,<br/>Huius mundi nobis vanam<br/>Da fallacem et insanam<br/>    Semper pompam spernere.</p>   | <p>5. Gaude, soror angelorum,<br/>Cuius pater saeculorum<br/>    Verbis dat credentibus<br/>Sceptrum pulchrum in mer-<br/>                                cedem<br/>Et praeclaram poli sedem<br/>    Regnis in caelestibus.</p> |
| <p>3. Gaude, felix reparatrix,<br/>Vinearum adornatrix<br/>    Nec non et ecclesiae,<br/>Mentes nostras tu repara,<br/>Ut in aula caeli clara<br/>    Summae iungamur gloriae.</p> | <p>6. Gaude, sponsa tam beata,<br/>Iam in caelo collocata<br/>    Sentis semper dulcia,<br/>Iam nos trahe sine mora,<br/>Angelorum omni hora<br/>    Ubi sonant cantica.</p>  |
7. Gaude, nova stella maris,  
Nos ad portum pulsas malis  
    Perduc[as caelestium]  
Et in mundo constitutis  
Sis adiatrix, fons virtutis,  
    Praesens post exsilium.

Cod. Sangallen. 520. anni 1436. — 3, 5 caeli fehlt. — 4, 1 Gaude, sancta Dei sponsa. — 4, 2 atque paupercula. — 4, 3 Virtutum. — 4, 5 Et labentes. — 7, 2 Nos a portu. — 7, 4 in mundis; lies in undis?

69. De sancta Birgitta.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Salve, decus feminarum,<br/>Gemma lucens matronarum,<br/>Forma vivens viduarum,<br/>    Birgitta de Suecia,<br/>Tu de stirpe regum nata,<br/>Matris alvo praeservata,<br/>Signo nubis declarata<br/>    Noctis hora media.</p> | <p>Aetas prima dum duravit,<br/>Usu linguae te privavit,<br/>Quem quartenni reformavit<br/>    Natura subtilius.</p>   |
| <p>2. Te primaevam declaravit<br/>Virgo, sibi quam aptavit<br/>Et in partu liberavit<br/>    A pressura gemitus.</p>   | <p>3. Christus passus praedicatur,<br/>Eius quando recordatur,<br/>Cor puellae sauciatur<br/>    Doloris aculeo,<br/>Cui Christus sic: ingrati<br/>Me configunt aspernati,<br/>Cum decrevi mortem pati<br/>    In crucis eculeo.</p> |

4. Sponsam daemon dum temp-  
tavit,  
Se in monstrum transformavit,  
Haec ad Christum convolavit,  
Et cessant insidiae.  
Tandem coepit desponsari  
Viro stirpe, voto pari,  
Quibus placet coartari  
Freno pudicitiae.
5. Sponsum castum per timorem  
Dei duxit in amorem,  
Cuius fecit et cultorem  
Sacris lectionibus;  
Post hoc ambo decreverunt  
Caelibatam, quem voverunt,  
Et sic simul commanserunt  
Carnis spretis actibus.
6. Natos, Deus quos donavit,  
Tam sincere educavit,  
Quos per doctos informavit  
Vita, fide, moribus  
Deum fortiter amare,  
Matrem Christi honorare,  
Sanctos omnes collaudare  
Votis et operibus.
7. Carnem domans ieiunavit,  
Quam cilicio substravit  
Stratu duro maceravit,  
Frixuris et unguibus.  
Vitam suam non palpavit,  
Se despectam peroptavit  
Ut placeret, quem amavit,  
Sponso in caelestibus.
8. Cor in fletu cruciavit,  
Confitendo se purgavit  
Et emendans consummavit  
Partes paenitentiae;  
Nec se solam contristare,  
Sed et cunctos scit plorare,  
Quos a culpa vult salvare  
Ex motu clementiae.
9. Haec tres partes facultatis  
Dat in usus pietatis,  
Aequa lance suis natis,  
Templis et pauperibus;  
Dum sic dando inardescit,  
Opus dextrae laeva nescit,  
Fessa manus non quiescit  
A strictis operibus.
10. Tandem viro vita functo  
Nexu thori iam seiuncto  
Sponsa voto cordis cuncto  
Christum sponsum ad-  
petit,  
Cuius flagrans in amore  
Vocem audit in candore:  
Nubis pro fetu maiore,  
Sic hanc Christus provehit.
11. Christus enim, quos vocavit,  
Illos et magnificavit  
Et insignes demonstravit  
Virtutum potentia.  
Sic te sponsam, quam dilexit,  
Vita moribus direxit  
Et ad summa te provexit  
Virtutum insignia.
12. Tu languorum curativa,  
Sanitatum collativa,  
Leprosorum mundativa  
Sacro medicamine,  
Fractos sanas a laesura,  
Curvos erigis statura,  
Caecis removes obscura  
Humili precamine.
13. Tu laborans in orando,  
Cordi linguam conformando  
Perseveras contemplando  
Fixis terrae genibus,  
Cuius cordi inspiratur  
Forma, qua Deus colatur,  
In qua Christi reseratur  
Poena cum doloribus.

14. Missa Romam festinavit  
 Sponsa, sancta frequentavit,  
 Cuius semper aestuavit  
 Mens invicta taedio.  
 Loca plura perlustravit  
 Nec labores formidavit,  
 Quia amor, quem gestavit  
 Non torpebat otio.
15. Terram sanctam visitavit,  
 Ubi Christus revelavit  
 Sibi mortem, quam gustavit,  
 Et partum virgineum,  
 Tandem post loca sanctorum  
 Urbem redit Romanorum,  
 Semper ardens beatorum  
 Ad regnum aethereum.
16. Ubi coepit infirmari,  
 Gravi feбри fatigari,  
 Ex languore molestari  
 Destituta viribus.  
 Quam apparens salutavit,  
 Vitae finem praesignavit  
 Et futura praemonstravit  
 Christus suis vocibus.
17. Quamvis corpus fatigatur,  
 Sponsae mens exhilaratur,  
 Quia sponsus sibi fatur:  
 Veni, coronaberis;  
 Die quinta hoc momento  
 Sumpto meo sacramento  
 Corpus tradens monumento  
 Tu caelum ingrederis.
18. Coram ara vestieris,  
 Ut non solum appelleris  
 Sponsa mea, sed tu eris  
 Mater Watzstenensium.
- Die quinta ad altare  
 Sumens sacrum salutare  
 Coepit spiritum efflare  
 Manibus astantium.
19. Hoc vult quidam sic probari:  
 Vidit lectum sublimari,  
 Sponsam lecto transportari  
 In caelestem requiem.  
 Quam instanter deprecemur,  
 Ut peccatis absolvemur  
 Et per ipsam transformemur  
 De fide ad speciem.
20. Salve, sponsi regis castrum,  
 In planetis fulgens astrum,  
 Ebur nitens, alabastrum,  
 Spes, res es pulcherrima.  
 Salve, morum inductiva,  
 Secretorum susceptiva,  
 Vitiatorum correctiva.  
 Cos, ros, dos gratissima.
21. Salve, redux reproborum,  
 Tu solamen oppressorum,  
 Advocata miserorum,  
 Lux, nux, dux prudentiae,  
 Salve, splendens margarita,  
 Christi sponsa redimita,  
 Sponsum sequens clara vita,  
 Ius, tus, rus fragantiae.
22. Salve, speculum virtutis,  
 A pressura servitutis  
 Duc nos ad portum salutis  
 In superna patria.  
 Salve, sponsa summi Dei,  
 Nos ab aestu huius spei  
 Tranfer ad promissa rei  
 Sempiterna gaudia.

Cod. Palat. Vindobonen. 1316. saec. 15. — Das Lied ist in der Hs. in 7 Teile zerlegt, die aber ersichtlich erst später in dasselbe hineingetragen sind. Aus derselben Quelle bei Klemming I, 39 ff. Vgl. übrigens zu Str. 20 ff. Anal. XXIX, Nr. 114.

70. De sancta Birgitta.

1. Ave, peregrinorum Birgitta patrona, Suecorum  
Fulges stirpe sata, de principibus generata.
2. Quam felix domina, quae illustrat peregrina  
Romam, Jerusalem! Mirantur saecula talem.
3. Haec cum transiret tua, Iacobe, limina, viret;  
Hinc Romam rediens vento cuicumque resistens.
4. Quam Deus acquisivit, surgens flendo sepelivit  
Roma defunctam, quamvis virtute perunctam.
5. Nam mala quaeque necat, in multis ubera sanat,  
Reddit rite natos morbo quocumque gravatos.
6. Discordes gentes, inter se bella gerentes,  
Concordes unit et pacis foedera munit.
7. Caeci, leprosi, claudi, vitiis tenebrosi,  
Ex ense strati nece, daemonio agitati,
8. Fragmentum passi, subeuntes flumina, quassi,  
Carceribus clausi, vinclis aliisque reclusi,
9. Hi precibus citius gaudent meritis simul huius  
Se fore sanatos et firmiter auxiliatos.
10. Perpressos chiragram curat simulque podagram;  
O quam mira res, pariunt steriles mulieres.
11. Ista Deus signa per te, patrona benigna,  
Dat fieri grata, gaudens sua sponsa vocata.
12. Nautico pulchrum prope facta, Christe, sepulcrum  
Te vidit illa quidem passum velut in cruce pridem.
13. Haec etiam meruit videns bis cernere gratum,  
Quem virgo fuit enixa puerpera, natum.
14. Quae prophetissa, scriptrix evangeliorum,  
Expositrix quorum, lux terrigenis nova missa.
15. Tu prece conserva populum, qui te veneratur,  
[Quique molestatur] a daemonis arte proterva.

Cod. Pragen. (ol. Trebonen.) I E 25. add. saec. 15. — 1, 2 Fulget. — 2, 2 Roma. — 3, 1 limina q̄i; der Text ist hier und im folgenden Vers sichflich verderbt. — 3, 2 cuicumque rediens. — 4, 2 Romae. — 5, 1 necet in multis ubera manet. — 10, 1 Perpressis chiragram cura simulque podagranti. — 12, 1 facti Christi. — 14, 1 Quem.

71. De sancto Bonifatio.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Eia, qui terra premeris,<br>Qui sordibus intingeris,<br>Luto detrusus carceris,<br>Confide, ne desperes, | Sanguis, qui lavat omnia,<br>Summa misericordia<br>Tua delebit vitia,<br>De servo fies heres. |
|---|---|

2. Quem colis Bonifatium,  
Nunc sanctum quondam impium,  
Ad spei tuae gaudium  
Proponas in exemplum;  
Corpus a turpi vitio  
Submotum dat martyrio  
Fitque Dei iudicio  
De lupanari templum.
3. Aurum arena foditur,  
Lapis in aes convertitur,  
In ventre conchae gignitur  
De rore margarita;  
Nulla te fraus decipiat,  
Nullus metus deiciat,  
Te tristem spes alliciat,  
Te ferrum calamita.
4. Suspiciens considera  
Praeclara Dei munera,  
Quae provehit ad sidera  
Demersos in profundum,  
Laudes rependas inclitas  
Christo, cuius benignitas  
Poenas remittens debitas  
Dat regnum gaudibundum.

Cod. Londinen. Reg. 7 A VI saec. 14/15.

### 72. De sancta Brigida.

- Brigida nomen habet gemino et diademate fulget,  
Quam colimus, fratres, Brigida nomen habet.  
Virgo fuit Domini mundo et crucifixa manebat,  
Intus et exterius virgo fuit Domini.
5. Despiciebat ovans instantis gaudia vitae  
Et falsos fastus despiciebat ovans.  
Horruit et fragiles mundi fallentis honores,  
Divitias, pompas horruit et fragiles.  
Gaudia perpetuae spectans et praemia vitae
10. Suscepit certae gaudia perpetuae.  
E superis resonat cantus cum fidibus, echo  
Tubarum sublimis e superis resonat.  
Mitte, beata, preces pro nobis, virgo benigna,  
Ad Dominum semper mitte, beata, preces.

Colgan, Trias Thaumaturga p. 542. ex Cod. S. Auberti Cameracen. —  
11 resonat intus cum sedibus. — Colgan schlägt vor, Zeile 12 zu lesen cum  
tuba sublimis; Todd, Liber hymnorum I p. 64 bringt andere Verbesserungen  
in Vorschlag, die indes nicht ungesucht erscheinen.

### 73. De sancta Caecilia.

1. Gaude nunc, Caecilia,  
Summi regis filia,  
Praedita virtute,  
Quia mundi vilia  
Contempsisti gaudia  
Tu a iuventute.
2. Gaude, coniunx, vidua,  
Virgo nam assidua  
Luce sociaris  
Viduis, coniugibus  
[Simul et virginibus]  
Quibus copularis.

- |  |  |
|--|--|
| <p>3. Gaude, nam ad gratiam<br/>Sponsi conscientiam<br/>Tui deduxisti,<br/>Cum illum idolorum<br/>A cultura profanorum<br/>Purgandum misisti.</p>      | <p>5. Gaude, nam te balnei<br/>Vis ferventis ignei<br/>Dimisit splendere<br/>Sic, quod nulla laesio<br/>Carnis aut adustio<br/>Valuit patere.</p>    |
| <p>4. Gaude, nam vernantibus<br/>Liliis florentibus<br/>Ac rosis ornaris,<br/>Cum per Christi angelum<br/>Intrantem cubiculum<br/>Iussu coronaris.</p> | <p>6. Gaude, nam hinc passio,<br/>Tu ter icta gladio,<br/>Martyr, adimpletur,<br/>Dum a te plebecula<br/>Triplici diecula<br/>[In fide] docetur.</p> |
7. Gaude, quia vivere  
Nunc cum iustis crederis  
Regis in curia,  
Ad quam nos dirigere  
Digneris et recipere  
Mortis a furia.

Orat. ms. S. Caeciliae Colonien. saec. 25. Cod. Colonien. 1. — 4, 2 ac  
floreis, gegen den Reim. — 4, 3 Roseis. — 7, 2 verletz't den Reim.

#### 74. De sancto Christophoro.

1. Tu Iesus es testis: ubi Christophorus memoratur,  
Vis famis aut pestis, mala mors ibi non dominatur.  
Non homo nec pecora quaevis subeunt graviora,  
Hoc dedit absque mora Christus sibi mortis in hora.
2. Christophori speciem quacunq'ue die revereris,  
Certus habeto diem, subito quod non morieris,  
Christophori sancti speciem quicunq'ue tuetur,  
Illo nempe die nullo languore tenetur.
3. Pensa, qui transis, tu Christophoro pius an sis,  
Si non, fac, ut sis, ipsum venerando fidelis.  
Martyr Christophore, pro salvatoris honore  
Fac nos mente fore dignos deitatis amore.
4. Promisso Christi quia, quod petis, obtinuisti,  
Da populo tristi bona, quae moriendo petisti,  
Confer solamen et mentis tolle gravamen,  
Iudicis examen fac mite sit omnibus. Amen.

Orat. ms. saec. 15. Cod. Londinen. Harl. 211. — Zu 2, 3 sq. vgl. Vers  
3 sq. in der folgenden Nummer.

#### 75. De sancto Christophoro.

1. Christophori collo sedeo, qui crimina tollo,  
Solutus de sanctis formam tenet ille gigantis.  
Christophori sancti speciem quicunq'ue tuetur,

- Illo nempe die nullo languore tenetur,  
5. Sed defendetur per illum, qui cuncta tuetur.  
Qui corpus Christi dignus portare fuisti,  
Qui defers umeris Christum, Christophore, laetis,  
Corpora, Christophore, fac nostra carere dolore.

Brev. ms. Toletanum saec. 14. Cod. Matriten. Ff 147. A. — Orat. ms. S. Ferdinandi Matriten. 14 saec. 15. B. — 2 steht hinter 5 A. — 3 Sancti Christophori eius speciem B. — 5 fehlt B. — 7 fehlt B. — 8. Christophore fehlt B; fac corpora B. — Nach 8 fügt A noch bei: Visio Christophori magna sit nunca [sic] dolore. — In A unter den Suffragia. SS.

### 76. De sancto Christophoro.

Martyr Christophore, pro salvatoris honore  
Fac nos mente fore dignos pietatis amore.  
Promisso Christi quia, quae petis, obtinuisti,  
Da populo tristi bona, quae moriendo petisti.  
Confer solamen et mentis tolle gravamen,  
Iudicis examen fac mite sit omnibus. Amen.

Orat. ms. saec. 15. Cod. Civit. Turicen. C 176. — 1 O martyr. Das ganze Lied ist übrigens gleich dem Schluss von Nr. 74.

### 77. De sancta Clara.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Ave, mater humilis,<br>Ancilla crucifixi,<br>Clara, virgo nobilis,<br>Sponsa Iesu Christi,<br>Ad caelestem patriam<br>Fac nos proficisci.                                       | 5. Clara Dei famula,<br>Tenera infantula,<br>Cilicii baiula,<br>Vivens sine macula.   |
| 2. Claritatis lilium,<br>Clara clarens stella,<br>Virtutum sacrarium,<br>Transfer, mater bella,<br>Nos ad Dei filium,<br>Pigmentorum cella.  | 6. Tu forma humilium,<br>Castitatis lilium,<br>Sanctitatis speculum,<br>Novum per prodigium<br>Mariae vestigium<br>Ac eius sequens filium.  |
| 3. Gloriosa virgo, stella<br>Clara matutina,<br>Rosa rubens, carens spina,<br>Gemma virginea.  | 7. Ave, rosa venustatis,<br>Fune cincta castitatis,<br>Nova plantans lilia<br>Francisci pia plantula,<br>Clara, Mariae filio<br>Iesu Christo tam pio<br>Nos commenda per saecula. |
| 4. Claritatis speculum,<br>Clara, per omne saeculum<br>Clares cum sponso gloriae<br>In claritate Christi,<br>A vetustate scoriae<br>Nos emundes, memoriae<br>Tuae quos stabilisti. | 8. Ave, thronus Salomonis,<br>Quem ornavit suis donis<br>Ac replevit multis bonis,<br>Quibus clare claruit,<br>Quod virtutum habuisti<br>Sacrum septenarium.                      |



- |   |  |
|---|--|
| <p>9. Ave, cedrus altissima<br/>Et arbor pulcherrima,,<br/>Poma ferens optima,<br/>Omni odore suavissima.</p> | <p>11. Ave, nardus odorifera,<br/>Frutex aromatica,<br/>Virgo clara, cassia<br/>Vera non sophistica.</p>                                   |
| <p>10. Ave, cupressus ramosa,<br/>Cuius umbra gratiosa<br/>Confert aegris refrigerium.</p>                    | <p>12. Eia, mater, tua prece<br/>Peccatorum cor o faece,<br/>Clara, nostrum emundetur<br/>Ac in bono solidetur<br/>Tuum per subsidium.</p> |

Orat. ms. Libehardi prioris Reichenbacen. anni 1476. Clm. Monacen. 2990. — 2, 1 Ave, claritatis. — 3, 1 Ave, gloriosa. — 4, 1 Ave, claritatis. — 5, 1 Ave, Clara. — 6, 4 per fehlt. — 7, 6 Christo fehlt.

### 78. De sancto Corbiniano.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Nobilis Corbiniane,<br/>Tu doctrinae sator sanae,<br/>Gratiarum scrinium,<br/>Dei fortis agonista,<br/>Ut Christi Iesu baptista<br/>Dirimens affinium</p>      | <p>6. Nam eras verbo facundus,<br/>Affectu nulli secundus<br/>Pio et oboediens,<br/>Papam enim bis adisti,<br/>Non obtento, quod petisti,<br/>Ad ovile rediens.</p>           |
| <p>2. Nuptias illecebrosas,<br/>Deo sanctisque exosas,<br/>Letalem invidiam<br/>Meretricis incurristi,<br/>Sed te pia manus Christi<br/>Vitare perfidiam</p>         | <p>7. Ubi tibi commendatis<br/>Monimenta veritatis,<br/>Cultor castimoniae,<br/>Ut decebat, proponebas,<br/>Inter quos parce degebas,<br/>Actor parsimoniae.</p>              |
| <p>3. Dedit huius meretricis,<br/>De cuius excurrere vicis<br/>Strenue evaseras<br/>Ut Elias Iezabelem<br/>Idolatram infidelem.<br/>Gregem Dei paveras,</p>          | <p>8. Doles panem filiorum<br/>Partum fluxibus sudorum<br/>Brutis dari canibus,<br/>Loco cedens sed redisti,<br/>Mitis reos arguisti<br/>Verbis non inanibus.</p>             |
| <p>4. Oleum ministrans vitae,<br/>Vinum, quod de vera vite<br/>Profluit adiciens,<br/>Sanos sane praeservando,<br/>Mire saucios sanando<br/>Singulis proficiens.</p> | <p>9. En, praesagium divinum,<br/>Quasi cor haberes binum,<br/>Tuo dedit nomini,<br/>Non fictae duplicitatis,<br/>Binae vero caritatis<br/>Proximi et Domini.</p>             |
| <p>5. Catervatim ad te multi<br/>Noxis grandibus sepulti<br/>Concito consiliunt,<br/>Pasti pabulo doctrinae<br/>Praestitae tibi divinae<br/>Ad sua prosiliunt.</p>   | <p>10. Cum pravatis bellum gerens,<br/>Sed exsultans, si quis maerens<br/>Reus ad te fugerat,<br/>Adamator paupertatis,<br/>Exsufflator vanitatis,<br/>Curae tibi fuerat,</p> |

11. Fugere fallacem mundum,  
Contra Deum furibundum  
In sui perniciem,  
Qui non parcit sanctitati  
Nec sexui nec aetati  
Nec colit canitiem,
12. Qui implumes, heu, deplumat  
Atque rabiem despumat  
Opprimendo debiles,  
Cuius gaudiosos cantus  
Aeterni sequuntur planctus,  
Atroces et flebiles.
13. Sed prudentia superna  
Praevidebat, ut lucerna  
Exstares in patulo,  
In supremo praesulatus  
Gregem eius sublinatus  
Regeres cum baculo.
14. Pravos stimulo pungendo,  
Unco bonos attrahendo,  
Quod est pii praesidis,  
Quod ubertim perfecisti  
Ut fidelis servus Christi  
Poenam vitans desidis.
15. Voce cordis nec non oris  
Deum oras paucis horis,  
Aquam vinum faciens  
Te cunctipotens audivit,  
Fons e terra scaturivit  
Plurimis sufficiens.
16. Bonum in terris sevisti,  
Quod in caelis messuisti  
Fructibus uberrimis,  
Praescivisti vitae metam,  
Intras Dei aulam laetam,  
Ubi nunc pulcherrimis
17. Vernis floribus ornaris  
Et cum paribus laetaris  
In aeterna gloria,  
Praemunitus sacramentis  
Tuae carnis atque mentis  
Omni lota scoria.
18. Eia, pater et patrone,  
Nos satanico mucrone  
Confixi crudeliter  
Gemebundi clamitamus,  
Impetra hoc, quod speramus  
Orantes fideliter.
19. Dei gratiam adepti,  
Poenis trucibus erepti  
Infernalis furiae  
In conspectu deitatis  
Praesentemur cum beatissimis  
Caeli toti curiae.
20. Ubi caelorum reginam  
Et essentiam divinam  
Mirantes videbimus  
Et his, qui pro culpis gemunt,  
Quos hic mundi mala premunt,  
Laeti corridebimus,
21. Grates Deo referentes  
Propter gratias ingentes  
Factas magnanimiter;  
Det hoc nobis alium flamen,  
Corde toto dicant Amen  
Omnes unanimiter.

Orat. ms. Tegurinum anni 1476. Clm. Monacen. 20002.

### 79. De sancto Corbiniano.

1. Ave, pastor et patrone  
Felix pontifexque bone,  
Corbiniane pater, ave,  
Mihi peccatori fave,
2. Preces meas admittendo  
Et obnixè deducendo  
In effectum, quidquid peto.  
Te accedo corde laeto

3. Supplicando studiose,  
Ut tu praesul gloriose  
Atque Dei tu confessor,  
Fias mihi intercessor
4. Apud Dominum Iesum Christum,  
Ut non fallar per mundum istum,  
Et quod hactenus est comissum,  
Non me demergat in abyssum.
5. Ne delinquam rursus prave,  
Cor ad Deum sursum trahe,  
Ut in praesenti et futuro  
Amem ipsum corde puro.
6. Corde, voce laudem Deum,  
Reflectendo super eum  
Omnes vires et conamen  
Suum exorando nomen.
7. Ut excessus sic deplangam,  
Ut non post hanc vitam longam  
Pro peccatis feram poenam,  
Invitari fac ad cenam,
8. Ubi nullus est defectus,  
Ut ibidem sim electus,  
Angelis correpnaturus  
Et a malo sim securus.
9. Amen; illud idem, pie  
Iesu, fili da Mariae,  
Pater atque sacrum flamen,  
In caelesti Hierusalem.

Orat. ms. Underdorfense saec. 15. Clm. Monacen. 7815. — 4, 1 Christum fehlt.

#### 80. De ss. Cosma et Damiano.

##### I.

1. O animarum medici  
Et corporum veridici,  
Cosma et Damiane,  
Sanate aegros moribus,  
Ut a cunctis doloribus  
Vivamus semper sane.
2. Beati vos artifices  
Fideles et opifices,  
Vestro digno precatu  
Christus, medela cordium,  
Purificator sordium,  
Nos solvat a reatu.
3. Infirmitas ne corporis  
Ad culpam trahat temporis  
Spiratum animale,  
Aut carnis nostrae pravitas  
Animam sive vanitas  
Laedat rationalem.
4. Culparum morbos pellite,  
Praeparandam dirigite  
Materiam peccantem,  
Noxae faeces eicite  
Confortando reficite  
Vitam desiderantem.
5. Sacris electuariis,  
Potionibus variis  
Et aquis lacrimarum,  
Syrupis paenitentibus  
Cum pillulis solventibus  
Excessum animarum,
6. Salutis nardo pistico  
Et alabastro mystico  
Actus vitae curate,  
Virtutum aromatibus  
Mentis infirmitatibus  
Mederi festinate.
7. Unguentis redolentibus,  
Pietatem habentibus  
Aegrotis subvenite,  
Murra carnem mortificet,  
Et sensus tus purificet,  
Balsamus bonae vitae
8. Regimen bonum conferat,  
Ne sanitas nos deserat  
Sentiens recidivum,  
Ne mergamur in puteum,  
Respiret corpus luteum  
Ad statum redivivum.

II.

- |   |   |
|---|---|
| 1. O medici piissimi,<br>Qui meritis clarissimi<br>In caelis refulgetis,<br>In beatorum coetibus,<br>Angelorum cohortibus<br>Sine fine gaudetis,    | 3. Et vivamus in gratia,<br>Sacra caeli palatia<br>Donec ingrediamur,<br>Gaudentes de victoria<br>Et trinitatis gloria<br>Felices perfruamur.       |
| 2. A peste, clade corporum<br>Praeservetis et operum<br>Morbis, ne langueamus<br>Aut moriamur spiritu,<br>Sed animae ab obitu<br>Velociter surgamus | 4. Amen dicamus pariter<br>Et pergamus alacriter<br>Caelorum ad solamen,<br>Ad beatorum aciem<br>Cernentes Dei faciem,<br>Rex regum praestet. Amen. |

Corner, *Magnum promptuarium* 1635, p. 603 sq. mit der Angabe: „Prosa vetustissima . . . impressa olim Brunswigae 1514.“ A. — Aus unbekannter Quelle bei Milchsack I, 83. B. — I und II umgestellt A. — I. 1, 5 et a B. — 4, 6 *Mentem Deo placentem* A. — 5, 6 *Vitium animarum* A. — 7, 4 *Malam carnem* A. — 8, 1 *Opiuionem conferat* B. — 8, 2 *Ne suavitas nos* B. — 8, 3 *Aut sternat recidivum* B.

II. 1, 4 *Et beatorum* B; *sortibus* A. — 1, 6 *Ingiter congaudetis* B. — 3, 1 *Ut vivamus* B. — 4, 6 *Rex poli praestet* A.

81. De sancto Cuthberte.

- Salve, sancte pater, Cuthberte, vir inclite, recti  
Norma, pater patriae, cura salusque tuae.  
Salve, dulce decus, salve, spes magna tuorum,  
Virtus nostra, vale, vir pietatis, ave.
5. Sit tibi laus, tibi dignus honor, tibi gratia detur,  
Qui licet indigno das bona saepe mihi.  
Tu mihi magna salus, mihi gloria saepe fuisti,  
Tu me dulcifluo semper amore foves.  
O quot saepe malis, quibus hostibus atque periculis
10. Me, pater, ereptum prosperitate foves,  
Et tibi quid dignum reddam, pater, o pie praesul?  
O pater, o clemens pastor, adesto mihi,  
Ut placet, et nostro, pater, auxiliare parenti,  
Auxiliare mihi, dulcis amice Dei.

Cod. Londinen. Reg. 7 A VI saec. 14/15. — 3 dulce salus decus. — 13 nostri. — 14 mei.

82. De sancta Dorothea.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Ave, tu virtutum tumba,<br>Sine felle es columba,<br>Generosa Dorothea,<br>Nos tuere, ne romphea<br>Daemonis deiciat. | Generosa Christi verna,<br>Naevo carens et lucerna<br>Mundo lucens ac pincerna,<br>Vina praebens mystica, |
|--|---|

2. Paradisi tu colona,  
Quae pro malo reddis bona,  
Scribae mittis caeli dona  
Rosas, mala caelica.  
Praeco Christi, quae profanos  
Deos spernens et paganos  
Fide vestis et sic vanos  
Mores regis hominum.
3. Pulchra coruscans puella,  
In aetate iam tenella  
Te succidunt dira bella  
Sub duce Fabricio;  
Vinculata maceraris,  
In catasta cruciaris,  
Vultu caesa flagellaris  
Omni carens vitio.
6. Pugil Christi, Dorothea,  
Tua nos virtute bea,  
Ut associemur bea-  
tis condigno praemio;  
Deum nobis fac placatum,  
Ut post mundi incolatum  
Nobis locum det optatum  
In caelesti gremio.
4. Gens perversa malae spei,  
Quam dum doces verbum Dei,  
Lumen tuae faciei  
Conterit cum baculis,  
In te dictat tormentales  
Poenas saevas et letales,  
Dum mamillas virginales  
Tuas cremat faculis.
5. Supplicamus, nos tuere  
Et peccata fac deflere,  
Martyr sancta, confer vere  
Tempus paenitentiae;  
Virgo bona, crimen tege,  
Victum dona, mores rege,  
Ne damnemurque cum lege  
Causa neglegentiae.

Orat. ms. Tegrinum saec. 15. Clm. Monacen. 20001.

### 83. De sancta Dorothea.

1. Fulta fide Dorothea,  
Iudicem Fabricium  
Non formidas, sed ut bea-  
ta spernis eloquium,  
Insultante gente rea  
Non horres supplicium.
2. Verbis blandis tunc conatur  
Te, virgo, seducere,  
Nec promissis superaris  
Nec terreris verbere,  
Compediris, obserraris  
Taetro clausa carcere.
3. Vas liquoris aestuantis  
Athleta ingrederis,  
Sed virtute hoc tonantis  
Fervore non laederis,  
Post haec plagis tot et tantis,  
Clara vultu, caederis.
4. Carne sancta laceraris,  
Fluit unda sanguinis,  
In mamilla concremaris,  
Furit ira praesidis,  
Fuste caesa decollaris,  
Iungeris mox caelicis.
5. Imminente passione  
Virgo haec interserit:  
Assequatur, Iesu bone,  
Quod a te petierit,  
Suo quisque in agone,  
Mei qui meminerit.
6. Dorothea, sponsa Christi,  
Pro sponso humiliter  
Quae tormenta pertulisti,  
Peto nunc suppliciter,  
Tutrix sis a clade tristi  
Hic et aeternaliter.

7. Gloria sit, Iesu bone,  
 Tibi nunc et iugiter,  
 Qui certantes in agone  
 Adiuvas fideliter  
 Et mercedem das coronae  
 Vincenti viriliter.

Orat. ms. Tegurinum saec. 15. Clm. Monacen. 20001. A. — Orat. ms. Tegurinum anni 1470. Clm. Monacen. 20021. B. — 1, 3 Non formidas, sed maturum. B. — 1, 4 tu formas eloquium B. — 5, 5 Meae pro te passionis B. — 5, 6 Quisquis memor fuerit B; Mei qui memor fuerit A. —

#### 84. De sancta Dorothea.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Gaude, sponsa Dorothea,<br/>             In caelesti iam chorea,<br/>             Verbo qui creavit cuncta,<br/>             Christo tuo sponso iuncta.</p> <p>2. Secum intras in conclave,<br/>             Epithalamum suave,<br/>             Ubi semper angelorum<br/>             Audis eructare chorum.</p> <p>3. Super multas speciosas<br/>             Filias mittendo rosas<br/>             Februi algore diro<br/>             Te honorat more miro.</p> | <p>4. Rosa florens sine spina,<br/>             Fulgens stella matutina,<br/>             Hora vespertina praesto<br/>             Nostri sis et memor esto.</p> <p>5. Nos ad patriam tendentes,<br/>             Hoc in stadio currentes,<br/>             Malis variis gravatos<br/>             Tota die morti datos,</p> <p>6. Gratia quae es diffusa,<br/>             Labiis tuis excusa<br/>             Erga summum genitorem<br/>             Genitumque campi florem</p> |
|--|--|

Et amborum sacrum flamen.  
 Fiat, fiat. Amen, Amen.

Orat. ms. Gelriense saec. 15. Cod. Bremen. C. 22. — Nach dem Liede finden sich folgende Verse:

Haec dona donantur: Dorotheam qui venerantur,  
 Sunt fortunati personis nec tribulati,  
 Paupertas, furtum, mala mors, confusio, stuprum  
 Nec gravitas partus, proles vitiata per artus,  
 Singula non laedunt, ignis, phantasma recedunt,  
 Et dum decedunt, tunc Christi corpus habebunt.

#### 85. De sancta Dorothea.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Gaude, virgo Christi grata,<br/>             Dorothea, sic vocata<br/>             Disponente Domino.</p> <p>2. Gaude, virgo gloriosa,<br/>             Dorothea speciosa<br/>             Deitatis gratia.</p> <p>3. Gaude, virgo te quaerenti<br/>             Et sincere diligenti<br/>             Iuncta das tripudia.</p> | <p>4. Gaude, dulcis advocata,<br/>             Caeli serto coronata,<br/>             Ardens o carbuncule.</p> <p>5. Gaude, splendens pulchritudo<br/>             Virginumque claritudo<br/>             Ad instar carbunculi.</p> <p>6. Gaude, virtutum area,<br/>             Urbe nata Caesarea,<br/>             Tu a me pelle vitia.</p> |
|---|--|

- |   |  |
|---|--|
| <p>7. Gaude, maestis consolamen<br/>Miserorum et velamen<br/>In saeclo naufragantium.</p> <p>8. Gaude, decus humilium,<br/>Mibi confer auxilium<br/>Et pro me ora Dominum.</p> <p>9. Gaude, cuncta impetrasti,<br/>Ictus ensis dum sperasti<br/>Sub praefecto Fabricio.</p> | <p>10. Gaude, gentis adiutricem,<br/>Scelerum te assistricem<br/>Sciunt mortis in periculo.</p> <p>11. Christi dona visionem,<br/>Peccatorum tersionem,<br/>Veram cordis compunctionem,</p> <p>12. Dei matris praesentiam<br/>Tuamque apparentiam.<br/>Duc nos post te ad gloriam.</p> |
|---|--|
- Cod. Ducumburgen. 84. saec. 15. — 4, 3 o fehlt. — 5, 2 que fehlt. —  
7, 1 maestis solamen. — 10, 1 centis adiutricem. — 12, 3 ad Dei gloriam.

### 86. De sancta Dorothea.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Stella lucens clare,<br/>Tui est donare,<br/>Christi imperare,<br/>Mei sed rogare.</p> <p>2. Tibi, virgo, non est fas,<br/>Ut precata denegas,<br/>A Christo cuncta impetras,<br/>Posse tuum non est breve.<br/>Si non tua pietas<br/>Effectum precii daret,<br/>Mis mens vacillaret,<br/>Cui adest anxietas<br/>Timoris non leve.</p> <p>3. Si ergo non annuit<br/>Tis favor, id, quod petam,<br/>In extasim corrui,<br/>Orandi volo metam.</p> <p>4. Rogo, sis, piissima,<br/>Mihî non ingrata<br/>Mala ob gravissima,<br/>Commisi quae, peccata.</p> <p>5. Superbiae elatio,<br/>Luxus delectatio,<br/>Irae, avaritiae,<br/>Invidiae, saevitiae,</p> <p>6. Gula et acedia,<br/>Boni et desidia<br/>Non pellant tis subsidia,<br/>Dum tantis sis ditata donis,<br/>Singulis dotata bonis.</p> | <p>7. Quis est tam sine cerebro<br/>Et expers sanae mentis,<br/>Qui non oraret te crebro<br/>Dum gratiae ingentis<br/>Sis dotis et fluentis.</p> <p>8. Indigne refutares<br/>Quemlibet peccantem,<br/>Cum annuendo dares<br/>Rogata per blasphemantem.</p> <p>9. Rogavit prece unica<br/>Theophilus abs corde,<br/>Cui mala punica,<br/>Rosas carentes sorde<br/>Misisti; sic plenissime<br/>Me audi supplicantem,<br/>Christum habes firmissime<br/>Tibi nil negantem;</p> <p>10. Ut vox evangelica<br/>Fari licet nobis,<br/>Quidquid voce caelica<br/>Petatis, fiat vobis.</p> <p>11. Columba simplex tu leonem<br/>Theophilum cepisti,<br/>Ad veram hinc dilectionem<br/>Carentis norma,<br/>Praeclara forma<br/>Cunctis natis hominum,<br/>Largitoris omnium<br/>Tuis donis vinxisti,<br/>Serpentem sic vicisti.</p> |
|---|---|

12. Theodori o filia,  
 Quae mentis cum vigilia  
 Quaeque fugas vilia  
 Naturaeque debilia  
 Lampade fervente  
 Castigas, ut morales,  
 Virtutes theorales,  
 Mores naturales  
 Pura servans mente.
13. Te, virgo, petit omnis clerus,  
 Gentis laudat coetus plerus,  
 Animus gementum merus  
 Suspirat pro iuvamine,  
 Dolor, tribulatio,  
 Maerentum conturbatio  
 Clamat pro solamine.
14. Horum collegam  
 Me fore legam,  
 Agens, oro, ut sic degam,  
 Da, quod mis defectus tegam.
15. Haec, virgo, dona, quae pro  
 donis  
 Sunt data specialibus  
 Tibi hora in agonis  
 Et tuis sodalibus.
16. Deus nam praevидit tibi,  
 Sibi ut ab aeterno  
 Famuleris hic et ibi,  
 Scribit coetu in superno.
17. Et haec in te parentes tui  
 Strui  
 Singularem praemio  
 Meruerunt vitam sui,  
 Frui  
 Tecum Christi praemio.
18. Cuius vivens apostola  
 Es ipsum praedicando,  
 Sui turbam augmentando,  
 Fidem eius promulgando  
 In vita sic pro morte sola  
 Stola laetabunda  
 Textit Christus te incunda.
19. Sic caeli manes incola,  
 Sic iam ostendunt satis  
 Dona tuae pietatis  
 Plurima prodigia,  
 Quae per te Christus tis post  
 mortem  
 Fecit multis dando sortem,  
 Finem rectum, vitam fortem  
 Et sequi tis vestigia.
20. Aliaque multa signa,  
 Tua sanctitate digna,  
 Quae nunc narrare transeo,  
 Haec ineffabilia  
 Neque scrutabilia  
 Sensus per aspectum,  
 Incontemplabilia  
 Per hominis intellectum.
21. Ach, virgo, haec precata  
 Voluntate cape grata,  
 Quae impetrasti mihi dona,  
 Dona bona, zona  
 Hostium me non ligat,  
 Nec figat  
 Immunda  
 Verecundiae unda,  
 Facundiaeque linguam puram  
 Placituram  
 Deo et hominibus  
 Da nunc in omnibus,  
 Ut non deficiam  
 Sitiam-  
 que semper fontem vivum;  
 Divum rivum  
 Contritionis in me funde,  
 Tunde cor meum reum  
 Devotam ad confessionem,  
 Totam satisfactionem,  
 Vitam perfectam,  
 Fidem rectam,  
 Regem noscam angelorum  
 Tuum per iuvamen,  
 Cui laus per saeculorum  
 Saecula. Amen.



87. De sancta Dorothea.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. O miranda Dorothea,<br/>Novum sensum in me crea,<br/>Tenacem memoriam<br/>Peccatorum, mater vera,<br/>Confer mihi verba mera,<br/>Dulcem eloquentiam,<br/>Et ne damnet me mens rea,<br/>Me virtute tua bea<br/>Dando confidentiam.</p> <p>2. Supplicamus, nos tuere,<br/>Martyr sancta, confer verae<br/>Tempus paenitentiae,</p> | <p>Virgo bona, crimen tege,<br/>Victum dona, mores rege,<br/>Ne damnemur gravi lege,<br/>Da spem indulgentiae.</p> <p>3. Pugil Christi, Dorothea,<br/>Tua nos virtute bea,<br/>Cor in nobis mundum crea<br/>Cum condigno praemio;<br/>Deum nobis fac placatum,<br/>Ut post huius mundi statum<br/>Vitae locum det optatum<br/>In caelesti gremio.</p> |
|---|---|

Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. A. — Orat. ms. Elvangense saec. 15. Cod. Stuttgartien. 1 b 91. B. — 1, 1 O miranda et sanctissima B. — 1, 4 martyr B, vera fehlt B. — 1, 5 Confer mihi vera revelamina verba mera da deflere meaque reata B. — 1, 6 Dulciaque eloquia B. — Nach Str. 1 schieben AB ein: Ave gemma virtuosa etc. Mone Nr. 897, Str. 1. — 2, 3 Tempus difinitie B. — 3, 1 O pugil B — 3, 3 Associermur B. — 3, 4 Cum fehlt B. — 3, 6 vitae statum B. — 3, 7 Saeculi locum det B. — Nach Str. 3 folgt in B noch (O) Dorothea Christo grata etc. Mone l. c. Str. 2.

88. De sancta Dorothea.

- Nobilis et iusta, mitis virgo Dorothea,  
Dulcis, iucunda, gloriosa, decora, benigna,  
Vere cunctorum mediatrix es peccatorum.  
Ignibus es assa, pro Christi nomine passa
5. Tempestate, fame, post quinque quater quoque mane  
Carceris in tenebris tu, virgo, reclusa teneris.  
Post cruce suspensum tenerum corpus laceratum,  
Post ferro laesum, virgis flagris quoque caesum,  
Pectus, virgo, tuum ardenti face perustum.
10. Oleo perfusa bullienti es, virgo decora,  
Fustibus es laesa, virgis plagis quoque caesa.  
Es decollata postremo, virgo beata,  
Ad caelos isti, cum vita privata fuisti,  
Et postulata Christus tenuit tibi rata.
15. Adiutrix digna tu sis mihi, virgo benigna,  
Ac advocata, cum sis super astra locata,  
Non rogo ditari nec paupertate gravari,  
Sed me circumda virtutibus et medium da.  
Virgo Iesu Christi, per gaudia, quae meruisti,
20. Per te non sera mihi sit contritio vera.

Peccatis lassis continuo, te precor, assis  
Ac delictorum veniam deposce meorum.  
A fama ficta me protege tu, benedicta  
Virgo, tu sis mihi lux, in itinere tu sis mihi dux.

25. Virgo, tuis precibus detur haec protectio laute,  
Ut possim mundi transire pericula caute

Cod. S. Petri Salisburgen. b II 30 saec. 15. A. — Orat. ms. Elvangense saec. 15. Cod. Stuttgartien. 1 b 91. B. — Orat. ms. Vratislaviense saec. 15. Cod. Univ. Friburgen. (Helv.) s. n. C. — 1. Nobilis et casta B. — 2. iucunda, pro nobis ora benigna B. — 3. Vere contritorum B. — 5 fehlt B; post quartus quinqueque mane C. — 6. tenebris post virgo C. — 7. tueris corpus B. — 8. fehlt B; flagellis virgis quoque caesum C. — 9. Pectus tuum virgo candenti A. — 10. fehlt C; Oleo imposita A. — 11. fehlt A; Baculis est caesa facies tua quoque laesa C. — 13 und 14 umgestellt A. — 14. tibi tenuit A. — 15. digna mihi sis virgo C; digna tu sis virgo B. — 18. et fehlt A. — 19. steht vor 15 B. — 19 bis 24 fehlen C. — 20. sit mihi B. — 21. Peccatis lassa constringe deprecor assa B. — 23. A fame B. — 24 u. ff. fehlen B. — 26. pericula transire A.

### 89. De sancta Dympna.

Alma Deum Dympna pro nobis iugiter ora.  
Filia chresticola regis de lege profana,  
Virgo decora nimis, contemnens idola patris,  
Haec Christo nubit patris sponsalia spernit.  
Hibernorum rex natae caput amputat exlex.  
O felix patria, quam sacrat sanguine Dympna.  
Cantica psalle pia Dymnae, Ghele, villa beata,  
Terribiles hostes prosternit regia proles.  
Unica tota salus, qua gaudet terra Ghelensis,  
Carmina casta tibi, martyr, reminiscere nostri.

Vita ms. S. Dymnae saec. 15. Cod. Gelen. s. n.

### 90. Ad sanctam Dymnam.

Oratio de tempore decollationis.

Florido quondam tempore  
rosarum et liliorum  
Dympna in villa de Ghele,  
regis proles Hibernorum,  
Sacro florebat sanguine;  
nunc, victrix daemoniorum,  
Virgo martyr, nos defende  
ab incursu praedictorum,  
Ne nos mergant, sed duc tute  
ad regna laeta polorum.

Vita ms. S. Dymnae saec. 15. Cod. Gelen. s. n.

91. De sancta Dympna.

Ave, Dympna, virgo sanctissima,  
Multa laude vere dignissima,  
Ave, generosa et iucunda,  
Agni sanguine rubicunda.

5. Ave, beata Christi virguncula,  
Per quam tanta coruscant miracula.  
Gaude, dulcis et benedicta,  
Quae reorum deles delicta.  
Vale, pia mater, per saecula,

10. Sis apud Christum pro nobis sedula  
Et contra daemones protectrix firmissima

Orat. ms. Neerlandicum saec. 15. Cod. 7977 der k. u. k. Familien-Fidei-Kommis-Bibliothek Wien. — 10 pro nobis sollicita. Vgl. Anal. XV, Nr. 175.

92. De sancta Elisabeth.

- |   |  |
|---|--|
| 1. O laudanda gloriosae,<br>Sanctae matris et famosae,<br>Elisabeth nobilitas,<br>O miranda gratiosae,<br>Stirpis quoque virtuosae<br>Plus nobilis humilitas.   | 6. Hos lavisti, his stravisti,<br>Hos cibasti, baiulasti,<br>Tu sancta regis filia;<br>O quam multis sanativa<br>Erant et confortativa<br>Haec facta tam humilia.            |
| 2. Pia mater, cum fulciret<br>Et te multum insigniret<br>Regalis ipsa gloria,<br>Dignitatem es oblita,<br>Mundi pompas, opes, ita<br>Et cuncta transitoria.     | 7. Foras dabant sospitatem,<br>Intus poenae puritatem<br>Ipsorum ad solacia,<br>Ut in signis liquet dignis,<br>Quibus, mater tu insignis,<br>Dei fulgebas gratia.            |
| 3. Pretiosas abdicasti<br>Vestes, carnem castigasti<br>Ieiunio, cilicio,<br>Ut valeres cohibere<br>Te per haec et retorquere<br>A putri carnis vitio.           | 8. Nam defuncti reviviscunt,<br>Ambulare claudi discunt,<br>Leprosos tu salvificas,<br>Aures sardis sunt apertae,<br>Caecis datus visus per te,<br>O quantos sic laetificas. |
| 4. Et effecta orphanorum<br>Mater es et pupillorum,<br>Ut posses hic liberius<br>Sensus tuos occupare<br>Et de tuis cogitare<br>Bonis rebusque verius.          | 9. Eia, tu matrona pia,<br>Ora pro me hostes quia<br>Tresmeimpugnant graviter,<br>Haec, quae obsunt, cupit caro<br>Et, quae prosunt, infert raro,<br>Sed blanditur suaviter. |
| 5. Ut in usus salutares<br>Infirmorum haec mutares<br>Et pauperum in fercula,<br>Quos sollerter visitasti,<br>Sordes horum contrectasti<br>Ut mulier pauperula. | 10. Mundus vult, ut diligatur,<br>Quod oblectat, non spernatur,<br>Amantes ut inficiat;<br>Offert pulchra, pandit vana,<br>Vere falsa et insana,<br>Incautos ut alliciat.    |

- |   |  |
|---|--|
| <p>11. Et antiquus nequam ille,<br/>Sciens artes plus quam mille<br/>Temptandi, ut decipiat,<br/>Contra bonos furit, fremit,<br/>Ad peiora malos premit,<br/>Ut plures sic surripiat.</p> | <p>12. Quare Deum deprecare,<br/>Ut hos hostes superare<br/>Det mihi et resistere<br/>Et fervere in amore<br/>Eius absque et torpore<br/>Virtutibus insistere,</p> |
|---|--|

13. Sibi soli inhaerere  
Ac defensio permanere  
Ab omnibus periculis  
Et post mortem semper frui  
Claritate vultus sui  
Ex tuis adminiculis.

Orat. ms. Lehninense anni 1518. Cod. Berolinen. Nr. 29. A. — Orat. ms. Carthusian. saec. 15. Cod. Capit. Treviren. 116. B. — Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. C. — 1, 4 Admiranda AB. — 4, 1 Es effecta C. — 8, 4 surdae C. — Statt Str. 12 und 13 hat C die folgenden:

- |   |  |
|---|--|
| <p>12. Ergo, mater gratiosa,<br/>Patens castitatis glosa,<br/>Iustorum tripudium,<br/>Consolatrix infirmorum,<br/>Hospitatrix egenorum.<br/>Maestorem refugium,</p> | <p>Aufer fel adversitatis<br/>Et da mel suavitatis<br/>Gregi devotissimo.</p>  |
| <p>13. Gregem tuum tu custodi,<br/>Ne per hostem possit rodi<br/>Morsu amarissimo,</p>  | <p>14. Munda, mater, nostras mentes,<br/>Sponso tuoque placentes<br/>Sint per viam sospitem,<br/>Ut post huius vitae cursum<br/>Scandere possimus sursum<br/>Ad caelorum hospitem.</p> |

### 93. De sancta Erentrade.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Salve, rosa puritatis,<br/>Viola humilitatis,<br/>Cuius folia virtutum<br/>Multis monstrant iter tutum<br/>Ad caeli tripudia,<br/>Agnum sequens sine menda<br/>Tu, Erntrudis reverenda,<br/>Stola candida ornata,<br/>Christi sponsa, virgo grata,<br/>Sprevisti propudia.</p>  | <p>3. Thyma caritatis suavis,<br/>Liberalitatis clavis,<br/>Gratiarum largitudo,<br/>Pietatis mansuetudo,<br/>Rivus indulgentiae,<br/>Ancora tu nostrae spei<br/>Gaudiumque requiei,<br/>Aeternorum contemplatrix,<br/>Legis Dei veraatrix,<br/>Scutum patientiae.</p>            |
| <p>2. Nardum pisticum sincerum,<br/>Fidei te lumen verum<br/>Sancta vita fulguravit,<br/>Ac religio mundavit<br/>A peccati scoria;<br/>Castitatis tu saphirus,<br/>Non gustasti luxus virus,<br/>Pudicitiae ac cella,<br/>Honestastis fulgens stella,<br/>Gaudens nunc in gloria.</p> | <p>4. Eructasti verbum bonum,<br/>Unde sponsi tui thronum<br/>Introisti exultando,<br/>Sapienter vigilando<br/>Cum gnaris virginibus.<br/>Recreatix tu lassorum,<br/>Fortitudo prolapsorum,<br/>Fervens Dei ac hymnista,<br/>Bene sonans cymbalista<br/>In sacris carminibus.</p> |

5. Nobilis ex stirpe clara,  
 Claritas virtutum cara,  
 Generosa in sophia,  
 Es fecunda sicut Lia,  
 Ferens fructus caelicos.  
 Doctrix Dei disciplinae,  
 Vias vitans vagas Dinae,  
 Sanctitatis vitae forma,  
 Cunctarum virtutum norma,  
 Regulans famelicos.
6. Rectrix Christi ancillarum  
 Fuisti ac lumen clarum  
 Coruscans in Dei templo  
 Fide, verbo et exemplo  
 In mandatis Domini;  
 Vitam tu contemplativam  
 Cum Maria et activam  
 Cum Martha sollerter ducens,  
 Lux in mundo grata lucens  
 Es utrique homini.
7. Doctrix sagax et diserta,  
 Debra ut tutrix certa,  
 Vernas tuas tu defensas  
 Et tutelas fers immensas  
 In te confidentibus.  
 In aeternum benedicta,  
 Cum sit gratia non ficta  
 Tuis labiis diffusa,  
 Recta via, non illusa,  
 Es te reverentibus.
8. Soror dulcis angelorum,  
 Carens thoro delictorum,  
 Fructum habens tu sanctorum  
 . . . . .  
 Ornata monilibus.  
 Odor bonus tuae vitae  
 Te ad caelos duxit rite,  
 Ubi veste deaurata  
 Et a rege coronata  
 Exsultas in milibus.
9. Plena largitatis vena,  
 Pulchra tota et amoena,  
 Largas manus extendisti  
 Ad egenos, quos pavisti  
 Multum liberaliter.
- Evangelii fuenta  
 Potasti mente intenta,  
 Horrens Babylonis potum,  
 Mortis felle plenum totum,  
 Vivens tu frugaliter.
10. Mater es dilectionis  
 Pulchrae et agnitionis,  
 Virgam Christus, rex Assuerus,  
 Ad te pius et sincerus  
 Est extendens auream.  
 Floribus morum venusta,  
 Columna Dei augusta,  
 Audi, filia, et vide  
 Te remuneratam fide  
 Per caelestem lauream.
11. Es amica pulchra tota,  
 Macula ab omni lota,  
 Annulo te subarrhavit  
 Christus atque trabeavit  
 Te in sponsam eligens;  
 Rex decorem concupivit  
 Tuum, cum te castam scivit.  
 In procellis naufragantes  
 Huius mundi et clamantes  
 Ad te salva erigens.
12. Tempestatis dulcis portus  
 Ac amoenitatis hortus,  
 Sion filia formosa,  
 Sine spina vernans rosa,  
 Tu convallis lilium.  
 Nubes tegens a calore,  
 Nos in tuo duc amore,  
 Medicinae distributrix  
 Miserorum ac adiutrix,  
 Salvatrix humilium.
13. Veritatis tu lucerna,  
 Luce bea hic superna  
 Invocantes te devote  
 Liberaque tua dote  
 A gehennae aestibus.  
 Dilecta, decora nimis,  
 Sponso tuo, nos in imis  
 Fac peccata nunc deflere  
 Et post mortem congaudere  
 Tibi in caelestibus.

- |   |  |
|---|--|
| 14. <b>Iugum Dei tu portasti</b><br>Suave, sub quo militasti,<br>Nunc triumphans es in caelis,<br>Nobis miserere velis,<br>Rogo te piissimam. | <b>Suffragatrix, precor, fortis</b><br>Sis in hora nostrae mortis,<br>Et succurrat nobis, amen,<br>Sponsus tuus, amen, amen,<br>Per te excellentissimam. |
|---|--|

Orat. ms. Scotorum Vindobonen. 52 d 11. saec. 15. — 1, 6 sine macula. —  
5, 7 vagas divine. — 6, 5 In manda Domini. — 6, 12 uterque. — Akrostich:  
Sancta Erndrudis  
Opem fert nudis.

#### 94. De sancta Fide.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Sancta Fides, virgo clara,<br>Martyr Christo valde cara,<br>Audi, quaeso, mea vota<br>Coram Deo et fac rata.         | 6. Dignus ergo sum damnari<br>Nec sum dignus exaudiri,<br>Sed tu, digne quae vixisti,<br>Tu es digna exaudiri.      |
| 2. Audi vocem te vocantis,<br>Audi precem te precantis,<br>Cor attende supplicantis,<br>Mentem fide te amantis.         | 7. Ora ergo pro indigno<br>Et fac dignum de indigno,<br>Ut sim dignus omni bono<br>Et indignus omni malo.           |
| 3. Hic peccator te requirit,<br>Hic captivus ad te fugit,<br>Confitetur, quod peccavit,<br>Orat, gemit, dolet, plangit. | 8. Tu per mundum diffamaris<br>Propter mira, quae tu facis,<br>Et prae multis Dei sanctis<br>Et amaris et oraris.   |
| 4. Ora patrem, ora natum,<br>Ora sanctum flamen horum,<br>Ne me damnet in aeternum<br>Propter suum nomen sanctum.       | 9. Tu solaris desolatos,<br>Tu infirmos facis sanos,<br>Claudos, caecos, mutos, surdos,<br>Immo paene omnes aegros. |
| 5. Vitam meam inquinavi,<br>Quia multa mala feci,<br>Multa mala verba dixi,<br>Multa mala cogitavi.                     | 10. Per te damna reparantur,<br>Vincla ferri dirumpuntur,<br>Catenati dissolvuntur,<br>Captivati liberantur.        |
| 11. Quae tot ergo bona facis,<br>Mibi, quaeso, semper assis<br>Et a cunctis serva malis<br>Ac in cunctis iuva bonis.    |   |

Cod. Londinen. Harl. 2882. saec. 13.

#### 95. De sancto Gabriele.

O Gabriel laudabilis,  
Magne princeps et nobilis,  
Qui missus es de caelis  
Beatae Mariae virgini,

Tu nobis nuntia  
Salutis gaudia  
Et fac haec, propera,  
Quod nostra scelera  
A Deo sint mundata.

Cod. Parisin. 11343 saec. 15.

96. De sancto Georgio.

- |   |  |
|---|--|
| O Quiritum gloria,<br>Martyrum victoria,<br>Ave, lux thronorum,<br>Ave, dux patronorum.   | 20. Frivolantur vires quarum,<br>O quanta luce coruscasti,<br>Virginem dum liberasti<br>Mortis ab exitio<br>Fidei et a vitio<br>Draconem occidendo,<br>Regem cum suis convertendo. |
| 5. Salve, invicte proelior,<br>Orthodoxe propagator,<br>Inclitus et generosus,<br>Qui es nulla labe rosus,<br>Strenuitate praefulcitus, | 25. Ex quo nobilissimus equester<br>Nominaris, sis sequester<br>Inter me et hos tres hostes,<br>Ne caeli defendant postes:<br>Carnem, daemonemque mun-<br>dum.                     |
| 10. In latria sistens citus;<br>O Georgi sanctissime,<br>Moribus gravissime,<br>Qui virtute Iesu Christi<br>Intoxatum ebibisti          | 30. Fac me iter ire mundum<br>Et sic me iube militare,<br>Caelum queam ut intrare<br>Tuo sub vexillo<br>Me locans in tranquillo.   |
| 15. Et illaesus permansisti,<br>Hinc magum redemisti.<br>O rerum spretor mundanarum,  |  |

Orat. ms. Sigismundi Span de Bernstein anni 1477. Cod. Pragen. XIII  
H 3 b. — 8 es fehlt. Steht aus anderer Quelle mit anderem Anfange auch  
Anal. XV, Nr. 179.

97. De sancto Georgio.

Georgi, mirabilis  
victor in tormentis,  
Te decoravit Dominus  
gratiae fluentis,  
Dans, ut per te gaudeant  
de precibus obtentis,  
Qui tuae memores sunt  
mentibus attentis  
Passionis inclitae,  
quam sustinuisti,  
Athleta miles strenue,  
pro amore Christi.

Orat. ms. Sigismundi Span de Bernstein anni 1477. Cod. Pragen. XIII  
H 3 b.

97. De sancto Georgio.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Fideles, huc attendite,<br>Christi sanctum diligite,<br>Mentibus laete dicite:<br>Georgi, martyr inclite, | 3. Coram dracone pessimo,<br>Te rogans corde intimo<br>Soluta est et animo<br>Se reddidit altissimo              |
| 2. Te decet laus et gloria,<br>Praedicantum militia,<br>Per quem puella regia,<br>Exsistens in tristitia     | 4. Cum multis infidelibus.<br>Fac ergo, ut cum civibus<br>Tu nos reddas caelestibus<br>Nostris ablutis sordibus. |
| 5. Ut simul cum laetitia<br>Tecum simus in gloria,<br>Nostraque reddant labia<br>Laudes Christo cum gratia.  |  |

Orat. ms. saec. 15. Cod. Guelfenbyteran. Helmstadien. 1140. — Aus  
anderer Quelle Anal. XV, Nr. 180.

99. De sancta Gertrude.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Salve, virgo speciosa<br>Gertrudis, tu generosa<br>Ducis Pipini filia,<br>Puritate redimita,<br>Pretiosa margarita<br>Super auri milia.                     | 5. Ad partem orientalem<br>Franciae, ad locum talem,<br>Karleburch qui dicitur,<br>Ubi per te in Nivella<br>Tunc insignis atque bella<br>Basilica perficitur. |
| 2. Salve, casta sponsa Christi,<br>Quae terrena respuisti<br>Per eius auxilia,<br>Via morum, flos virtutum,<br>Forte castitatis scutum,<br>Reprimens hostilia. | 6. Omni cultu quam ornasti<br>Et in ea collocasti<br>Gregem monialium,<br>Tuque facta monialis,<br>Digna mater pastoralis<br>Es effecta talium.               |
| 3. Salve, gemma verae lucis,<br>Quae Austrasiorum ducis<br>Obfucasti filium,<br>Carnem eius dum sprevisi<br>Et amplexus abiecisti<br>Voluptatum vilium.        | 7. Caecos, claudos collegisti<br>Et egenis praebuisti<br>Advenis hospitium,<br>Quos cibo spirituali<br>Cibasti et corporali<br>Per pium exercitium.           |
| 4. Sed dum nimium temptaris,<br>Tunc a matre occultaris,<br>Castitatis lilium,<br>Et ob votum castitatis<br>Et tutandae puritatis<br>Fugis in exsilium.        | 8. Hinc labore facto satis<br>Pastoralis dignitatis<br>Cessisti officio,<br>Sponso tuo sic abs cura<br>Casta vita, mente pura<br>Servis in cilicio.           |



- |   |   |
|---|---|
| <p>9. Carne sponte maceraris,<br/>Ut tandem proficiscaris<br/>Ad aeternum praemium,<br/>Mole carnis hinc exuta<br/>Te suscepit, virgo tuta,<br/>Sponsi tui gremium.</p> <p>10. Ergo, mater gratiosa,<br/>Patens castitatis glosa,<br/>Iustorum tripudium,<br/>Consolatrix infirmorum,<br/>Hospitatrix egenorum,<br/>Maestorum refugium,</p> | <p>11. Gregem tuum tu custodi,<br/>Ne per hostem possit rodi<br/>Morsu amarissimo,<br/>Aufer fel adversitatis<br/>Et da mel suavitatis<br/>Gregi devotissimo.</p> <p>12. Munda, virgo, nostras mentes,<br/>Sponso tuo quod placentes<br/>Sint per vitam sospitem,<br/>Ut post huius vitae cursum<br/>Scandere possimus sursum<br/>Ad caelorum hospitem.</p> |
|---|---|

Orat. ms. Lehninense anni 1518. Cod. Berolinen. IV° 29. — Das gleiche Lied aus einer anderen Quelle Anal. XXIX, 147.

### 100. De sancta Godeleva.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Ave, martyr gloriosa,<br/>Sponsa Christi pretiosa,<br/>Godeleva sanctissima,<br/>Stirpe nata generosa,<br/>Virgo florens velut rosa,<br/>Nupta constantissima,<br/>A viro ludibriosa<br/>Pertulisti ut famosa<br/>Vidua fidelissima.</p> | <p>2. Nutu Dei conservata,<br/>Virgo manens inviolata,<br/>Per eius saevitiam,<br/>Cui nupta, coartata<br/>Siti, fame macerata<br/>Viri per malitiam<br/>Et ab ipso desolata<br/>Ac domique mancipata<br/>Viduae tenens regulam.</p> |
|--|--|
3. Post per ipsum iugulata  
Et a servis es necata  
Caelo reddens animam,  
Ubi martyr praedotata,  
Quater constas coronata  
Tenens triumphî lauream;  
Unde, martyr memorata,  
Nostri memor sis, beata,  
Ferentes tui memoriam,

Orat. ms. Misseniacense saec 15. Cod. Londinen. Egerton 2125.

### 101. De sancto Gregorio.

- |  |  |
|--|--|
| <p>Magne pater o Gregori,<br/>Magnum fructum salvatori<br/>Eleganter attulisti,<br/>Cuius gregi praefuisti.</p> <p>5. Servus prudens et fidelis,<br/>Oves praedo ne crudelis<br/>Saeviendo laceraret,<br/>Sed ad caulas grex mearet.</p> | <p>Sub exemplis et doctrinis,<br/>10. Quibus fulges [columbinis]<br/>Quasi stella matutina,<br/>Per te crevit disciplina<br/>Sanctitatis, vita morum.<br/>Tu post Deum lux iustorum;<br/>15. Quidquid patres araverunt<br/>Vel virtutis seruerunt,</p> |
|--|--|

- |   |   |
|---|---|
| <p>Illa digne messuisti,<br/>Intramembraspargens Christi,<br/>Ne succumbant ruitura.</p> <p>20. Tu illustri ex natura<br/>Pulcher foris, fons viroris,<br/>Intus plenus, dos amoris;<br/>O doctorum sidus clarum,<br/>Mundo gratum, Deo carum,</p> <p>25. Quo pusilli confortantur<br/>Et fideles roborantur.<br/>Cleri veri tu corona<br/>Caritatis et intona,</p> | <p>Vigil caeli citharista,<br/>30. Iesu Christi tu sacrista<br/>Ac thesaurus es scripturae,<br/>Cuius mihi iam est curae.<br/>Super rosam vir praeclare,<br/>Ut hanc queam indagare,</p> <p>35. Tuo dulci fac rogatu,<br/>Studiorum in hoc statu<br/>Ut per lumen intellectus<br/>Sensus meus sit directus<br/>Ad id, ubi summum bonum</p> <p>40. Regnat super caeli thronum.</p> |
|---|---|

Orat. ms. Reichenbacen. anni 1476. Clm. Monacen. 2990. — 10 Die Taube ist ikonographisches Attribut Gregors. — 35 Tuo dulci patronatu; bei dieser Lesart fehlt das Zeitwort zum folgenden.

### 102. De sancto Gregorio.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Salve, flos ecclesiae,<br/>Honor monachorum,<br/>Doctor sapientiae,<br/>Speculum pastorum,<br/>Salus pestilentiae<br/>Urbis Romanorum,<br/>Gregori sanctissime,<br/>Decus clericorum.</p> <p>2. Salve, cuius merita<br/>Norma sunt iustorum,<br/>Vita nec non inclita<br/>Exemplar sanctorum,<br/>Semita iustitiae<br/>Tu es, forma morum,<br/>Auctor amicitiae,<br/>Salus viatorum.</p> <p>3. Salve, carens simili<br/>In sacra doctrina,<br/>Mente scrutans humili<br/>Dogmata divina,<br/>Instructus a spiritu<br/>Forma columbina,<br/>Ut nos in hoc transitu<br/>Serves a ruina.</p> | <p>4. Salve, summus pontifex,<br/>Felix tu fuisti,<br/>Terrenorum locuplex<br/>Licet exstitisti,<br/>Tu in usus pauperum<br/>Hoc distribuisti,<br/>Ut amorem integrum<br/>Possideres Christi.</p> <p>5. Non curans in saeculo<br/>Hoc thesaurizare<br/>Neque rerum cumulo<br/>Nimis abundare,<br/>Inopum miseriam<br/>Velis sublevare<br/>Et ad Dei gloriam<br/>Totum erogare.</p> <p>6. Duodecim pauperes<br/>Dietim pavisti,<br/>Miseros ac inopes<br/>Ad honorem Christi,<br/>Sed tertiumdecimum<br/>Semel perdidisti,<br/>Dei sanctum angelum<br/>Fore cognovisti.</p> |
|---|--|

7. O quam vir piissime  
Christus te probavit,  
Angelus cum speciem  
Pauperis monstravit,  
Ut dares subsidium,  
Certe te rogavit,  
Discum mox argenteum  
A te reportavit.
8. Salve, cuius lacrimae  
Piae, quas fudisti,  
Cum Traianum intime  
Ad cor reduxisti  
Et iustum iudicium  
Eius audivisti,  
Suum servans spiritum  
A dolore tristi.
9. Et in tanto lacrimans  
Poenam meruisti,  
Pro damnato flagitans,  
Quod non debuisti,  
Exinde febricitans  
Aeger exstitisti,  
Tandem vitam terminans  
Purgando transisti
10. De valle miseriae  
Ad aeternam vitam,  
Damnando mortis robur  
Et in tuto sitam  
Sumens plenam gloriam,  
Gaudio munitam  
Et ex Dei munere  
Prorsus infinitam.
11. Oves tuae pascuae,  
Pastor, tu gubernas,  
Ne luporum rabie  
Mergantur ad inferna,  
Sed sanctorum animae  
Scandant ad superna,  
Ut fruantur requie  
Tecum sempiterna.
12. Nunc isto coenobio  
Gregem conservato,  
Digneris protegere  
Hoste annullato,  
Purgatum a faecibus  
Fine bono dato  
Exsultare valeat  
In regno beato.

Orat. ms. Carthus. Erfordien. saec. 15. (Privatbesitz). — 1, 5 pentitentiae. — 2, 3 nec non indicii. — 2, 4 Exemplis. — 2, 6 es fehlt. — 2, 7 Auctrix. — 3, 3 Mentis. — 3, 8 Servas. — 4, 1 supremus. — 4, 5 Tu rosa pauperum. — 5, 1 Moram curans. — 6, 3 pauperes. — 7, 3 cum spiritus. 8, 2 que fudisti. — 9, 7 Eandem vitam. — 10, 4 Ejus in tuto. — 10, 7 Dei munimine. — 12, 1 Nunc isto te nobis. — 12, 5 Purgatorem.

### 103. De sancto Guillelmo.

1. Guillelmus, flos nobilium,  
Desperatorum solacium,  
Exemplum fit paenitentium  
Infirmis dans remedium.
2. Dux, comes magnificus  
Cunctis spretis operibus  
Eremita fit assiduus  
Christum quaerens plenius.
3. Specus et tugurium  
Sunt ei palatium,  
Et post in Rhodis stabulum  
Caelo dedit spiritum.
4. Ad cuius cunctis tumultum  
Salutis datur subsidium,  
Malis prece nos libera  
Et ad caeli perduc gaudia.

Orat. ms. Trudonense saec. 16. in. Cod. Leodien. 395. — 4, 3 Malis prece, Guilhelme, nos libera.

104. De sancta Helena.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Caeli regem veneremur,<br/>Voce dulci modulemur<br/>Infideli de regina,<br/>Facta mundi medicina.</p> <p>2. Per Silvestrum est nutrita<br/>Et in fide stabilita,<br/>Viro fidem quae suasit,<br/>Christum sed plus adamavit.</p> <p>3. Huius [in] conversione<br/>Iubilemus contione<br/>Angelorum cum superna,<br/>Ut nos ducat ad aeterna.</p> <p>4. Indos vertit et Hibernos,<br/>Quos fideles fecit vernos<br/>Sicque genti truci horum<br/>Fidem dedit praedictorum.</p> <p>5. Lignum quaerit haec Helena<br/>In absconso non abs poena,<br/>Quod post misit sublimari<br/>Et per cunctos adorari.</p> | <p>6. Dehinc membra Thebaeorum<br/>Per cultores vitiorum<br/>Dire nimis trucidata<br/>Per hanc sistunt sublimata</p> <p>7. Templis altis, quae construxit,<br/>Clare dum in fide luxit,<br/>Quibus confert arva multa,<br/>Quae est laude circumfulta.</p> <p>8. Tandem haec matrona digna<br/>Voce cepit de benigna<br/>Sui sponsi exclamantis,<br/>Hanc ad caelos invitantis:</p> <p>9. Veni sponsa nunc amica,<br/>Lege cares cum iniqua,<br/>Caelos cum ingredieris,<br/>Donis meis asserveris.</p> <p>10. Nostra salus, o Helena,<br/>Cum Xantrensibes amoena<br/>Voce te laudare curem<br/>Et in tua laude durem.</p> <p>11. Tuum sponsum tu exora,<br/>Pro his tu non des[is] prona,<br/>Ut emendam consequantur<br/>Et a noxis abluantur.</p> |
|---|---|

Collect. ms. Sangallense saec. 15. Cod. Sangallen. 304. — 2, 1 Per Silvestrum merita. — 6, 3 Dire minas. — 6, 4 Per haec. — 7, 3 arma multa. — 9, 2 Leges cares. — 10, 2 Cum Xantrensibes. — 10, 3 curam. — 10, 4 duram.

105. De sancto Hieronymo.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Exsultet caelum laudibus<br/>Et omnis terra iubilet,<br/>Corde, voce et mentibus<br/>Ieronimumque concinet.</p> <p>2. O vere lux Italiae,<br/>Ieronyme sanctissime,<br/>Decus sanctae ecclesiae<br/>Et doctor verus optime.</p> <p>3. O virgo et flos virginum,<br/>O sanctitatis vasculum,<br/>Tu castitatis speculum,<br/>Decus, corona et lilium.</p> <p>4. O forma paenitentiae<br/>Eremique angelici<br/>Norma et abstinentiae,<br/>Martyr mentis martyrii</p> | <p>5. Tu post Iohannem praevium,<br/>Qui demonstravit Dominum,<br/>Tenes caelum empyreum,<br/>Dei regnum perpetuum.</p> <p>6. Tu extirpator omnium<br/>Errorum, tu et schismatum,<br/>Tu confundisti omnia<br/>Per argumenta lucida.</p> <p>7. O Bethlehem amplissima,<br/>Quae filium Ieronimum<br/>Nutristi, o piissima,<br/>Tam sanctum et egregium.</p> <p>8. Tu sacrosanctae fidei<br/>Interpretator lucidus,<br/>Tu doctrinarum splendidus<br/>Largitorque magnificus.</p> |
|---|--|

9. *Tua doctrina caelica  
Splendet per mundi climata,  
Lux pellens cuncta schismata,  
Omni luce clarissima.*
10. *O sacra lux Ieronyme,  
O pater beatissime,  
Tu confessorum omnium,  
Es splendor et lux mentium.*
11. *Tu omni clero ferculum  
Dedisti salutiferum,  
Vere cibum angelicum,  
Omni melle dulcissimum.*
12. *Quis te posset omnimode  
Laudare, mi Ieronyme,  
Quis tuae sapientiae  
Grates posset uberrimae.*
13. *O monachorum gloria,  
Eremita angelicus,  
Tu mundo es divinitus  
Datus a Deo caelitus.*
14. *Quis gradus in ecclesia  
Tua non gustat pocula  
Dulcia et melliflua,  
Divina ac magnalia.*
15. *Tu sacratis virginibus  
Normam vivendi nobilem  
Exemplis mirabilibus  
Dedisti et immobilem.*
16. *Tu viduis et clericis,  
Tu monachis et laicis,  
Tu cunctis famulantibus  
Deo dedisti pabulum.*
17. *Tu fluvius scientiae  
Et doctrinarum rivulus,  
Tu schola sapientiae,  
Vere doctor eximius.*
18. *Quis posset tot volumina  
Hebraea et Arabica,  
Graeca quoque Chaldaica  
Interpretare lucida?*
19. *In te effudit caelitus  
Ardor divini spiritus,  
Ut tot proferres grandia  
Et vere mirabilia.*
20. *O quis laudare valeat  
Ieronymum sanctissimum,  
Vere patrem piissimum,  
Vas auri splendidissimum?*
21. *Gaude, Bethlem sanctissima,  
Et tu, tota Italia,  
Gaudete, quaeso, invicem  
Nutrisse tantum apicem.*
22. *O gloria tuae patriae  
Et Dalmatiae bonitas,  
O rosa et flos Italiae  
Et virtutum immensitas.*
23. *Tu moniales vigiles  
Devotas fac et humiles,  
Ut te devotae et sedulae  
Laudent, pie Ieronyme.*
24. *Quaeso, o pater inclite,  
Ipsas devote protege,  
Ab omni malo et crimine,  
Dulcissime Ieronyme.*
25. *O pater celeberrime,  
Alme, grate Ieronyme,  
Exaudi, tuae servulae  
Quas dant preces humillimae.*
26. *Tu sis, qui veris brachiis  
Sustines templum clericis  
Nec non et Christi laicis  
Undique seras aperis.*
27. *Tuis devotis famulis  
Praesto, mi pater, subveni,  
Ut precibus continuis  
Sint tuo amore fervidi.*
28. *Audi sua precamina  
Et dimitte peccamina,  
Solve nexorum vincula  
Et da quieta tempora.*
29. *Per te renuent devia  
Et cuncta nocibilia  
Suaque desideria  
Erigant ad caelestia.*
30. *Per te patrem et filium  
Sanctum agnoscant spiritum  
Et tua prece sedula  
Ducantur ad caelestia.*

31. Gloria patri Domino

Et suo sancto Ieronymo,

Qui cum Iesu unigenito

Semper regnat cum gaudio.

Orat. ms. S. Servuli Venetiarum saec. 15. Cod. Marcian. L III 32. — 5, 4 Et Dei. — 10, 1 sacra lex. — 13, 2 O eremita. — 20, 1 Quis laudare valeat. — 28, 2 crimina. — Aus derselben Quelle bei Huemer, Untersuchungen über die ältesten Lateinisch-Christlichen Rhythmen (Wien 1879) S. 70 ff.

106. De sancto Hieronymo.

1. O doctorum doctor, ave  
Servulorum imo fave,  
Ieronime, mi domine,  
Acceptetur hic benigne,  
Quamquam detur laus indigne  
De peccatore homine.
2. Si indignus aut peccator,  
Non malignus is laudator  
Dici queat iuridice,  
Nam ut laudet, inquam, reus,  
Mori gaudet homo Deus,  
Quod creditur veridice.
3. Vermis, rana dum coaxat,  
Non spe vana linguam laxat  
Cum angelis hymniferis,  
Extinctus sic carbo linquo  
Extinctos et appropinquo  
Carbonibus igniferis.
4. Dat gradum aequalitatis  
Mulierum maior natis  
Tibi secum in praemio,  
Defert sibi considerare,  
Pari luce refulgere  
In paradisi gremio.
5. Quem beatus Augustinus  
Ac Cyrillus, vir divinus  
Senserunt mirabiliter;  
Nec mirandum, quod aequantur  
Pugiles, dum praemiantur,  
Qui certarunt fideliter.
6. O aurora quam decora,  
Stillans rorem, per quem florem  
Virtutum concipio,  
Deflorere et frondere,  
Ferre fructus tuos ductus  
Sequens non despicio.
7. Cardinalis ens in Roma,  
Spirans lateque theoma  
Fers aemulorum furias,  
Ad desertum inde gressus  
Inhumanas es perpessus  
Ibi carnis iniurias.
8. Macerata haec te teste,  
Cilicina tecta veste  
Nude humo adliditur,  
Post squalescens et rarescens,  
Nigra pellis de flagellis  
Tuae manus inciditur.
9. Quis divinis in doctrinis  
Exponendis, transferendis  
Et in tot linguagiis  
Tam profundus, tam facundus  
Et in tota mundi rota  
Tantus in suffragiis?
10. Monialis saevis malis  
Dum temptatur, obumbratur  
Vi tuae imaginis,  
Fratrem plane de germanae  
Stupri felle quasi velle  
Salvas et voraginis.
11. Tremens leo mansuefactus,  
Pro medela ad te tractus,  
Pedibus provolvitur,  
Sumpta cura duratura  
Servitute pro salute  
Merces tibi solvitur.
12. Claustris muris ruituris  
Tis devotam hinc amotam  
Solam servas de ceteris,  
Extinguis Sabinianum  
Blasphemosque, sed Silvanum  
Pulchre solvis, dum peteris.

13. Cur, baptistae par, assiste,  
In honore qui labore  
Es huic comparabilis,  
Postulato, ne irato  
Iudicante dei nato  
Inveniar damnabilis,
14. Dato pie, ut in die  
Tam poenali tribunali  
Astem securissime,  
Hoc adverte, dari certe,  
Postulatur quidquid per te,  
Rex iubet citissime.
15. Hinc scripturis de obscuris  
Intellectum da perfectum  
Cum sapore sugere,  
Exquisita stare vita,  
Motus luxus, bona, fluxus  
Et excessus fugere.
16. Esto fortis hora mortis,  
Ne in manum duram canum  
Ruam infernalium,  
Expers luctus per te ductus  
Stem in choro praefulgoro  
Laudum perennalium.

Cod. Brunsvicen. 48. saec. 15. — 4, 1 Die gradum. Das gleiche Lied aus einer anderen Quelle Anal. XXIX, Nr. 289.

### 107. De sancto Hieronymo.

1. O generose domine,  
Sanctissime Ieronyme,  
Cor, verba et opus nostrum  
Fac Deo beneplacitum.
2. Ipse te intercedente,  
Qui vult omnes salvos esse,  
Firmet iustos, sanet reos,  
Ad se trahat erroneos.
3. Sint omnes rectores mei  
Sancti, gnari, pii, iusti,  
Nos humiles et subiecti  
Omnesque Deo dilecti.
4. Ut nunc taliter vivamus,  
Cum vitam hanc exeamus,  
Sua misericordia  
Nos in caeli ducat regna.
5. Quare nunc clamamus ad te,  
Noli nos tunc relinquere,  
Festina, ne tardaveris,  
Succure nobis miseris.

Orat. ms. Tegurinum anni 1470. Clm. Monacen. 20021. A. — Orat. ms. Tegurinum saec. 15. Clm. Monacen. 20124. B.

### 108. De sancto Hieronymo.

1. Hymnos, psalmos concinamus  
In laudem magnifici  
Ieronymi et colamus  
Eum corde simplici,  
Qui crevit ut cedri ramus  
Hic fructu multiplici.
2. Parvo victu refraenavit  
Carnis petulantiam,  
Sacco tectus et calcavit  
Omnem arrogantiam  
Et de saevo reportavit  
Sic hoste victoriam.
3. Lucta pervenit frequenti  
Ad cordis munditiam,  
Per quam Deo excellenti  
Placuit, qui gratiam  
Illius infundit menti,  
Lumen et scientiam.
4. Legis interpret divinae  
Fidelis enituit,  
Ex Hebraeo quam Latine  
Discrete transposuit,  
Unde laudem sine fine  
In templo promeruit.

- |   |  |
|---|--|
| 5. Haereticos expugnavit<br>Linguae comptae gladio,<br>Contra pravos et dictavit<br>Mores zelo nimio,<br>Quare plures provocavit<br>Contra se in odio.    | 7. Signis eum illustravit<br>Miris post interitum<br>Christus, per quae propalavit<br>Magnum vitae meritum<br>Eius et quod ambulavit<br>Iuxta suum placitum.     |
| 6. In Bethlehem consummavit<br>Cursus sui stadium,<br>Ubi virgo reclinavit<br>Dei patris filium,<br>Et ad id, quod praelibavit,<br>Assumptus est gaudium. | 8. Perduc, doctor, ad amoenam<br>Exsulantes patriam,<br>In qua sancti cantilenam<br>Canunt luctus nesciam,<br>Summae trinitatis plenam<br>Contemplantes gloriam. |

Collect. ms. Silvae S. Martini prope Geraldimontem saec. 15. Cod. 7961 der kk. Familien-Fideikomifs-Bibliothek Wien.

#### 109. De ss. Hieronymo, Augustino, Thoma Aquinate.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Vos avete, admirandi,<br>Dulces patres collaudandi,<br>Flumine scientiae<br>Super cunctos praeferendi,<br>Claris donis extollendi<br>Septiformis gratiae. | 2. Plus quam astra nunc fulgetis<br>Et aeterno nunc gaudetis<br>Lumine iustitiae,<br>Quod sperastis, iam habetis,<br>Credidistis, quod tenetis,<br>Aeternalis gloriae. |
|--|--|

#### Ad sanctum Hieronymum.

- |  |   |
|--|---|
| 3. Mundi pompam tu sprevisi<br>Et leonem domuisti<br>Sanctitatis culmine,<br>Tu ter linguis transtulisti<br>Testamenta duo Christi<br>Uno dans volumine. | 4. Ibi patet, quam es plenus,<br>Doctor sacer et amoenus,<br>Fugans hostes animae,<br>Tu ut Petrus sic severus,<br>Christi fide sic sincerus<br>Succurre, Ieronyme. |
|--|---|

#### Ad sanctum Augustinum.

- |   |   |
|---|---|
| 5. Velut Saulus tu perversus<br>Et ut Paulus es conversus<br>A lapsu ruinae,<br>Theologiam post professus<br>Super Cherub ponis gressus<br>Mirabilis doctrinae. | 6. Quam largiflue diffundis,<br>Robur hostium confundis,<br>Sunt mille quorum minae,<br>Nos exaudi de profundis,<br>Tuis reple rivis mundis<br>O pater Augustine. |
|---|---|



De s. Thoma Aquinate.

- |  |   |
|--|---|
| 7. Tu non impar his duobus,<br>Sed aequalis es ambobus,<br>Dives Dei munere<br>Ut Iohannes tu profundus<br>Et ut idem ita mundus<br>Pietatis iubare,<br>Eloquentia facundus,<br>Comitum es oriundus<br>Nobili de genere. | 8. Tu, o Thoma de Aquino,<br>Par decoris Augustino<br>Dominici ordine,<br>Te clamamus nos ab imo<br>Peccatorum, tenens primo<br>Ecclesiae cardinem,<br>Nos perfundas, deprecamur,<br>Propter quod et veneramur<br>Hanc tuam imaginem. |
|--|---|

Scripturis sacris doceamur,  
Libris tuis imbuamur  
Per tuam indaginem.

Conclusio.

- |  |   |
|--|---|
| 9. O praeclari tres doctores,<br>Veritatis professores,<br>Exaudite supplices,<br>Mundanorum contemptores,<br>Aeternorum amatores<br>Confortate fiebles. | 10. Qui clamamus deprecantes<br>Ad vos iam, o triumphantes,<br>Adiuvate fiebles,<br>Ut perducti collaetantes<br>Ad concives iam regnantes<br>Deo simus habiles. |
|--|---|

Orat. ms. Tegurinum saec. 15. Clm. Monacen. 20132. A. — Orat ms. Tegurinum saec. 15. Clm. Monacen. 19363. B.

110. De sancto Hugone.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Salve, norma monachorum,<br>Gemma Carthusiensium,<br>Gloria episcoporum,<br>Hugo, pater egentium,<br>Flos decorus puritatis,<br>Tu castitatis lilium,<br>Omnis spreter vanitatis<br>Amorumque carnalium.                    | 3. Pro quo, pater, non abnuis<br>Leprosos osculari,<br>Pauperum plantas abluis,<br>Cunctis scis misereri,<br>Ut Tobias sollicito<br>Defunctos sepulturae<br>Tu munus tradis siccine<br>Christi vacans culturae. |
| 2. Caritatis fervens cultor,<br>Pius cunctis, affabilis,<br>Delinquentum amans ultor,<br>Regibus venerabilis,<br>Humilitatis speculum,<br>Te ipsum mente spernens,<br>Honores, pompas, saeculum,<br>Nil nisi Christum cernens. | 4. Tu Samuel a puero<br>Es in religione,<br>Sed Moyses in studio<br>Ac contemplatione,<br>Frugalitas et castitas<br>Te ornant Danielis,<br>David sed et humilitas<br>Ac virtus Misaelis.                        |

5. Prozelaris ut Phinees  
Offensas Dei tui,  
Per quod probatus dignus es  
Pontificatus sui,  
Gemmas gestans in pectore  
Nomenque salutaris,  
Fronte festitus podere  
Cum Aaron infularis.
6. Cum Helia miraculis  
Clares in veste dura  
Non parcisque piaculis  
Regum sub mente pura,  
Iam assumptus in gloria  
Cum sanctis exaltaris,  
Transscensa mundi scoria  
Cum angelis laetaris.
7. Videns trinum et unicum  
Hic multum concupitum  
Deo fruens in saeculum  
Tenes in infinitum,  
Utens caelo deliciis  
Ob abstinentiarum  
Victum proque ciliciis  
Amictu gloriarum.
8. Tu virginum aureolam,  
Coronam monachorum  
Portas, pater, et auream  
Omnium beatorum,  
Cadis cum quater senibus  
Sex mittens ante thronum  
Suis coronam pedibus,  
Adoras Deum bonum.
9. Illuc, senior, dignare  
Fratres tuos perducere,  
Ut possimus Deum clare  
Tecum semper aspicere,  
Summa frui bonitate  
Ac aeternis dulcoribus,  
Comprehensa maiestate  
Fungi diis amoribus,  
Ubi pater vitam confert  
Et filius illuminat,  
Flamen sanctum pacem adfert,  
Sanctos quoque laetificat.

Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. — 3, 4 Cunctis  
sis miserari. — 3, 6 Defunctis. — 7, 4 Quae tenes. — 9, 1 Illic.

### III. De s. Iacobo Maiore.

1. Gaude, fili Zebedaei,  
Nepos almae matris Dei,  
Fruens vita caelibe,  
Iesu Christi consobrine  
Et Iohannis uterine  
Frater, sancte Iacobe.
2. Gaude felix, qui vocatus  
Mox fuisti iam paratus  
Vana mundi spernere,  
Iesum tu transfiguratum  
Christumque glorificatum  
Meruisti cernere,
3. Gaude, qui ad fidem Christi  
Et Philetum convertisti  
Simul cum Hermogene,  
Turbis Christum nuntiasti  
Et reginam visitasti,  
Lupam re et nomine.
4. Gaude, Christo valde grate,  
Ab Herode decollate  
Fidei certamine,  
Persequentemque Iosiam  
Convertisti ad Messiam  
Divino iuvamine.

- |  |   |
|--|---|
| <p>5. Gaude, qui per miram sortem<br/>         Degustasti prior mortem<br/>         Ceteris discipulis,<br/>         Qui suspensum fornicantem<br/>         Liberasti se necantem<br/>         Magnis a periculis.</p> | <p>6. Gaude, spes peregrinorum,<br/>         Vera salus viatorum,<br/>         Dux itinerantium,<br/>         Honor, decus Hispanorum,<br/>         Liberator et cunctorum<br/>         Tibi famulantium.</p> |
| <p>7. Gaude, cuius laetabundus<br/>         Corpus quaerit totus mundus<br/>         Pia gratitudine,<br/>         Qui post te peregrinamur,<br/>         Fac, ut tecum perfruamur<br/>         Lucis plenitudine.</p> |   |

Offic. BMV. sec. usum Parisinum saec. 15. Cod. Rossian. VIII, 9.

### 112. De s. Iacobo Maiore.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Iacobe tu maior, gaude,<br/>         Praeditus es multa laude,<br/>         Christi carus es cognatus,<br/>         Cui semper sic tam gratus,</p>   | <p>5. Es sepultus gloriose<br/>         Multamque miraculose,<br/>         Quasi plus tu invocaris<br/>         Ac frequenter visitaris.</p>                  |
| <p>2. Quod ut plus familiaris,<br/>         Ad secreta vocabaris<br/>         Cum Iohanne et cum Petro<br/>         Ceteris dimissis retro.</p>  | <p>6. Plura signa operaris<br/>         Opem ferens tuis caris,<br/>         Quis nam hinc ut tu ex pari<br/>         Potest digne gloriari.</p>              |
| <p>3. Daemonum tu tortor dirus,<br/>         Magorum conversor mirus,<br/>         Vitiorum supplantator,<br/>         Miserorum consolator.</p>   | <p>7. Mi patrone specialis,<br/>         Ex quo tantus es et talis,<br/>         Tege me sub tuis alis,<br/>         Serva me a cunctis malis.</p>            |
| <p>4. Primus inter fratres Christi<br/>         Mortis calicem bibisti,<br/>         Sic et primus tu bearis<br/>         Et in caelis coronaris.</p>  | <p>8. Tu laus mea, lux et decor,<br/>         Spes et honor, dux, te precor,<br/>         Vitam meam intus, foris<br/>         Rege sic in cunctis horis,</p> |
| <p>9. Ut cum hinc exire vocer,<br/>         Mox ad dextram regni locer,<br/>         In quo regnat rex divinus,<br/>         Christus, tuus consobrinus,<br/>         Quem laudant per iubilamen<br/>         Omnes sancti semper. Amen.</p> |   |

Orat. ms. Carthusian. saec. 15. Cod. Capit. Treviren. 116. A. — Orat. ms. Carthus. Erphesforden. saec. 15. Cod. Rossian. VIII. 56. B. — 1, 2 Quia praeditus es B. — 1, 3 carnis es B. — 1, 4 Quia sibi sit tam B. — 2, 1 Qui ut B. — 4, 1 Quia inter fratres B. — Str. 6 und 7 in B:

Quia si plus invocaris  
 Et ad secreta ducebaris,  
 Plura signa operaris  
 Opem ferens tuis caris.

In . . . gloriose  
 Ac multum miraculose,  
 Quis iam huic ut ex pari  
 Digne potest gloriari?

8, 4 Rege me sic cunctis B. — 9, 5 Quem per consolamen B. — 9, 6 Omnes laudant, dicant Amen. B.

113. De ss. Iacobo et Philippo.

- |   |  |
|---|--|
| <p>O vos Iacobe, Philippe,<br/>Principes festivi, quippe<br/>Paschalis iucunditatis,<br/>Vernalis amoenitatis,<br/>5. Combinati estis bene<br/>Causa caritatis plenae.<br/>O Philippe, sidus factus<br/>Mox es fratrem tuum nactus,<br/>Inclitum Nathanaëlem,<br/>10. Quem fecisti tu fidelem<br/>Sub ficu inveniando<br/>Et ad Iesum perducendo;<br/>Factus es consiliator,<br/>Quando Christus miserator<br/>15. Quinque milia virorum<br/>Pastu pavit hordeorum.<br/>Patris vultum tu petisti,<br/>Satis esse tunc dixisti,<br/>Multos aegros tu sanasti,<br/>20. Mortuos tres suscitasti,<br/>Effugasti et draconem,<br/>Scythiam sic regionem<br/>Tu docendo convertisti;<br/>Tandem obis, ut cupisti,<br/>25. Ad instar robusti ducis<br/>Equitando sellam crucis,<br/>Quam rex prius equitabat,<br/>Per hanc te perhonorabat.<br/>Iacobe, tu frater Christi,<br/>30. Similis per totum isti<br/>Vultu, membris, sanctitate<br/>Et in morum honestate,<br/>Iam sub infanti aeo<br/>Liber a mortali naevo.<br/>35. Infans tu infantis Christi<br/>Conversalis exstitisti,<br/>Virgo manens, sanctus natus,<br/>Iustus dictus, cunctis gratus.<br/>Balnea pro disciplina<br/>40. Vitans, carnes atque vina,<br/>Totiens geniculatus</p> | <p>Magnis crustis es gravatus.<br/>Tuae magnae sanctitatis,<br/>Nimiae sinceritatis<br/>45. Omnis plebs tunc erat testis<br/>Tangens oram tuae vestis,<br/>Pro devotione pura<br/>Et pro sanitatis cura.<br/>Ex favore populorum<br/>50. Prae coetu apostolorum<br/>Templum solus tu intrabas,<br/>Primus missam celebrabas,<br/>Ab apostolis praeclaris<br/>Primus praesul exaltaris;<br/>55. Arce templi post deiectus<br/>Lapidaris, vix erectus<br/>Super genua petisti<br/>Pro ignaris morte Christi.<br/>Tandem quodam a maligno<br/>60. Cum fullonum grosso ligno<br/>Super caput verberatus<br/>Dire sic exterebratus,<br/>Cerebrum tunc cum cruore<br/>Fluxit simul cum horrore.<br/>65. Sic cum palma laureatus<br/>Es in caelum exaltatus.<br/>O patroni ambo clari,<br/>Sitis mihi non amari<br/>Me a malis protegentes<br/>70. Et in bonis promoventes,<br/>Ut me mortis in agone<br/>Liberetis a dracone.<br/>Nunc et tunc sic tutus morer<br/>Per vos, ne ab ipso vorer,<br/>75. Sed securum me ducatis,<br/>Ubi mihi ostendatis<br/>Tu, Philippe, vultum patris,<br/>Iacobe, tu vultum fratris,<br/>Ambo vultum sacri flatus,<br/>80. Quibus visis sim beatus.<br/>Unus trinus hoc optamen<br/>Propter vos det mihi. Amen.</p> |
|---|--|

114. De sanctis Innocentibus.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. O sugentes Innocentes,<br/>Sanguinem et lac fundentes,<br/>O agnelli tam tenelli,<br/>Vos tirones novi belli,<br/>Primitivi Dei vivi,<br/>Iam cruoris fluunt rivi<br/>    Ex vestra militia.<br/>Quid egistis, quid laesistis,<br/>Quem vos unquam offendistis,<br/>Quod tam demens et inclemens<br/>Contra vos Herodes fremens,<br/>Tam pusillos, tam tranquillos<br/>Et omnino imbecillos<br/>    Pugnat cum saevitia?</p> <p>2. Ex quo iacto omni pacto<br/>Carne, corde, ore, facto<br/>Castos, puros, non periuros<br/>Nec mendaces, sed securos<br/>Vos a labe sine tabe<br/>De festuca vel de trabe<br/>    Esse purgatissimos.</p> | <p>Hinc in Rama vestra fama<br/>Crescit de Herodis squama,<br/>Nam nunc statis et cantatis,<br/>Cum agno citharizatis,<br/>Candidati, sociati,<br/>Hunc sequentes semper grati,<br/>    Hoc vos dat clarissimos.</p> <p>3. O dilecti mei recti,<br/>Vos patroni hic electi,<br/>Precor tote et devote,<br/>O Christi compatriotae,<br/>Me iuvate et orate,<br/>Pro me coram agno state,<br/>    Ut parcat miserrimo.<br/>Et scurriles mores viles,<br/>Omnes actus pueriles<br/>Iam deponam et coronam<br/>Vobis sanctis datam pronam<br/>Vestra prece mox in nece<br/>Sumam sine culpae faeae<br/>    Fructu saluberrimo.</p> |
|--|--|

Orat. ms. Lehninense anni 1518. Cod. Berolinen. IV° 29. — Das Lied erinnert an das Ursulalied O vernantes caeli rosae. — 2, 2 ore fracto.

115. De sanctis Innocentibus.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. O beati Innocentes,<br/>Quorum voces neque mentes<br/>Nunquam mala peregerunt,<br/>Quos perversi occiderunt.</p> <p>2. Pro rege nato trucidati,<br/>In cruore baptizati,<br/>Regnum Dei meruistis,<br/>In quo laeti introistis,</p> <p>3. Lac fudistis cum cruore<br/>Ac perfusi caeli rore<br/>Culpam Adae extersistis,<br/>Vestem vestram abluistis.</p> | <p>4. Caelum cunctis reserastis,<br/>Nova bella praeparastis<br/>Sanctis, Christus quos redemit,<br/>Quos iniqua gens peremit.</p> <p>5. Primum gratum Deo donum<br/>Tulistis in caeli thronum,<br/>Quod direxit patri natus<br/>Pra solute nobis datus,</p> <p>6. O beati Innocentes,<br/>Quos iam colunt omnes gentes,<br/>Quae in Christum pie credunt<br/>Et a fide non recedunt,</p> |
|--|---|
7. Vestra prece tueantur,  
    Quod a malis non laedantur,  
    Sed vobiscum consequentur,  
    Quod a Christo coronentur.

Orat. ms. Lehninense anni 1518. Cod. Berolinen. IV° 29. — Dieses und das vorhergehende Lied sind Anal. XXIX, Nr. 262 sq. aus anderer Quelle mitgeteilt.

116. De s. Iohanne Baptista.

1. Iohannes, vox gratiae,  
Christique baptista,  
Exaudi me miserum,  
caeli citharista,  
Mihi fer auxilium,  
virtutum sacrista,  
Ut sim contra vitia  
fortis agonista.
2. Ovans inter viscera  
matris exsultasti,  
Salvatorem omnium  
motu salutasti,  
Viam paenitentiae  
turbis praedicasti;  
Pro me pie supplica  
agnum, quem monstrasti.
3. Herodem tu arguis,  
quod ius prophanavit  
Propter Herodiadem,  
ob hoc amputavit  
Tuum sanctum verticem;  
me, quem vinculavit  
Hostis, per te liberet  
is, qui me plasmavit.
4. Angelus te nuntiat  
patri veterano,  
Qui salutem attulit  
generi humano;  
Fac, ut sic renuntiem  
Satanae profano,  
Ut nunquam consilio  
me seducat vano.
5. Normam abstinentiae  
in te ostendisti,  
Mel silvestre commedens  
corpus refecisti  
Et locustas aridas  
cibum tu sumpsisti;  
Me concivem patriae  
fac, quam introisti.
6. Natum te ab utero  
praedulcis Maria  
Mox a terra sustulit,  
consolatrix pia;  
Mihi, pater, subveni  
in lutosa via,  
Ut cum sanctis perfruar  
caelesti harmonia.
7. Eliam te nominat  
Iesus benedictus,  
Camelorum de pilis  
te texit amictus,  
Cum zona pellicea  
parcus tibi victus;  
Fac, quod me non superet  
Satan maledictus.
8. Summe natorum omnium  
et mundi lucerna,  
Clientem me supplicem  
tuum hic gubernas,  
Cuncta me fac plangere  
crimina vetera,  
Ne amittam gaudia  
in caelis aeterna.

Orat. ms. Lehninense anni 1518. Cod. Berolinen. IV° 29.

117. De s. Iohanne Baptista.

1. Salve, sacratissime  
Mulierum nate,  
Angeli dictamine  
Iohannes vocate,  
Matris alvo flamine  
Sacro consecrate,  
In lucernam gratiae  
Populis parate.
2. Salve, praeco praedicans  
Christum orbi natum  
Et praesentem indicans  
Digito monstratum  
Ad Iordanem increpans  
Populi peccatum,  
Baptizando praeparans  
Iter Deo gratum.

3. Salve, qui in eremis  
 Vixeras devotus,  
 Vestitus ciliciis  
 Et locustis fatus,  
 Cunctis carens vitiis,  
 Unda tibi potus,  
 A mundi deliciis  
 Eminus remotus.

4. Salve, qui mortalium  
 Solus meruisti  
 Sacrum lymphis tingere  
 Corpus Iesu Christi,  
 Patris testimonium  
 De caelis audisti,  
 In columbae specie  
 Spiritum vidisti.

5. Salve, rubens rosula  
 Proprio cruore,  
 Redolens ut lilia  
 Virginali flore,  
 Sumas haec precamina  
 De me peccatore  
 Et defer solamina  
 Mortis in angore.

Orat. ms. saec. 15. Cod. Collegii SS. Trinit. Oxonien. 18. A. — Orat. ms. Lebninense anni 1518. Cod. Berolinen. IV<sup>o</sup> 29. B. — Str. 2 u. 3 umgestellt B. — 4, 3 Sacris A. — 5, 5 Sumens A. — 5, 7 Et feras solatia B. — 5, 8 Nunc et in mortis languore A.

### 118. De s. Iohanne Baptista.

O Iohannes gloriose, O baptista genere, O martyr beatissime, Eremita sanctissime,	Placeat sanctimonia. Cor meum do et animam Sic in tuam custodiam. Custodi me a peccatis,
5. Plus quam propheta diceris Angelusque praedicaris, Fulges prae sanctis ceteris. Indigno famulo tuo Ne despice vota, quaeso,	25. Ne iudicer cum damnatis. In mei transitus hora Pro me, precor, Deum ora. Praesentandus coram rege, Qui me habet iudicare,
10. Nam post Deum et post matrem Te elegi mihi patrem. Illi sunt te sanctiores, Sed tu post illos prior es, Quem prae ceteris diligo,	30. Advocatum te habeam Sustinendo causam meam. Me, parentes et amicos In manus tuas commendo, Fiat, ut tuis meritis
15. Quem frequentius invoco. Suscipe me in filium, Ne repellas me miserum, Impetra mihi gratiam, Ut spernam mundi gloriam,	35. Caeli fruamur gaudiis Praestante haec paraclito, Qui cum patre et filio Vivit atque regnat unus Per cuncta saecula Deus.
20. Dulcescat paenitentia,	

Orat. ms. Cluniacen. saec. 15. Cod. Parisin. Nouv. acq. 333. — 12 te fehlt. — 36 haec fehlt. — 38 Vivit et regnat.


119. De s. Iohanne Baptista.

- |  |  |  |
|--|--|--|
| O Iohannes gloriose,<br>O baptista generose,<br>Fervens praeco veritatis,<br>Virgo sanctae castitatis,                                 |  | O pater benignissime,<br>20. O Iohannes dignissime,<br>Qui tantis privilegiis<br>Sanctis fulges prae omnibus                         |
| 5. O martyr beatissime,<br>Eremita sanctissime,<br>Plus quam propheta praedi-<br>caris   |  | Me custodi a peccatis,<br>Ne condemner cum damnatis.   |
| Angelusque nominaris.<br>O magister prophetarum,   |  | 25. Corpus meum et animam<br>In tuam do custodiam.<br>In meae mortis hora<br>Deum pie pro me ora<br>Et tempore iudicii,              |
| 10. Inter natos feminarum<br>Maior te nullus surrexit,<br>Deus te summe dilexit<br>Et replevit virtutibus,<br>Ut exemplar sis omnibus. |  | 30. Precor, recordare mei<br>Et pro me pius assistas<br>Ad impetrandam gratiam,<br>Non ut secundum merita<br>Condemner ad supplicia, |
| 15. Tu viam humilitatis<br>Tenens et asperitatis,<br>Vestem portans camelorum<br>Primus martyr es sanctorum.                           |  | 35. Sed tuis sanctis meritis<br>Caeli tunc fruar gaudiis.  |

Orať. ms. Trudonense saec. 16. in. Cod. Leodien. 395. — 35. sanctis  
fehlt. — 36. tunc fehlt. — Vgl. die vorhergehende u. folgende Nummer.

120. De s. Iohanne Baptista.

- |  |  |  |
|--|--|--|
| O Iohannes gloriose,<br>O Iohannes gratiose,<br>Hoc nomine te vocavit<br>Angelus, cum nuntiavit  |  | Eius gloriam sprevisi,<br>In desertum cum fugisti,   |
| 5. Zachariae nasciturum<br>Infantem magnum futurum.<br>Ille, quia non credidit,<br>Statim loquelam perdidit,<br>Sed te nascente soluta     |  | 25. Mel silvestre et locusta<br>Fuit cibus, potus aqua,<br>Cui camelus indumentum,<br>Pellis omne strophium.<br>Pretiosum corpus Christi |
| 10. Fuit eius lingua muta.<br>Tu priusquam esses natus,<br>Fuisti sanctificatus,<br>Salvatorem agnovisti<br>Tu, in quantum potuisti,       |  | 30. Baptizare meruisti,<br>Agnum Dei in aperto<br>Monstrasti digito sancto.<br>Tu es, cui testimonium<br>Praebuit Deus omnium,           |
| 15. Adhuc alvo matris clausus<br>Es honore prosecutus.<br>Helisabeth hoc testatur<br>Dicens, quod infans laetatur<br>In eius clausus utero |  | 35. Inter mulierum natos<br>Nemo te surrexit maior.<br>O martyr beatissime,<br>Eremita sanctissime,<br>Plus quam propheta diceris        |
| 20. Assurgens Iesu parvulo.<br>In annis puerilibus<br>Iam viluit tibi mundus   |  | 40. Angelusque praedicaris.<br>Tu, qui tot privilegiis<br>Fulges prae sanctis ceteris,<br>Indigni tui famuli<br>quaeso, ne respuas.      |





- |  |  |
|--|--|
| <p>45. Heu, peccator et immundus<br/>Assim tua prece mundus,<br/>Nam post Deum et post matrem,<br/>Te elegi mihi patrem.<br/>Illi sunt superiores,<br/>50. Sed post illos tu prior es,<br/>Quem prae ceteris diligo<br/>Et frequentius exoro.<br/>Suscipe me in filium,<br/>Ne repellas me miserum,<br/>55. Impetra mihi gratiam,<br/>Mundi spernere gloriam,<br/>Dulcescat paenitentia,<br/>Placeat caerimonia,<br/>Et claustralis religio<br/>60. Non sit mihi fastidio.<br/>Corpus meum et animam<br/>In tuam do custodiam,</p> | <p>Libera me a peccatis,<br/>Ne iudicer cum damnatis.<br/>65. In mei transitus hora<br/>Pro me Deum, precor, ora.<br/>Praesentandus coram rege,<br/>Qui me habet iudicare,<br/>Advocatum te habeam<br/>70. Sustinentem causam meam<br/>Adversus hostem impium,<br/>Meae salutis invidum.<br/>Me, parentes et amicos<br/>In manus tuas susceptos<br/>75. Fac sanctis tuis meritis<br/>Caeli frui deliciis,<br/>Hoc praestante flatu sacro,<br/>Qui cum patre et filio<br/>Vivit et regnat Dominus,<br/>80. Deus per saecula trinus.</p> |
|--|--|

Orat. ms. Italicum saec. 15. Cod. Londinen. Add. 10826. — 32. Tu monstrasti. — 35. Cui inter. — 48. Eius te elegit genetricem. — 56. Et da mundi. — 75. Fac nos. — 76. Caeli fovere.

### 121. De s. Iohanne Baptista.

- Salve, sancte Iohannes, praecursor Christi,  
Quem cum vita tum morte praecessisti  
Ad dandam scientiam salutis.  
A teneris [annis] tuae iuventutis
5. In animo contemnens hunc nihili mundum  
Et nancisci gaudium caeli capiundum,  
Hinc puer moriger Christi  
Mox indoli indulxisti,  
Cum te ad antra recepisti
10. Et pro deserto coluisti.  
Is te unice delectabat incolatus,  
In quo es herbis et te locustis delectatus  
Dandi exempli gratia  
Sic vitanda mundi retia.
15. O me, perlucida verbi lucerna,  
Versantem in tenebris gubernata,  
Me, quaeso, dona hac prece,  
Ne furtiva conficiat nece,  
Credo tibi meam animam
20. Apprime aegram et ferme exanimam,  
Ut, ubi me deficiat vita,  
Sit per te in aethera sita.  
Quantum, quantum usque venit peccare hominem,

- Te flagitante damnarier credo neminem.
25. Nam talis es et tantus,  
Qualis peccator sit et quantus.  
Tua intercessio crimina  
Reconciliat, quae fecit, omnia  
Ex clamantis dulcis auditu
30. Maxime grata frugi scitu,  
Fac, caveam truces reatus,  
Ut valeam evadere beatus,  
Fac assistam coram sedulo  
Deo vel tibi in iubilo
35. Et pro tuo sancto facinore  
Audi memet tantopere  
Precantem nec missum facias,  
Quem humanitus exaudias,  
Et si renuis, fretus scriptura
40. Plus te afficiam prece mansura,  
Tantisper preci vacabo,  
Dum te vinciens placabo.  
Ego sceleris omnis plenissimus,  
Tuae opis appetentissimus,
45. Clamito similis pulli hirundinis,  
Cum in eum animadvertit famis vis.  
A parvulo sanctior prae ceteris,  
Habe rationem miseraminis,  
Nam hae sunt partes sanctorum
50. Misereri peccatorum,  
Et Christus ea gratia  
Te elegit ex sententia.  
Ergo sis praesto interpellare,  
Da copiam Christo laudes dare,
55. Cui tam laudem paris quam morem geris,  
Quanti plus animarum consequeris,  
Atque non modo sanctis caeli gaudium  
Verum etiam angelis affers tripudium.  
Tu inter iuste vivendum
60. Praedicare paenitendum  
Hoc flagitium nefandum,  
Hinc te vincit decollandum.  
Cadis perinde atque reus  
Esses, cum sis Nazareus,
65. Ceterum pro luxuria  
Clares et flores gloria,  
Cum virgo tum martyr gloriabunde  
Et homo et angele amabunde.  
O meum et omnium solacium
70. Nec non peccatori spei gazophylacium,

Sis mihi auxilio  
Migranti in exsilio.  
Id demum mihi dari percipio finaliter,  
Ne in me Satan minus humaniter

75. Praevaleat, irrideat,  
Glorietur et strideat,  
Et orna me, precor, perpetuis gaudiis,  
Quae nulla potest consequi lingua hominis.

Cod. Palat. Vindobonen. 4066 anni 1492. — 5. In animo complectens hunc. — 6. Et mancipi gaudium. — 14. vitanda. — 24. Te fragrante. — 54. laudi. — 61. flagitium peccatum. — 62. decollatum. — 65. per luxuria.

### 122. De ss. Iohanne Baptista et Evangelista.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Ave, gemma claritatis<br>Speculumque sanctitatis,<br>Mundi decus et lucerna<br>Dignitate sempiterna,<br>Virgo, martyr et symmista,<br>Iohannes, Christi baptista   | 6. Tu puer plusquam propheta,<br>Firmans fidei decreta,<br>Dei agnum ostendisti,<br>Vocem patris percepisti,<br>Spiritus sanctum vidisti,<br>Trinitatem credidisti. |
| 2. Ave, virgo praelectus<br>Et prae ceteris dilectus,<br>Cui amoris multa signa<br>Christus dedit laude digna,<br>Tibi Christus dedit ista,<br>Iohannes evangelista.  | 7. Aquila te figuravit,<br>Quis sanctorum sic volavit?<br>Te sol verus illustravit,<br>Ex te rivus emanavit<br>Mellifluae suavitatis,<br>Summae doctor caritatis.   |
| 3. O quam pulchrae duae rosae<br>Et olivae speciosae,<br>O quam paeclara lumina<br>Et paradisi flumina,<br>O caelestes margaritae<br>Et honore redimitae.             | 8. O oliva speciosa,<br>Quorum vita gloriosa,<br>Columnna caelestis templi,<br>Expers flores et exempli,<br>Quorum merita beata<br>In conspectu Dei grata.          |
| 4. Gabriel te nuntiavit,<br>Ipse Christus praedicavit,<br>Inter natos mulierum<br>Nemo maior, o quam verum,<br>In matre sanctificatus<br>Christi testis nondum natus. | 9. Vos virginalis gloria,<br>Martyrii victoria,<br>Tam vicens innocentia,<br>Virtutum excellentia,<br>Dignos nimis effecerunt,<br>Summa laude probaverunt.          |
| 5. Te custodem matri dedit,<br>Mors cruenta te non laedit,<br>Pectus Domini suxisti,<br>Mira Dei praevidisti,<br>Carne, spiritu beatus<br>Sic in caelum elevatus.     | 10. O vasa electionis,<br>Sidera perspeciosa,<br>Vestris purgate precibus<br>Nos a peccati faecibus,<br>Omne bonum impetrate,<br>Nos a malis liberate.              |

11. Mementote miserorum  
In valle periculorum,  
Ne mergamur in infernum,  
Sed vivamus in aeternum  
Videntes Deum deorum  
In saecula saeculorum.

Cod. Lambacen. 463. saec. 15. — 3, 6 Laude et honore. — 7, 4 manavit. — Dann folgt noch: Item antiphona de praefatis sanctis, uti supra:

Verbum Dei reseravit Iohannes evangelista,  
Quod digito monstravit Iohannes baptista,  
Hos petimus attentius, Cum nostri sint patroni,  
Ut nostrae gratiosius Assint orationi.

### 123. De s. Iohanne Evangelista.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Iohannes, Christo proximus<br>Natura corporali,<br>Amore, sicut legimus,<br>Dilectus speciali,<br>Mariae custos intimus<br>Cum cura filiali.               | 5. Non regi cessit impio<br>In oleo combustus,<br>Legatus in exsilio<br>In Christo fit robustus,<br>Nec famis, sitis taedio<br>Cessavit esse iustus.   |
| 2. Odivit praesens saeculum<br>Et coniugis amorem,<br>Parentem, domum, populum<br>Piscandique laborem,<br>Professus se discipulum,<br>Sectatur salvatorem.    | 6. Necato liber Caesare<br>Ad suos remeavit,<br>Miraculorum iubare<br>Haereticos prostravit,<br>Doctrinae sacrae nectare<br>Fideles roboravit.         |
| 3. Hic aeva pudicitia<br>Est virgo decoratus,<br>De vivi fontis copia<br>In cena debriatus,<br>Ut aquila caelestia<br>Est clare contemplatus.                 | 7. Expleto cursus tempore<br>Coronam recepturus<br>Descendit sano corpore<br>In fossam moriturus,<br>Ut mundus est facinore,<br>Permansit sorde purus. |
| 4. Ad Christum multas animas<br>Convertit praedicando,<br>Hinc passus poenas plurimas<br>A populo nefando,<br>Flagella, minas, lacrimas<br>Devicit tolerando. | 8. Senator apostolice,<br>Amice maiestatis,<br>Devotos tuos respice<br>Defendens a peccatis,<br>Ad civitatem caelicae<br>Nos perduc claritatis.        |

Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521.

### 124. De s. Iohanne Evangelista.

O Iohannes, vir summi meriti,  
Qui tam dignus fuisti provehi  
Bibens fluentia evangelii  
Ex arcano pectoris Domini,

5. Cui datum soli est hominī,  
Ut pro Christo mariae virgini  
Merereris proles substitui,  
Digne custos sancti sacrarii,  
De quo corpus sumpsit agnus Dei,
10. Quod est nobis sumptus viatici  
Per desertum istius eremi,  
Donec nos det beatitudini,  
Post aerumnas huius exsilii.  
O dilecte regis pacifici,
15. Sancte cultor pudoris nivei,  
Audi voces orantis naufragi,  
Maris huius qui fluctus petuli  
Et Charybdis discrimen incidi,  
Qui dum mente non vivo vigili,
20. Domum meam consensi perfodi,  
Ubi vitae thesauros perdidī,  
Caritatem Dei et proximi,  
Meque hosti captivum tradidi,  
Cuius dolo seductus corruī.
25. Verumtamen nec tunc ingemui,  
Cum me eius artarent laquei,  
Neque sordes meas erubui,  
Postquam gravi vulnere cecidi,  
Sed peccatum peccato addidi,
30. Dum surgere post lapsum distuli.  
O patrone meus dulcissime,  
Me subleva a tali onere  
Et colloca in alto aethere.

Orat. ms. Trudonense saec. 16. Cod. Leodien. 395. — 1. O fehlt.

### 125. De s. Iohanne Evangelista.

- |  |   |
|--|---|
| <ol style="list-style-type: none"><li>1. Salve, proles Zebedaei,<br/>Tonans tuba terna Dei<br/>Personans praeconia;<br/>Salve, care salvatoris,<br/>Qui amoris amplioris<br/>Obtines insignia.</li><li>2. Certe mire te dilexit,<br/>Qui de cruce te respexit,<br/>Cum efflaret spiritum,<br/>Atque matris amorosae<br/>Designavit dulcorosae<br/>Patrem atque filium.</li></ol> | <ol style="list-style-type: none"><li>3. O quam purum, Iesu pie,<br/>Ipsam sentis, quem Mariae<br/>Delegas custodiae,<br/>Huic pectus das in cena,<br/>Ipsam servas sine pona<br/>Mortis in examine.</li><li>4. Ergo, care Iesu Christi,<br/>Qui dolorem induisti<br/>In planctu salvatoris,<br/>Me dolentem confortare,<br/>Pro me maestum memorare<br/>In istis, precor, horis.</li></ol> |
|--|---|

- |  |  |
|--|--|
| <p>5. Propter plagas tam ingentes,<br/>         Quas tu fiebas adfluentes<br/>         A tam dulci corpore,<br/>         Pelle plagas meae mentis,<br/>         Tolle, quidquid ibi sentis<br/>         Maculatum crimine.</p> | <p>6. Et qui sacra degustasti,<br/>         Dum in cena reclinasti<br/>         Salvatoris pectore,<br/>         Fac, ut praesens mea vita<br/>         Ex hoc nunc sit stabilita<br/>         Christiano foedere.</p> |
|--|--|

Orat. ms. saec. 15. Cod. Cantabrigen. Ee VI 6. — 1, 5 amore. — 2, 3 afflavit.

126. De s. Iohanne Evangelista.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. O felix evangelista,<br/>         Mihi iugiter in ista<br/>         Aerumna subvenias,<br/>         Sicut matrem Iesu Christi<br/>         Commendatam custodisti,<br/>         Precor, me custodias.</p>  | <p>3. O lucerna, flos virtutum,<br/>         Doctor sternens iter tutum,<br/>         Stella lucens sedulo,<br/>         Iubar tuae pietatis<br/>         Me absolvat a peccatis,<br/>         Tollat ab ergastulo.</p> |
| <p>2. Confer vitae sanctitatem,<br/>         Corpori da sanitatem<br/>         Et quieta tempora,<br/>         Auge veram caritatem,<br/>         Pectoris da puritatem,<br/>         Me languentem roboras.</p> | <p>4. Vitae meae rege cursum,<br/>         Post hanc vitam trahe sursum<br/>         Animam ad gaudia,<br/>         Ubi Deum contemplari,<br/>         Iustis semper sociari<br/>         Merear in gloria.</p>         |

Orat. ms. Thosanum saec. 15. Cod. Bruxellen. 4948.

127. De Iesu, Maria, Ioseph.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. O veneranda trinitas,<br/>         Iesus, Ioseph et Maria,<br/>         Quam coniunxit divinitas<br/>         Caritatis concordia.</p> | <p>4. Magna laus humilitatis<br/>         In Ioseph, sed in virgine<br/>         Maior, et in deitatis<br/>         Prole laus est in culmine.</p>     |
| <p>2. Mater virgo puerpera<br/>         Parit in diversorio,<br/>         Cui Iesus sugit ubera,<br/>         Gaudet Ioseph obsequio.</p>    | <p>5. Hunc humilitatis thronum<br/>         Trinis distinctum gradibus<br/>         Tantumque gratiae donum<br/>         Nunc extollamus laudibus.</p> |
| <p>3. Hic virgo servit virgini<br/>         Humili benignitate,<br/>         Sed virgineo germine<br/>         Ampliori caritate.</p>        | <p>6. Ut humilitatis vitam<br/>         Suis sequi suffragiis<br/>         Donetur et per gratiam<br/>         Aeternis frui gaudiis.</p>              |

7. Amen dicamus singuli  
 Huic sacro coetui trino,  
 Laudes canentes servuli  
 Uni trinoque Domino.

Cod. Parisien. 3639. saec. 15/16, mit der Randbemerkung: Gersonis. — 2, 2 iacet. — Dieses Lied ist Anal. XIX, Nr. 284 als ein Hymnus aus einer anderen Quelle mitgeteilt.

128. De sancto Ioseph.

Sancte Ioseph, fili David,  
Te rex summus honoravit,  
Quando tibi commendavit  
Virginem sanctissimam,  
Tu cum illa salutatus,  
Rogo, sis et exoratus,  
Ut det mihi suus natus  
Vitam beatissimam.

Cod. Palat. Vindobonen. (ol. Chimen.) 4724. saec. 14.

129. De sancto Iuda.

1. Sanctum Iudam collaudemus,  
Caeli civem celebremus  
Condignis encomiis,  
Particeps qui passionis  
Dono retributionis  
Gaudet cum apostolis.
2. Lumen erat et dux viae  
Caecae genti et Mariae  
Iunctus erat sanguine,  
Habuit Alphaeum patrem,  
Eius confitetur matrem  
Se Maria Cleophae.
3. Duodenos eligebat  
Christus, quibus decernebat  
Munus apostolicum;  
Dei nutu deputatus  
Est Thadaeus et relatus  
In eorum numerum.
4. Tradidit hic mox divinam  
Idololatriae doctrinam  
Docens eos impiger,  
Per miracula, quae patravit,  
Quod docebat, confirmavit,  
Agens fidem fortiter.
5. Clara Iudae sunt portenta,  
Quae confirmant instrumenta  
Data ab Abagaro,  
Huic a se baptizato,  
Falsa fide liberato  
Profuit auxilio.
6. Nec in animo curabat  
Regem tantum, quod rogabat,  
Invit et in corpore,  
Reddita dum sanitate  
Facta sibi potestate  
Lepram iussit cedere.
7. Tuus zelus non quievit,  
Sancte Iuda, qui non sprevit  
Regionem Persiae,  
Hic idola confundebas,  
Fidem felix invehebas  
Et Mesopotamiae.
8. Unde turba sacerdotum  
Conabatur, ut te totum  
Quovis modo perderet,  
Cum te Christum praedicante  
Non idolum sicut ante  
Verba prompte redderet.
9. Dum tu cupis propagare  
Christi fidem, te fugare  
Dolus vult diaboli,  
Cui tamen non cessisti,  
Immo cunctis ostendisti  
Vanas fraudes erebi.
10. Quidquid mundi contempsisti,  
Quod cepisti, docuisti  
Cum gentis solamine,  
Operam non perdidisti,  
Christo multos peperisti  
Verbi Dei semine.

11. Quam zelose conscripsisti  
Et qua multum profuisti,  
Colimus epistolam,  
In qua studes nos docere  
Viam regiam tenere,  
Quae ducit ad patriam.
12. Orbis tibi fert terrarum,  
Sancte Iuda, nomen clarum  
Praeconis eximii,  
Dei te dicunt legatum  
Vindicemque veritatum  
Venerantur ethnici.
13. Tandem finis est dolorum,  
Meta venit et laborum,  
Larga tollis praemia,  
Virtus tua triumphavit,  
Numen mire te ornavit  
Martyrum laureola.
14. Nam ab his, quos edocebas  
Veram fidem, perferebas  
Mortem cadens fustibus,  
Vitam Deo reddidisti,  
Sed sic polum subiisti  
Gaudens cum caelitibus.
15. Apostole lectissime  
Et martyr invictissime,  
Iuda, preces clientis,  
Ut consuevisti, respice,  
Devote celer suscipe  
Hanc pronitatem mentis.
16. Attende vim certaminis,  
Virtutem pete flaminis,  
Pro qua has preces promo,  
Accedit finis staminis,  
Horror venit examinis,  
Non titubem in bono.
17. Semper me ad hoc animem,  
Ne animam contaminem,  
Quae meus est thesaurus,  
Tu meus semper doctor sis,  
Ne mihi sit cum Deo lis,  
Sic mihi manet laurus.

Cod. S. Floriani XI 447. saec. 16. add. saec. 18.

### 130. De sancto Ivone.

1. O Ivo, consors caelice  
Aeternae lucis deicae,  
Qua frueris mirifice,  
Te requirentem aspice.
2. O Ivo, caeli lucide  
Civis, confessor candide,  
Menti meae nunc turbidae  
Lumen infunde valide.
3. O Ivo beatissime,  
Praedicator peroptime,  
Quia commendo tibi me,  
Sis meae fautor animae.
4. O Ivo, pater pauperum,  
Rogo, rege me miserum,  
Ut iter eam prosperum  
Ad electorum numerum.
5. O Ivo candens aetheris,  
Britonibus prae ceteris,  
Novis imbutus literis,  
Nunc visu Dei frueris.
6. O Ivo, roga Dominum,  
Aeternum patrem luminum,  
Ut ad sanctarum virginum  
Choros habeam terminum.
7. O Ivo, civis caelicus,  
Sis meae mentis medicus  
Animaeque causicus,  
Qui tuus vivo clericus.
8. O Ivo, absint vitia,  
Fastus et avaritia,  
Ira, gula, invidia,  
Libido et avidia.



- |   |  |
|---|--|
| <p>9. O Ivo, tua sanctitas<br/>A me pellat illicitas<br/>Sordes et cordis semitas<br/>Faciat Deo placitas.</p> <p>10. O Ivo, cuncta crimina<br/>A me prorsus extermina<br/>Et in virtutum semina<br/>Mea dirigas germina.</p> | <p>11. O Ivo, me purifica<br/>Meque Deo vivifica,<br/>Ut per tua mirifica<br/>Perveniam ad caelica.</p> <p>12. O Ivo, tua gratia<br/>Praestet nobis suffragia,<br/>Quae dent in caeli patria<br/>Beata nobis gaudia.</p> |
|---|--|

Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. — Das Gedicht steht unter einer Folge von Sequenzen, ist aber augenscheinlich keine.

### 131. De sancta Katharina.

- |   |  |
|---|--|
| <p>O Katharina regia,<br/>Virgo nimis egregia,<br/>Speciosa, amabilis,<br/>Generosa, laudabilis,</p> <p>5. Virgo Christi castissima,<br/>Sponsa eius dignissima,<br/>Mihī esto propitia,<br/>Quem multa gravant vitia.<br/>Mihī, quaeso, compatere,</p> <p>10. Ad te compellor fugere,<br/>Per me non possum surgere,<br/>Tu manum mihi porrige.<br/>Vide meam miseriam<br/>Et peccatorum veniam</p> <p>15. Mihī confer per gratiam<br/>A Deo tibi traditam.<br/>Qui tibi sapientiam<br/>Donavit et potentiam,<br/>Qua rhetores convincere</p> <p>20. Potuisti celerrime<br/>Et ad Deum convertere<br/>In crucifixi nomine;<br/>Hos ad caeli palatium<br/>Praemittis per martyrīum.</p> <p>25. O invicta constantia,<br/>Blanda vincens et aspera,<br/>Quam non mulcet blanditiis<br/>Nec deterret suppliciiis<br/>Imperator Maxentius</p> <p>30. Te caedens scorpionibus.<br/>Hinc tenebrosi carceris<br/>In profundo detruderis,<br/>Fame, siti et frigore<br/>Maceranda cotidie.</p> | <p>35. Hinc te columba candida<br/>Refovebat interea<br/>Carceris fugans tenebras,<br/>Dum dapes defert caelicas.<br/>Cum te regina visitat,</p> <p>40. Christus eam illuminat,<br/>Quae cum duce Porphyrio<br/>Coronatur martyrio.<br/>Duces quoque mox milites<br/>Ducenti fiunt martyres,</p> <p>45. Quorum felix victoria<br/>Tua laus est et gloria.<br/>Post hoc visus est Dominus<br/>Cum caelorum agminibus,<br/>Turba stipatus virginum,</p> <p>50. Hoc tibi dans solacium:<br/>Agnosce tuum, filia,<br/>[Actorem], pro quo gravia<br/>Suscepisti certamina,<br/>Constans esto per omnia.</p> <p>55. Tecum sum in exsilio,<br/>Nunquam ego te desero.<br/>O quam magna consolatio<br/>Haec sponsi fuit visitatio.<br/>Bis binae fiunt machinae</p> <p>60. Rotarum accutissimae,<br/>Quas spernens oras tacite,<br/>Et mox solvuntur turbine;<br/>Et de plebe incredula,<br/>Quae stabat ad spectacula,</p> <p>65. Quattuor perdit milia<br/>Manus vindex angelica.<br/>Post hoc factum miraculum<br/>Turba gaudet fidelium,</p> |
|---|--|

- Grege terretur incredulus,  
70. Mente dolet Maxentius.  
Cum se vinci a femina  
Vidit immitis bellua,  
Capitali sententia  
Te plecti iubet, domina.
75. Tamen ante martyrium  
Preces fundis ad Dominum  
Pro cunctis, qui memoriam  
Tui agunt mellifluam.  
Exauditur oratio
80. In caelorum palatio,  
Vox tibi mandat caelica,  
Impetrasse te omnia.  
Hinc grates agens Domino  
Cervicem subdis gladio
85. In crucifixi nomine  
Lac effundens pro sanguine.  
Corpus sumentes angeli  
Conduunt in monte Sinai,  
Ex quo destillat oleum
90. Infirmis saluberrimum.  
Ubi Deus innumera  
Per te fecit miracula,  
Sic [et] per orbis climata  
Tua laudantur merita.
95. O viva Christi hostia,  
Katharina sanctissima,  
Tua sit mihi passio  
Peccatorum remissio.  
Tua meae dilectio
100. Sit animae refectio,  
Iugis commemoratio  
Sit mortis reparatio.  
O virgo, sole pulchrior  
Et omni melle dulcior,  
105. Fac, ut tua memoria  
Sit mihi perpes gloria.  
Exaudi haec precamina  
Mea delens peccamina,  
O virgo potentissima,  
110. Post Mariam dulcissima.  
O Maria, flos virginum,  
Mitem fac mihi Dominum,  
Tuum que Dei filium  
Per Katharinae mertium.  
115. Katharina, archangeli  
Pro me rogent et angeli,  
Apostoli et martyres,  
Confessores et virgines,  
Cuncta caelorum agmina,  
120. Ut pro me rogent, impetra,  
Cum quis in sponsi gloria  
Felix vivis per saecula.  
O Christe, salus unica,  
Qui de carne virginea  
125. Pro me nasci dignatus es  
Et mortem crucis passus es,  
Sis Katharinae precibus  
Mibi semper propitius,  
Post huius vitae terminum  
130. Aeternae confer praemium,  
Cum patre et sancto flamine  
Qui regis sine tempore.

Orat. ms. saec. 15. Cod. Colonien. 7. — 61. Spemans orans tacide. —  
88. Conditur. — 115. O Katharina. — 116. Ut pro me. — 121 Cum quibus. —  
Vgl. Anal. XV, Nr. 195.

### 132. De sancta Katharina.

1. Salve, virgo Katharina,  
Sponsa Christi eximia,  
Corpus meum et anima  
Sub tua sint custodia.
2. Benigna patrocina  
Fer tuo servo, domina,  
Per te Dei clementia  
Expurget mea crimina,
3. O flos et honor virginum,  
Amica Dei nimium,  
Ora pro me ad filium  
Mariae unigenitum.
4. Dilecti aures mulceat  
Prex tua et efficiat,  
Ut actus meos dirigat  
A malisque custodiat.

- |  |   |
|--|---|
| <p>5. Dulcedo sancti spiritus<br/>Me regat tuis precibus,<br/>Me impleat virtutibus<br/>Tuis sanctis precatibus.</p> <p>6. Sic tua in hoc saeculo<br/>Me visitet oratio,<br/>Ut Dei in servitio<br/>Cor meum sit in gaudio.</p> <p>7. Ac dignas laudes Domino<br/>Decantem mentis iubilo,<br/>Ut bona retributio<br/>Mihi detur in ultimo.</p> | <p>8. Tu me fac bene vivere,<br/>Ut in egressu animae<br/>In Dei consolamine<br/>Defungar sine crimine.</p> <p>9. A morte subitanea<br/>Tu me defende, domina,<br/>Veraque paenitentia<br/>Dones et eucharistia.</p> <p>10. Et sic post hoc exsilium<br/>Invita tuum famulum,<br/>Caeleste ut palatium<br/>Sit mihi in hospitium.</p> <p>11. Assit mihi ad obitum<br/>Tuum sanctum auxilium,<br/>Ut laetus queam Dominum<br/>Videre in perpetuum.</p> |
|--|---|

Cod. S. Petri Salisburgen. b VIII l. saec. 15. A. — Cod. S. Petri Salisburgen. a VI 35. saec. 15. B. — Orat. ms. Tegurinum anni 1470. Clm. Monacen 20021. C. — 6, 1 Hic tua AB. — 9, 4 Donet AB.

### 133. De sancta Katharina.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Sponsa Christi, Katharina,<br/>Costi regis filia,<br/>Huius mundi pretiosa<br/>Esse probans vilia,<br/>Rubens martyr inter rosas,<br/>Candens inter lilia,<br/>Virgo, prece sponso tuo<br/>Tu me reconcilia.</p> <p>2. Sit concessa mihi per te<br/>Castitatis gratia,<br/>Ne obfuscet lumen cordis<br/>Carnalis lascivia,<br/>Semper mundum me conservans<br/>A mundi fallacia,<br/>Mundo calle fac transire<br/>Falsae vitae spatia.</p> <p>3. Christi sponsa generosa<br/>De regali genere,<br/>Christi virgo speciosa<br/>Fide, forma, facie,</p> | <p>Christi martyr gloriosa,<br/>Fundens lac pro sanguine,<br/>Christi gemma pretiosa,<br/>Es potita foedere.</p> <p>4. Ora pro me sponsum tuum,<br/>Summi regis filium,<br/>Ut inspiret in cor meum<br/>Salutis consilium,<br/>Et in verbis et in factis<br/>Mihi sit auxilium,<br/>Ne me ducat pro delictis<br/>Hostis in exsilium.</p> <p>5. Quisquis tuam passionem<br/>Tenet in memoria,<br/>Te pro eo exorasse<br/>Testatur historia,<br/>Tu me serva in hac vita,<br/>Pro tua victoria,<br/>Ut gaudere tecum possim<br/>In aeterna gloria.</p> |
|---|--|

Cod. S. Petri Salisburgen. b VIII l. saec. 13. A. — Cod. S. Petri Salisburgen. a VI 35. saec. 15. B. — Orat. ms. Tegurinum anni 1470. Clm. Monacen. 20021. C. — Orat. ms. Tegurinum saec. 15. Clm. Monacen. 20124. D. — A hat die Bemerkung: „Aliud carmen sub melodia ut supra.“ Diese Melodie ist die des Pange lingua oder Tibi Christe. Damit das Lied auf diese Melodien gesungen werden könne, ist es in A irrtümlich in sechszeilige Strophen eingeteilt.

134. De sancta Katharina.

1. Kosti regis filia, felix Katherina,  
Meorum sis vulnerum vera medicina  
Meque tuis precibus serves a ruina,  
Ne miser inteream cum peccati spina.
2. Adversus Maxentium constanter stetisti  
In agone fidei pro amore Christi,  
Quem cum satellitibus suis evicisti,  
Me consortem praemii fac, quod meruisti.
3. Turbam philosophicam vincis disputando,  
Deum vivum et verum ipsis demonstrando  
Et eorum cordibus exemplum praedicando,  
Fac, clemens, ne maculer scelere nefando.
4. Horrendo spectaculo subdenda rotarum,  
Virgo Deum invocas, qui opus earum  
Confregit et populum stravit tenebraium,  
Mihi planctum impetra pro culpis amarum.
5. Electos prae ceteris regis oratores  
Quinquagenos superas et habitatores  
Regni Dei efficis polique cultores,  
Fac, ut tecum colligam paradisi flores.
6. Reginam clarissimam fide illustrasti  
Cum duce Porphyrio et coadunasti  
Deo per martyrium, quod et tolerasti,  
Placa mihi misero hunc, pro quo pugnasti.
7. In fine certaminis vis spiculatoris  
Tibi caput amputat, locoque cruoris  
Lac ex colle profluit nivei coloris,  
Pia mater, mihi sis bravium laboris.
8. Non me, clementissima, spernas ob reatum.  
Sed virtutum dotibus effice beatum  
Cunctorumque iudicem mihi fac placatum  
Ac tuae clementiae sit hoc carmen gratum.
9. Angeli obsequium tibi praebuerunt  
Tuumque sanctissimum corpus deduxerunt  
In supremum Sinai et sepelierunt,  
Christo me concilia, ad quem te duxerunt.

Cod. S. Petri Salisburgen. b VIII 1. saec. 15. A. — Clm. Monacen. (ol. Eberspergen.) 7817 saec. 16. B. — 3, 4 macula A. — 6, 1 clementissimam B. — Str. 8. und 9. fehlen B. — A hat zum Liede die Bemerkung: „Et potest cantari sub duplici nota, unâ sub Patris sapientia, aliâ sub nota venerabilis sacramenti: Ave vivens hostia. Et licet prima eius litera secundum regulas orthographiae debet scribi per C et non per K, tamen sacra theologia non subiacet regulis grammaticalibus et sic primam eius literam volumus ponere K.“

135. De sancta Katharina.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Karismalis Dei cella,<br/>Virginalis tu puella<br/>Digne appellaberis,<br/>Amorosa, veneranda,<br/>Virtuosa, exaltanda<br/>Iuste praedicaberis.</p> <p>2. Trinitatis insignita<br/>Diva luce margarita,<br/>Martyr, virgo regia,<br/>Honestate gratiosa,<br/>Castitate gloriosa<br/>Formaque egregia.</p> | <p>3. Ex amore es electa,<br/>Summa morum es perfecta<br/>Plena sapientia,<br/>Regi regum desponsata,<br/>Piis cunctis multum grata,<br/>Praedita clementia.</p> <p>4. Insignis tu generosa<br/>Atque nimis speciosa,<br/>Candens velut lilium,<br/>Nobis patrem fac placatum,<br/>Sacrum flamen, Dei natum<br/>Virginis et filium.</p> <p>5. Ad superna Dei dona<br/>Ac aeterna caeli bona<br/>Duc nos, decus virginum.</p> |
|---|--|

Cod. S. Petri Salisburgen. b VIII 1. saec. 15. A. — Legenda S. Katharinae imp. Argent. 1499. B — Ioan. Iusti Lanspergii Opusc. Spirit. (Colon. 1693) I, 457. C. — 1, 3 appellaris A. — 1, 5 sublimanda C. — 1, 6 praedicatoris A. — 3, 1 Ab amore C. — Aus B bei Schade, Geistl. Gedichte vom Niederrhein, p. 117.

136. De sancta Katharina.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Claritatis speculum,<br/>Illustrasti saeculum<br/>Virtutum decore,<br/>Signis et prodigiis,<br/>Nos tuis vestigiis<br/>Fac sequaces fore.</p> <p>2. Nos hic dona gratiae,<br/>Quae es pulchra facie<br/>Sollerter fac sentire,</p> | <p>Nam reginam convertisti,<br/>Eruditos tu fecisti<br/>Domino servire.</p> <p>3. O Katharina nobilis,<br/>In fide immobilis,<br/>Nos a sorde libera<br/>Et in hora mortis<br/>Ad locum tuae sortis<br/>Voca voce libera.</p> <p>4. Deprecare regem caeli<br/>Pro me, virgo Katharina,<br/>Aduvare, quaeso, veni<br/>Et salvare me festina.</p> |
|--|---|

Cod. S. Petri Salisburgen. b VIII 1. saec. 15. A. — Cod. S. Petri Salisburgen. saec. 15. a VI 35. B. — Orat. ms. Tegurinum anni 1470. Clm. Monac. 20 021 C.

137. De sancta Katharina.

O beata Katharina,  
Tuum corpus monte Sina  
Ab angelis terrae datum

Aegris sudat rorem gratum.  
Gloriosa tua prece  
Nos ab omni munda faece,  
Ut nos, qui te veneramur,  
Per te sursum rapiamur.

Cod. Parisin. 11343. saec. 15.

138. De sancta Katharina.

O pia regina, laesi cordis medicina,  
Cernere divina concede mihi, Katharina,  
Ut de sentina vitiorum carne supina  
Elever ad trina, quo mortis nulla ruina.

Cod. Parisin. 11343. saec. 15.

139. De sancta Katharina.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Ave, venerabilis<br>Virgo Katherina,<br>Omnibus laudabilis,<br>Haec tibi propina<br>Pro me sit et clericis<br>Et cunctis litteratis<br>Et omnibus christicolis,<br>Quos iunge cum beatis. | 3. Ex quo sanctum oleum<br>De tua tumba manat,<br>Quod ih̄i sine termino<br>Minime emanat,<br>Ibi et infirmitas<br>Per oleum curatur<br>Quaelibet, in Domino<br>Si firmitus credatur. |
| 2. Memor sis martyrii,<br>Quod sustinuisti<br>Ob amorem nobilis<br>Sponsi tui Christi,<br>Statim quando corpus est<br>Capite decollatum,<br>Tunc fuit per angelos<br>Sinai translatum.       | 4. Nobilis huius olei<br>Tribue liquorem,<br>Ut possimus [effugere]<br>Quemlibet pudorem<br>In anima et corpore,<br>Ut simus securi<br>Post vitae huius terminum<br>Ad te transituri. |

Orat. ms. Augustanum anni 1469. Clm. Monacen. 3702. — 1, 5 et fehlt. — 4, 8 te transire. — Nach dem Akrostichon Amen zu schliessen, dürfte man im Vorstehenden den Schluß eines längeren Liedes vermuten; aber welchen Liedes?

140. De sancta Katharina.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Ave, virgo, micans rosa,<br>Katharina speciosa<br>Vernansque virtutibus;<br>Ave, virgo generosa,<br>Sponsa Christi speciosa,<br>Regnans in caelestibus. | 2. Ave, felix et beata,<br>Ex illustri procreata<br>Principum prosapia,<br>Per Maxentium detenta<br>Superasti argumenta<br>Oratorum omnia. |
|--|--|

- |  |   |
|--|---|
| <p>3. Summe lucens, nubens Chris-<br/>tum,<br/>Despexisti mundum istum<br/>Eiusque immania<br/>Tormenta non formidasti<br/>Et ad fidem tu vocasti<br/>Corda infidelia.</p> | <p>4. Ave, pia decollata,<br/>Turbis caelicis translata<br/>Sinai cacumina,<br/>Praebens olei linimen<br/>Infirmis aufers dolorem,<br/>Maestis dans solamina.</p> |
|--|---|

5. Ave, rosa paradisi,  
De qua caeli sunt gavis  
Et sanctorum agmina,  
Quando mortis instat hora,  
Pro nobis Deum implora  
In perenni gloria.

Orat. ms. Tegurinum anni 1470. Clm. Monacen. 20021. A. — Cod. S. Petri Salisburgen. b VIII 1 saec. 15. B. — Cod. S. Petri Salisburgen. a VI 35. saec. 15. C. — 1, 2 Katharina formosa BC. — 1, 3 Vernas quae A. — 3, 3 inania A. — 5, 5 Deum tunc implora ABC.

#### 141. De sancta Katharina.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Ave, virgo Katherina,<br/>Ave, martyr et regina,<br/>Ave, sponsa Christi vera,<br/>Ave, mitis et sincera.</p> <p>2. Virgo Dei, Deo digna,<br/>Christo prece me consigna,<br/>Preces audi peccatoris<br/>Et me munda intus, foris.</p> <p>3. Preces audi, praesta votum,<br/>Cor in bono fac immotum<br/>Confer mihi cor contritum,<br/>Rege visum et auditum.</p> <p>4. Rege gustum et olfactum,<br/>Virgo sancta, rege tactum,<br/>Ut in cunctis te regente<br/>Vivam Deo pura mente.</p> <p>5. O beata Katherina,<br/>Babylonis de sentina<br/>Mihî tutum da ducatum,<br/>Plasmatores fac placatum.</p> <p>6. Esto mihi consolatrix,<br/>Pro me sis interpellatrix,<br/>Pro me Christum interpella,<br/>Salva mortis a procella.</p> | <p>7. Superare fac me mundum,<br/>Ne demergar in profundum,<br/>Ne me sinas naufragari<br/>In peccatis in hoc mari.</p> <p>8. Virgo Dei, nunc memento,<br/>Quo labore, quo tormento<br/>Regnum Dei meruisti,<br/>Quae sic caelum conscendisti.</p> <p>9. Potens in conspectu Dei<br/>Memor esto, precor, mei,<br/>Memor esto supplicantis,<br/>Memor esto, quod in tantis</p> <p>10. Sum peccatis constitutus,<br/>Memor esto, quod pollutus<br/>Faece culpae nimis foedor;<br/>Memor esto, quantis laedor</p> <p>11. Intus, foris culpae spinis;<br/>Fac securum me de minis<br/>Corruentis huius mundi;<br/>Iuva, virgo, ne obtundi</p> <p>12. Ictu sinas me draconis<br/>Infernalis Babylonis,<br/>Sed da locum et solamen<br/>In caelesti Ierusalem.</p> |
|--|--|

- |   |   |
|---|---|
| <p>13. Agonista Dei fortis,<br/>         Esto praesens hora mortis,<br/>         Decumbentem fove, leva<br/>         Et de morte solve saeva,</p> | <p>15. Laudans Iesum voce digna,<br/>         Per quem mira fiunt signa;<br/>         Mors me duplex non infestet,<br/>         Iesus Christus illud praestet</p> |
| <p>14. Ut te duce, Katherina,<br/>         Migrer tecum hinc, regina,<br/>         Et caelesti fruar dono<br/>         Iubilando dulci sono,</p>  | <p>16. Prece tua exoratus,<br/>         Idem pater, idem natus,<br/>         Idem utriusque flamen,<br/>         Qui vivit et regnat. Amen.</p>                   |

Orationale ms. Lehninen. anni 1518. Cod. Berolinen IV° 29. A. — Orationale ms. Franciscan. saec. 15. Cod. Darmstadien. 2772. B. — 2, 2 assigna B. — 2, 4 et ut mundet B. — 4, 2 Virgo pia B. — 4, 4 sancta mente B. — 6, 4 Ut me salvet a procella B. — 7, 3 Me non sinas B. — 8, 4 caelos B. — 9, 2 Miserere precor B. — 10, 3 nimis foetor A; Foedus culpae sorde foedor B. — 11, 2 Me securum fac B. — 11, 3 Et tormentis B. — 11, 4 Virgo sancta ne confundi A; obtundi B. — Statt Str. 14 u. 15 in B:

Ut resurgam novus homo,  
 Civis in caelesti domo,

Duplex mors ne me infestet,  
 Iesus Christus illud praestet.

Vielleicht ist der betreffende Text in A eine spätere Erweiterung. — 14, 3 domo. — 14, 4 dulci modo; gegen den Reim. — 16, 3 Utriusque idem B. — 16, 4 et regnat in saecula. Amen. A; et regnat Deus. Amen. B. — Mone (III, S. 373) teilt das gleiche Lied aus einer Mainzer und einer Strafsburger Hs. mit.

#### 141a. De sancta Katharina.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Gemma Dei pretiosa,<br/>         margarita fulgida,<br/>         Sponsa Dei gloriosa,<br/>         paradisi viola.</p>                  | <p>3. Ora pro me peccatore<br/>         apud regem gloriae,<br/>         Cuius fulges claritate<br/>         ut sol in meridie.</p> |
| <p>2. Virgo Dei, Katharina,<br/>         prudens et mitissima,<br/>         Quae pro Christo detruncata<br/>         aula regnas caelica.</p> | <p>4. O beata, benedicta,<br/>         dulcis et piissima,<br/>         Pulsa prece indefessa<br/>         Christi pia viscera,</p> |
5. Ut me salvet et gubernet sua semper gratia,  
 Ut post huius vitae cursum ducat ad caelestia.

Orationale ms. Carth. Erphesfurten. saec. 15. Cod. Rossian. VIII 56. A. — Aus einer Mainzer Hs. des 15. Jahrh. bei Mone (III, S. 374). B. — 1, 3 Speciosa Dei A. — 1, 4 paradisi ianua B. — 2, 1 Virgo martyr Katharina B. — 2, 4 in aula A. — 3, 3 Cuius claritas fulget A. — 4, 1 et benedicta A. — 4, 2 pia A. — 4, 4 pia Christi B. — Als Abschluss ist angehängt in B: Ubi tecum, virgo sancta, gaudeam in saecula; in A: Ubi tecum, virgo sancta Katharina, gaudet in saeculorum saecula. Amen.



142. De sancta Katharina.

1. Ad laudem tui nominis  
Et Katharinae virginis  
Assis huic principio,  
Ut digna loqui valeam,  
Et loqui tibi placeam,  
Iesu, nostra redemptio.
2. Decora nimis facie,  
Vocata gemma Graeciae  
Et inspirata caelitus  
Est, quam laudare cupio,  
Sed spirans huic initio  
Veni, creator spiritus.
3. Regnante dudum impio  
Sub iudice Maxentio  
Perpessa est martyrium  
Haec virgo tibi dedita  
Et ope tua praedita,  
Christe, redemptor  
omnium.
4. Exorta natalitiis  
Non infimis, sed regiis,  
Ut Costi regis filia,  
Regi se dedit omnium,  
Qui conferat in praemium  
Beata nobis gaudia.
5. Dum patris in palatio  
Sederet, congregatio  
Fit generalis populi,  
Ut libaretur idolis  
Ab his, non tuis incolis,  
Iesu, salvator saeculi.
6. Quod Katharina audiens  
Surrexit locum adiens  
Et obstans constantissime  
Cultum talem redarguit  
Teque colendum astruit,  
Caeli Deus sanctissime.
7. Imbuta liberalibus  
Ita florebat artibus  
Adhuc aetate tenera,  
Quod licuit advertere  
In ea reluescere  
Aeterna Christimunera.
8. Nam non insipientiam  
Huius mundi scientiam  
Suumve fingens studium,  
Hunc scire solum asserit,  
Qui solus cuncta noverit  
Primo dierum omnium.
9. In tantum autem profuit  
Scientia, qua floruit,  
Conclusis ut rhetoribus,  
Doctores qui gentilium  
Erant, passis martyrium  
Exsultet caelum lau-  
dibus.
10. His adplicatis ignibus  
Non adustis corporibus  
Pro fide Christi nominis  
Dat mori mirabiliter  
Et vivere feliciter  
Consors paterni lu-  
minis.
11. Cum esset in ergastulo,  
Cuiusvis adminiculo  
Ne potiretur penitus,  
Pro confortanda virgine  
De caeli venit culmine  
A patre unigenitus.
12. Agnosce, inquit, filia,  
Pro quo pati supplicia  
Non defers carni propriae,  
Age fiducialiter,  
Tecum ero perenniter  
Splendor paternae  
gloriae.
13. Completoque certamine  
Hoc mox pro meo nomine  
Eris, quo nox non nubilat,  
Sed dies fulget celebris,  
Et semper sine tenebris  
Aurora lucis rutilat.
14. Regina cum Porphyrio  
Eius freta colloquio  
Sic adquevit virgini,  
Ut et ipsa relinqueret  
Deos vanos et fieret  
Iste confessor Domini.

15. Insanit prae angustia  
 Maxentius, suspiria  
 Trahens et cordis gemitum  
 Ex eo, quod Porphyrius  
 Cum ducentis fit socius,  
 Deus, tuorum militum.
16. Rotarum moles igitur  
 Terribilis erigitur  
 Pro discernenda virgine,  
 Sed positam in medio  
 Salvata ab hoc [exitio],  
 Salvator mundi, Domine.
17. Interea dirumpitur  
 Haec moles et conteritur  
 Inde pars turbae pessimae,  
 Cumque vindicta cernitur,  
 Haec pars ad te convertitur,  
 Aeternae rex altissime.
18. Rex nequam iram concipit,  
 Caput auferri praecipit  
 Demumque regis filiae,  
 Quam collocat in Sinai  
 Per angelos Adonai,  
 Magnae Deus potentiae.
19. Praetereundum etiam  
 Non est, quod lactis copiam  
 Spiculatoris rabies  
 Effudit, dum occubuit,  
 Ita nam tibi placuit,  
 Christe, qui lux es et dies.
20. Superna providentia  
 Quibusdam specialia  
 Sanctis dat signa munerum,  
 En, ista privilegia,  
 Quae sunt ex tua gratia,  
 Conditor alme siderum.
21. O Katharina, regia  
 Virgo, nos tuos expia  
 A livione vitii,
- Ut te laudantes iugiter  
 [Nos] praemiet sublimer  
 Summilargitor praemii.
22. Hoc enim donum adnuit,  
 Tibi dum vox intonuit  
 Ab arce lapsa supera,  
 Rex Christe, colunt, praedicant,  
 Adorant et magnificant  
 Quem terra pontus  
 aethera.
23. Age proinde, domina,  
 Ut nostra scripta nomina  
 [Sint] in libro viventium,  
 Ubi perennis gloria  
 [Et] omnibus est omnia  
 Deus, creator omnium.
24. Nec procul absis, quaesumus,  
 Te invocantes assumus  
 Nos peccatores quotiens,  
 Descenderit pro talibus  
 Cum de supernis sedibus  
 Verbum supernum  
 prodians.
25. Quinimmo carnem induit  
 Et in ea sustinuit  
 Mortalis et corporeus  
 Mortis amaritudinem  
 Sicque redemit [hominem]  
 Plasmator hominis  
 Deus.
26. Ecce, quam carum habuit  
 Ipsum, pro quo succubuit  
 Vita mortis sententiae,  
 En, pro eo, [quem] condidit,  
 In mortem semet tradidit  
 Summae Deus clementiae.
27. Hoc te felicem moveat,  
 Ut per te [ei] placeat  
 Cursus nostrae militiae,  
 Quo demum iuncti coetui  
 Sanctorum eius vultui  
 Hymnum canamus  
 gloriae.

28. Tu felix es, nos miseri,  
 Tu sancta, nos ex veteri  
 Fraude fefellit proditor,  
 Sed tuam ad instantiam  
 Nostram iuvat miseriam  
 Telluris ingens con-  
 ditor.
29. Nos quidem recognoscimus,  
 Quod nimium peccavimus  
 Et indigemus venia,  
 Sed tuis interventibus  
 Detur te diligentibus  
 Aeterna caeli gloria.

30. Ad quam caelestem gloriam  
 Post vitam transitoriam,  
 Qui te laudamus Dominum,  
 Duc nos expertes criminis  
 Huius obtentu virginis,  
 Iesu, corona virginum.

Cod. Londinen. Reg. 7 A VI. saec. 14/15. — 2, 4 Et quam. — 2, 5 Sed spirans adhuc initio. — 4, 5 conferret. — 6, 5 colens. — 11, 2 adminiculo. — 13, 3 quo vox non iubilat.

#### 143. De sancta Katharina.

1. O Katharina nobilis,  
 Virgo gloriosa  
 Martyr et immobilis,  
 Florens velut rosa.
2. Costi regis filia  
 Fuisti procreata,  
 Sed divina gratia  
 Salubriter renata.
3. Aetate iuvenili  
 Christicola fuisti,  
 Ingenio subtili  
 Frequenter studuisti.
4. Corpus tuum nobile  
 Deo obtulisti,  
 Donum ineffabile  
 Te ipsi tradidisti.
5. Castitatis annulo  
 Te Christus subarrhavit,  
 Qui te amoris vinculo  
 Dulciter amavit.
6. Sponsa sponso iungitur,  
 Fovens mente pia,  
 Neutrum quoque fallitur  
 Hic a recta via.
7. Cum pudoris lilio  
 Fuisti famulata  
 Sponso tuo supplice,  
 Cui eras grata.
8. Hoc idem cum senserat  
 Maxentius praeceptor,  
 Ad eum te vocaverat  
 Perversae legis lector.
9. Mox cum te cognoverat  
 Vernam esse Christi,  
 Te carcere recluserat  
 Sicque permansisti,
10. Donec a tortoribus  
 Educi te mandavit  
 Ac legis perversoribus  
 Te examinavit.
11. Sed virgo constantissima  
 Omnes superasti  
 Omniumque doctissima  
 Eos profanasti.
12. Fidem sponsi incliti  
 Ferventer praedicando  
 Iniquique Maxentii  
 Deos blasphemando

13. Eius nuptam perfidam  
Ad Deum convertisti  
Atque turbam maximam  
Sequentem legem Christi,
14. Porphyrium, familias  
Christum profitentes  
Multasque plebeculas  
Sibi adhaerentes.
15. Maxentius cum sensiit  
Tanta te fecisse,  
Animo tristi doluit,  
Se nihil perfecisse.
16. Ergastulo te reddidit  
Custodibus armatis,  
Te fame mori credidit  
Panibus non adlatis.
17. Cibisque angelicis  
Mire pascbaris  
Gaudiis ac caelicis  
Laute laetabar.
18. Imperator impius  
Credidit te morti datam,  
Sed sponsus eximius  
Te paravit sibi gratam.
19. Videns hoc perfidus  
Te morti condemnavit,  
Quam potuit celeriter  
Rotam ordinavit.
20. Rotam cum perfecerat  
Rallis adornatam,  
Te subire voluit  
Deo dedicatam.
21. Amore sponsi incliti,  
Virgo, inflammata,  
Tormento supplicii  
Fuisti praeparata.
22. Sed tuam continentiam  
Sponsus demonstravit,  
Per machinae sententiam  
Tortores devastavit.
23. Tandem sponso patuit  
Nuptias sacrare,  
Cum tyranno placuit  
Te capite truncare.
24. Pie flectens genua  
Christum exorasti  
Emittensque suspiria  
Spiritus commendasti.
25. Lictor fert gladium,  
Sed virgo genuflexa,  
Ictum duxit validum,  
Ab angelis est amplexa.
26. Duceris ad nuptias  
Ingenti cum honore,  
Ad paradisi portas  
Sponsuli cum decore.
27. Corpus tuum digne  
Mirifice portatur  
Sepeliturque benigne,  
Ut nobis praesentatur,
28. In montis pinnaculo  
Sinai vocati,  
Nobis pro signaculo  
Prae cunctis elevati.
29. Passionis tuae gloriam,  
Virgo, decantantes  
Per daemonis victoriam  
Fac nos triumphantes,
30. Ne redemptoris gratia  
A lapsu relevatos  
Temptatoris retia  
Reddant condemnatos.
31. Literarum studiis  
Fac nos militari  
Earumque industriis  
Te semper imitari,
32. Castitatem floridam  
Christo praesentare,  
Tremendam atque horridam  
Poenam evitare.
33. Ad sponsi tui nuptias  
Valeamus famulari,  
Post huius mundi tenebras  
Te dein contemplari,
34. Humanas contumelias  
Patienter sustentare,  
Ut paradisi portas  
Dignemur visitare.

35. A vinculis nos protege,  
Virgo gloriosa,  
Ne valeat nos laedere  
Mens opprobriosa.
36. Nulla morte celeri  
Permittas nos perire,  
Nusquam poenam tartari  
Hostiliter subire.
37. Quousque in hoc exsilio  
Sumus duraturi,  
Mariae matris filio  
Vivamus sorde puri.
38. Cum instat dies horrida  
Ac necis inest hora,  
Virgo, prece florida  
Pro nobis implora,
39. Ut nuptiis sponsalibus  
Valeamus interesse  
Atque commensalibus  
Asscribi stirpis Iesse.

Orat. ms. Pollingense saec. 15. Clm. Monacen. 11917. — 6, 1 iugiter. — 6, 4 Hic fehlt. — 7, 3 offenbar verderbt; l. tuo, supplica? — 9, 1 noverat. — 12, 4 Deos fehlt. — 14, 1 Porphyrio. — 16, 4 non alitis. — 25, 1 Lies: adfert gladium? — 30, 4 Reddat. — 33, 4 Te in contemplari. — 36, 3 poenam temeri.

#### 144. De sancta Katharina.

1. Katharina, o regina,  
Virgo, martyr diceris,  
Alexandrinalis civis  
Tu regalis crederis,  
Sponsa Christi principalis  
Digne veneraberis.
2. Ab avis et atavis  
Alta stirpe genitis,  
Regali, imperiali  
Dignitate praeditis,  
Rege Costo, Sabinella,  
Orta ab ingenuis.
3. Tu es filia novella,  
Cella eloquentiae,  
Simplex, clara columbella,  
Stella excellentiae,  
Ornans stipem tu agnella,  
Fiscella clementiae.
4. Haec puella septenalis  
Optimi ingenii  
Omnis artis sericalis  
Gradu magisterii  
Fit perfecta curialis  
Ens et magni animi.
5. Est in aula paternali  
Docta liberalibus  
Cum honore virginali  
Cunctis mundi artibus,  
Arte summa magistrali  
Sublimata caelitus.
6. Repertus non est orator  
Huic comparabilis,  
Aut omnis doctrinae lator  
Ei coaequabilis,  
Victus cedit disputator,  
Stat insuperabilis.
7. Intenta sic studiosis  
Fixum tenens animum,  
Occupatum virtuosis,  
Mundum spernit lubricum,  
Fructuose tempus suum  
Expendit ad studium.
8. Nuptui tandem habilis  
Regni a baronibus  
Pulsaris, matre rogaris,  
Intendas sponsalibus,  
Ne regnum pateat patris  
Gladiis hostilibus.

9. **Ab** his semel, bis rogata,  
Ter quatterque, pluries,  
Multorum regum oblata  
Tunc magna congeries,  
A te indigna putata,  
Spreta, ne acciperes.
10. **Respuensque** fidem Christi  
Tumens tunc scientia  
Baptizari noluisti,  
Luctans eloquentia,  
Matris verba neglexisti  
Tunc expedientia.
11. **Eras** tamen nocte una  
Cum matre tu dormiens,  
Admirandam visionem  
Utraque conspiciens,  
Nam beata virgo mater  
Multos sanctos offerens.
12. **Gratosum** inter omnes  
Monet, ut eligeres,  
Omnes a te refutati  
Sunt tamquam degeneres,  
Es a matre increpata,  
Cur ita desiperes?
13. **Iesum** Christum, suum natum,  
Virgo mater obtulit,  
Sponsum verum destinatum  
Ipsum tibi protulit,  
Sed hunc prorsus praesentatum  
Tua mens non respuit.
14. **Nam** allecta ex inspecta  
Eius pulchritudine,  
Vita, moribus, virtute,  
Forma, fortitudine,  
Scientia ac aetate,  
Status magnitudine.
15. **Ad** habendum corde toto  
Hunc et nullum alium,  
Eum cernis celsiorem  
In natis mortalium,  
Matri suadens omni voto,  
Eius quaerat animum.
16. **Generosam** Christi matrem  
Tua mater adiit,  
Natus eius desponsetur  
Suae natae, petiit,  
Christus eam, baptizari  
Nisi vellet, respuit.
17. **Ergo** fide christiana  
Imbui desiderat  
Et a quodam eremita  
Plene docta fuerat,  
Tunc et sacro fonte lota  
Christo sic placuerat.
18. **Novo** annulo arrhata  
Amore tunc arserat  
Et mundanam omnem artem  
Pleno postposuerat,  
Sese ad scripturam sacram  
Animo transtulerat.
19. **Egenis** res temporales  
Erogare coeperat  
Et in regno sui patris  
Vice-domnum linquerat,  
Urbem ad Alexandrinam  
Cum matre perrexerat.
20. **Regni** matris pars haec erat  
Et quieti congrua,  
Sed in brevi est defuncta  
Eius mater credula,  
Hinc clientum turbam magnam  
Rexit Dei famula.
21. **Omnia** honesta, recta  
Coepit tunc disponere,  
Virtuosis, fructuosis  
Ferventer insistere,  
Nec sacrarum scripturarum  
Studium relinquere.
22. **Sed** cum die quadam rite  
Audisset per nuntium,  
Quod in templo idolorum  
Grande sacrificium  
Per pessimum idolatram  
Fieret Maxentium,

23. *Accensa fervore zeli  
Ad tyrannum abiit,  
Inter brutorum caesorum  
Strages illum adiit,  
Absque Ave condecenti  
Vehementer arguit.*
24. *Virgo ait: Tibi Salve  
Congruenter feret,  
Si honestas tui status  
Perfecte cognosceret,  
Ut vel spreta creatura  
Creatorem coleret.*
25. *Ipse solus Deus verus,  
Cui honor, gloria,  
Fide, spe et caritate  
Habitat in anima,  
Dii sunt autem idolorum  
Pessima daemonia,*
26. *Regem regum inhonorant  
Summam per superbiam,  
Homines sic inducentes  
Dei ad iniuriam,  
Ut deceptos et abiectos  
Trahant ad miseriam.*
27. *Generosam imperator  
Puellam respiciens  
Gratiosa eius verba  
Audiuit impatiens  
Et e contra replicavit  
Multa ut insipiens.*
28. *Omni dolo hic versutus  
Plenus fraude simulat,  
Ad regalem secum aulam  
Ire hanc insinuat  
Donis magnis munerandam,  
Si deos non respuat.*
29. *Manet autem virgo sacra  
Arta sub custodia,  
Donec ab extremis terrae  
Viri magna copia,  
Idolorum defensores  
Magna zelotypia*
30. *Advenirent sapientes,  
Famosi scientia,  
Gloriantes ut pomposi  
Omni eloquentia,  
Universosque spernentes  
Stulta extollentia.*
31. *Reducta est ad conflictum  
Docta Christi famula,  
Confitetur verum Deum  
Christum voce sedula,  
Obmutescunt quinquaginta,  
Fiunt corda tremula.*
32. *Tandem credunt et affirmant  
Christum Dei filium,  
Deos falsos detestantur  
Nec timent supplicium;  
Indignatur et minatur  
His hostis incendium.*
33. *Ignis ergo copiosus  
Praeparatur ocius,  
In quem draco furiosus  
Hos mittit velocius,  
Sic cremati, coronati  
Regnant gloriosius.*
34. *Repromittit post haec Caesar  
Virgini magnalia,  
Post reginam ut sit ipsa  
Secunda, non alia,  
Totum regnum gubernare,  
Haec et multa talia.*
35. *Sponsa Christi universa  
Contempsit ut vacua  
Nec curavit de honore,  
Nec de vana statua,  
Sed derisit promittentem  
Atque verba fatua.*
36. *Porro spretus imperator  
Coepit in hanc furere  
Ac ministris statim iubet  
Vestibus exuere,  
Lacerare corpus eius  
Scorpionum verbere.*

37. *Omnia tormenta minans*  
Clausit in ergastulo,  
Ter quaternis hanc diebus  
Absque cibo, poculo  
Cruciandam, macerandam,  
Abit ipse clanculo.
38. *Non remansit locus iste*  
Absque claro lumine  
Neque carens angelorum  
Dulci consolamine,  
Sed refecta caeli cibo  
Est et medicamine.
39. *Sed et a regina visa*  
Est et a Porphyrio,  
Quibus multa de futuro  
Praedixit martyrio,  
Quos instructos Christi fide  
Dimisit cum gaudio.
40. *Ab extremis regionis*  
Caesar tunc revertitur  
Ac pro tribunali sedens,  
Virgo nunc adducitur;  
Pulchriorem ipsam cernens,  
Valde hinc concutitur.
41. *Christi testem tunc inquit,*  
Quid deliberaverit,  
Unum certe e duobus  
Dicat, quod elegerit,  
Tura si non obtulerit,  
Sciat, quod perierit.
42. *Respondens tyranno virgo*  
Voce ait libera:  
Neque verba blanda curo  
Nec tormenta aspera,  
Mori nunc amore Christi  
Res est mihi prospera.
43. *Ipsa leo frendens ore*  
Extra se tunc rapitur,  
Atque horrenda rotarum  
Machina construitur,  
Ut per eam discerpatur,  
Christi martyr ducitur.
44. *Statim autem sic adducta*  
Erectis luminibus  
Deum orat, destruat  
Supernis fulminibus,  
Nullam tamen laesionem  
Agat in hominibus.
45. *Tunc virtute vehementi*  
Machina dissolvitur  
Et confracta super gentes  
Impetu dispergitur,  
Turba quadriges millena  
Hominum occiditur.
46. *Ista videns imperatrix*  
Prosilit in medium  
Reprobando sui viri  
Impium iudicium,  
Cernens hanc fidelem factam,  
Damnat ad supplicium.
47. *Gladia percussa ergo*  
Migravit ad Dominum,  
Tumulata cum honore  
Fuit per Porphyrium,  
De quo facto diffamatus  
Se dat ad martyrium.
48. *Laetus hic electus miles,*  
Prudens, dives, strenuus,  
Inter milites ducentos  
Primus et praecipuus,  
Coram rege profitetur,  
Quod sit Christi famulus.
49. *Omnes tunc commilitones*  
Ad fidem converterat,  
Quibus et aeterna regna  
Consequi promiserat,  
Hos hinc omnes Caesar simul  
Gladiari iusserat.
50. *Rursus infernalis leo*  
Virginem interrogat,  
Haec constanter ante dictam  
Vocem veram iterat,  
In eam tunc mortis legem  
Imperator fulminat.



51. *Ista sic damnata morti  
Extra urbem ducitur,  
Turba magna mulierum  
Ei tunc compatitur,  
Haec earum vanos fletus  
Prohibere nititur.*
52. *Orandi tunc petit dari  
Virgo sibi spatium  
Oculisque elevatis  
Orat patrem luminum,  
Gratias devote agens  
Clamat sic ad Dominum:*
53. *Salus, honor, gloria sit  
Tibi, o altissime,  
Quod me ad agonis finem  
Ducis dignatissime,  
Corpus tibi spiritumque  
Reddo fidentissime.*
54. *Ad choreas virginales,  
Da, ut iam perveniam,  
Mala, rosas triumphales  
Tibi, Christe, colligam,  
Aspectus tuos solares  
Nunc et semper videam.*
55. *Oro, Deus, corde toto  
Pro me diligentibus,  
Passionem pleno voto  
Meam recolentibus  
Atque spiritu devoto  
Mihî congaudentibus,*
56. *Rogo, Christe Iesu bone,  
Pro tua clementia,  
Quisquis suo in agone  
Sua indigentia  
Mea orat passione,  
Defer indulgentiam.*
57. *A fame, infirmitate,  
Ab omni molestia,  
A clade, necessitate,  
Ab omni angustia  
Liber sit et sanctitate  
Conscendat caelestia.*
58. *Dum haec verba Christimartyr  
Pia mente dixerat,  
De sublimi nube caeli  
Vox ad eam venerat:  
Veni nunc, electa mea,  
Te caelum desiderat;*
59. *Omnes sancti, sponsa mea,  
Chorusque virgineus  
Te expectant in chorea  
Cantantes serenius,  
Rubra stola ac nivea  
Ornent te amoenius.*
60. *Mentibus illi cernuis  
Qui te invocaverint,  
Passionem quoque tuam  
Hic qui celebraverint,  
Sciant, quod optata vota  
Per te reportaverint.*
61. *In hac voce consolata  
Virgo martyr plurimum,  
Collum lacteum sub spata  
Tendens orat Dominum;  
Sic regina decollata  
Consummat martyrium.*
62. *Nam statim de gleba sacra  
Lac fluxit pro sanguine,  
Sicca terra sic rigata  
Fit fecunda germine,  
Fructum ferens non arata  
Multa plenitudine.*
63. *Virtus adest supernalis  
Magna multitudine,  
Caput, massa virginalis  
Transfertur cum lumine,  
Pape, montis caelicalis  
Sepelitur culmine.*
64. *Monumentum virgineum  
Angelorum opere  
Factum exstat marmoreum,  
Et de sancto corpore  
Morbi sanat aculeum  
Fluens sacrum oleum.*

65. Porro sacro hoc unguento  
Fiunt laudabilia,  
Membra hoc medicamento  
Sanantur debilia,  
Fidei ex fundamento  
Fiunt mirabilia.
66. Rursus passa est beata  
Anno tricesimo  
Sexto Christum imitata  
Menseque Novembrio,  
Cum quo regnat elevata  
In sublimi solio.
67. Omnem artem doctrinalem  
Virgo ista obtinet,  
Vitam sapientialem  
Haec in summo continet  
Gloriamque clericalem  
Nunc in caelo possidet.
68. Nam haec virgo gratiosa  
Multa privilegia  
In se tenet speciosa,  
Sanctis singularia,  
Ipsi tamen gloriosa  
Sunt et generalia.
69. O beata Katharina,  
Dei patris natula,  
O amabilis regina,  
Nati Dei sponsula,  
O columba amantina,  
Spiritus tu cellula.
70. Bene Christus te dotavit,  
Qui fructu centesimo  
Te bis terque exaltavit,  
Throno praeclarissimo  
Coronatam sublimavit  
Statu beatissimo.
71. In hoc facto fine tracto,  
Virgo amantissima,  
Dei ad laudem peracto  
Peto te, sanctissima,  
Vase luteo confracto  
Duc me ad laetissima.
72. Sit beatæ Trinitati  
Decus, salus, gloria,  
Simplae sit et unitati  
Honor, hymnus, latria,  
Sit aeternae Deitatis  
Amor, laus in patria.

Cod. S. Petri Salisburgen. b VIII 1 saec. 15. A. — Cod. S. Petri Salisburgen. a VI 35 saec. 15. B. — *Legenda S. Katharinae imp. Argentinae* 1499. C. — 2, 1 et ab aviis C. — 5, 5 Arce C. — 14, 3 virtutibus C. — 17, 5 fonte sacro C. — 32, 6 hostium A. — 35, 4 una statua A. — 60, 2 te nominaverint A. — 57, 5 celicalem C. — 71, 1 finem BC. — Akrostich: „Katherina, regina, generosa virgo martyr, sponsa Christi generosa, ora Dominum pro nobis.“ — Aus C bei Schade, *Geistl. Gedichte von Niederrhein*, S. 118 ff.

#### 145. De sancta Katharina.

1. Sertum tibi plectitur,  
Auri filo nequitur,  
Flore fronde comitur,  
Prona mente promitur  
Tuae laudi consonum.
2. Ave, virgo Katharina,  
Te dotavit vis divina  
Singulari formae dono,  
Grandi castitatis bono,  
Te candens decet lilium.
3. Non est in te macula,  
Nec sunt in illo iacula  
Coloris sorditati,  
Hoc ergo sertum vividum  
Exornet album lilium  
Candoris non foedati.
4. Cerne, virgo, quid adpono,  
Tuae sanctitatis dono  
Hoc debetur, ut adverto,  
Unde tali iungo serto  
Nobile solsequium.

- |   |  |
|---|--|
| <p>5. Tu verum solem es secuta<br/>Et a mundi labe tuta,<br/>Sic flos ille tenet metam<br/>Solis semper ad dietam,<br/>Hocphoebo dansobsequium.</p>               | <p>13. I . . . . .<br/>. . . . .<br/>. . . . .<br/>. . . . .<br/>. . . . .</p>   |
| <p>6. Addo plantas floribus,<br/>Gratis cum odoribus<br/>Hysopum inflecto,<br/>Te virens decet hysopus,<br/>Quam bonae famae titulus<br/>Odore pavit recto.</p>   | <p>14. N . . . . .<br/>. . . . .<br/>. . . . .<br/>. . . . .<br/>. . . . .</p>   |
| <p>7. Katharina gloriosa,<br/>Dispensatrix operosa,<br/>Quinquagenos oratores<br/>Tu vicisti, quos honores,<br/>Laurus decet inclita.</p>                         | <p>15. A . . . . .<br/>. . . . .<br/>. . . . .<br/>. . . . .<br/>. . . . .</p>   |
| <p>8. Argumentis quos vicisti,<br/>Hos ad Christum convertisti,<br/>Gaude semper et laetare,<br/>Infideles quae beare<br/>Virtute nosti caelica.</p>              | <p>16. Sambucinos virginali<br/>Flores addimus crinali,<br/>Hic in petris saepe crescit<br/>Atque terrae pastum nescit<br/>In fundo virens arido.</p>                            |
| <p>9. Tanta sapientiae<br/>Victricique scientiae<br/>Est gloria promissa;<br/>Hinc est, quod sero florido,<br/>Nunquam futuro torrido<br/>Laurus est immissa.</p> | <p>17. Uirgo, gaude, carceraris,<br/>Pastu humano privaris,<br/>Duodenisque diebus<br/>Nullus tibi fulsit phoebus<br/>Duro sub ergastulo.</p>                                    |
| <p>10. His almis, virgo, floribus<br/>Tam magnisque decoribus<br/>Flos agri mitis iungitur,<br/>Humilitas exprimitur,<br/>Tantae decus gratiae.</p>               | <p>18. Sed non sic, virgo, vinceris,<br/>Affatu Christi frueris,<br/>Qui te confortavit,<br/>Qui te constantem reddidit,<br/>In atro lucem edidit,<br/>Te dulci verbo pavit.</p> |
| <p>11. Ex claris tu parentibus<br/>Divitiis decentibus<br/>Prolata nihil extimas<br/>Vanas gazae copias,<br/>Summae nitens gloriae.</p>                           | <p>19. C . . . . .<br/>. . . . .<br/>. . . . .<br/>. . . . .<br/>. . . . .</p>   |
| <p>12. Regis dona renuis<br/>Mundique bona fragilis<br/>Prae Christi caritate,<br/>Hinc agri flos humilis<br/>Adponitur prae caeteris<br/>Spreta vanitate.</p>    | <p>20. Indo, virgo, violam,<br/>Tuae laudis servulam,<br/>Hanc viator saepe legit,<br/>Remoratur, dum hanc fregit,<br/>Curas linquens arduas.</p>                                |

21. P . . . . .  
. . . . .  
. . . . .  
. . . . .  
. . . . .  
. . . . .  
. . . . .  
. . . . .  
. . . . .  
. . . . .

22. Ecce, rutam nunc adfingo,  
Quam ad praesens sertum  
cingo,  
Ruta genus viperinum  
Fugat atque serpentinum  
Velut pulsum turbini.

23. Hoc te signat, quod mansisti  
Ope custodita Christi  
Tunc, poenalis quando rota  
Fuit a te versa tota  
Gentili nocens agmini.

24. O . . . . .  
. . . . .  
. . . . .  
. . . . .  
. . . . .  
. . . . .  
. . . . .  
. . . . .  
. . . . .  
. . . . .

25. Componuntur sertu rosae,  
Quae designant pretiosae  
Tuae mortis gloriosae  
Memoranti gratiose  
Felix hoc mysterium.

26. Cruorem notat rubicunda,  
Alba rosa laetabunda  
Lac post ensem fusum notat,  
Hac te dote Christus dotat  
Pudoris ad indicium.

27. Recte gaudes bravio  
Munerata caelico  
Martyrio completo,  
Rosarum nunc fasciculus  
Sit nostri serti titulus  
Decore multum laeto.

28. I . . . . .  
. . . . .  
. . . . .  
. . . . .  
. . . . .  
. . . . .  
. . . . .  
. . . . .  
. . . . .  
. . . . .

29. Necto folia cedrina,  
Per haec patet vis divina,  
Qua tuum corpus, Katharina,  
Collocatur monte Sina  
Superna per obsequia.

30. Alta cedrus dicitur  
Et ob hoc inicitur  
Virginali sertu,  
Nam ad montem tollitur,  
Ab angelis conducitur  
Iussu Dei certo.

31. Laetare semper et gaude,  
Virgo felix, digna laude,  
Pace fruens sempiterna,  
Vita semper et aeterna  
Iuncta Dei filio.

32. Et in terris honoraris  
Miris satis atque raris  
Dei donis fecundaris,  
Illic gaudes et laetaris  
In virginum consortio.

33. A liquore fluido,  
Qui corpore virgineo  
Modo manat miro,  
Aeternam pacem denotans  
Oliva praestat remicans  
In tui serti gyro.

34. Mille modi flosculorum  
Denotantes gaudiorum  
Tuorum multiformitatem  
Aeternamque felicitatem  
Iunguntur huic circulo.

35. Ergo, virgo, iam complexum  
Et devota mente nexum  
Sertum non materiale,  
Sed ex animo mentale,  
Pia, clemens, suscipe.

36. Nostras preces accipe,  
Affectum mentis recipe  
Pro plena factione,  
Te diligentes dilige,  
Conforta, iuva, dirige  
Mortis in agone.

Cod. S. Petri Salisburgen. b II 38. saec. 15. — 1, 2 Quos auri. — 17, 2 tu privaris. — 20, 1 Inde. — 20, 2 laudi. — Aufschrift: Sertum seu crinale beatae Katherinae, virginis et martyris almae; Akrostich: Sancta Katherina, suscipe hoc crinale. Amen. Dasselbe zeigt die Lücken des Textes an. — Je 3 Strophen gehören metrisch zusammen; jede dritte ist eine Art Abgesang.

#### 146. De sancto Laurentio.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Sublimato laureato<br/>Laus sit nunc Laurentio,<br/>Hoste strato qui stellato<br/>Caeli gaudet solio.</p> <p>2. Blandimentis vel tormentis<br/>Nec cedit hic Decio,<br/>Nec plumbatis caesus cratis<br/>Uritur incendio.</p> | <p>3. O miranda, praedicanda<br/>Caecorum sanatio,<br/>Quos per crucis signum lucis<br/>Insignivit radio.</p> <p>4. Martyr pie, me Mariae<br/>Commendato filio,<br/>Prece fusa me excusa<br/>Quem accusat actio.</p> |
|--|--|

Cod. Londinen. Arundel 201. saec. 13. — 1, 2 Laudibus Laurentio.

#### 147. De sancto Laurentio.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. O Laurenti, martyr Christi,<br/>Tu sitisti, occurristi<br/>Et bibisti, ut cupisti,<br/>Dirum haustum, holocaustum<br/>Factus totus, sic fis notus<br/>Toti mundo, cum iucundo<br/>Praeconio laudabilis.<br/>Sixtus dixit ut propheta:<br/>Tibi restat maior meta<br/>Pugnae gloriosioris,<br/>Quod est viri fortioris;<br/>Fili mere, noli flere,<br/>Ecce, vere me sequere<br/>Post triduum spectabilis.</p> <p>2. Prudens dator thesaurorum,<br/>Quaeris turbas egenorum,<br/>Lavas pedes osculando,<br/>Ore blando consolando<br/>Caecisque per signum crucis<br/>Pie reddis visum lucis,<br/>Post tractus ad certamina.</p> | <p>Quo saeve interrogaris,<br/>[Fustigaris, laniaris,]<br/>Cruentaris cum plumbatis<br/>Laminisque inflammatis<br/>Tuis costis applicatis,<br/>Tandem perfers dirae cratis<br/>Super ignem examina.</p> <p>3. Heu, heu, vivus ubi discis,<br/>Quomodo necatus piscis<br/>Perassatur, denigratur,<br/>Perforatur, eliquatur<br/>Per nimis ardentibus stillas,<br/>Quae urunt tangentes illas,<br/>Et cuncta laete pateris.<br/>Ais namque sensu sano<br/>Ipsis, Decio profano,<br/>Iudici Valeriano<br/>Coetuique horum vano,<br/>Ut gyrarent et vorarent,<br/>Ventres suos satiarent<br/>Ex parte cocti lateris.</p> |
|---|--|

4. O Laurenti te colenti,  
Servienti, nunc consenti,  
Fac sic mecum, ut cor tecum  
Illustretur, speculetur  
Solum meum verum Deum  
Fide pura sine cura  
De istis mundialibus.
- Martyr bone, mi patrone,  
Tua cratis ardens satis  
Me defendat et accendat  
Dei igne tam benigne,  
Ut devictis flammis fictis  
Sim immunis sic a prunis  
Tremendis gehennalibus.
5. Et duc me post vitae cursum  
Ante vultum Dei sursum,  
Quo tecum per iubilamen  
Deum laudem semper. Amen.

Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. — 2, 13 praefers. — 4, 5 Solum verum meum. — Aus anderer Quelle und ohne den Schluss Anal. XXIX, Nr. 299.

#### 148. De sancto Leonhardo.

Salve, pater pietatis,  
Leonharde, desolatis  
Singulis refugium,  
Febre, morbo fatigatis  
Et in partu cruciatis  
Celere praesidium,  
Vinctis et incarceratis,  
Mente rapta consternatis  
Singularare gaudium.  
Tu, qui tot iam caritatis  
Servis confers dona gratis,  
Sis nobis solacium  
Deprecando pro peccatis,  
Ut ad sanctae trinitatis  
Ducamur palatium.

Orat. ms. saec. 15. Cod. Londinen. Harl. 211.

#### 149. De s. Ludovico Alamando.

1. Urbs gratulare nobilis  
Arelatensis, praesulis  
Tui nova laetitia,  
Decorata miraculis,  
Gloriosis indiciis  
Innumeris, prece pia,  
Cardinalis prosapia  
Alamandi Ludovici  
Insignis et militia  
Paradisi magnifici.
2. Arelatis villa, gaude,  
Quae diceris digna laude,  
Cum paris reformatorem  
Sanctae matris ecclesiae,  
Unionis pacificae  
Possides et amatorem,  
Quantam poenam et dolorem  
Pro dictae pacis foedere  
Sustinuit et laborem,  
Nemo posset exprimere.

3. Hic laborans in extremis  
Sacramentum unctionis  
Sibi dari complacuit,  
Minorum ac in ordinis  
Conventu castris Salamis  
Felix eius finis fuit,  
Cito corpus ut decuit  
Translatum in Arelate  
A clero plebeque fuit  
Susceptum honorifice.
4. Non pompose tumulatum,  
Sed simpliciter positum  
Altaris dextro latere,  
Trophimi sancti meritum  
Tale quod sit depositum  
Credo per regem gloriae,  
Qui dat suis sic vivere,  
Quod post eorum funera  
Caeli fruuntur lumine  
Plebique dant subsidia.
5. Anno dicto iubiliae  
Migravit de hoc saeculo  
In die quartae feriae  
Septembris decimo sexto,  
Certum de hoc me teneo,  
Quod sit bonae memoriae.  
O quantum admirabile  
Narrare sit miracula,  
Quae fiunt in Arelate  
Per ipsius suffragia.
6. O quanto tripudio  
Talis vir in saeculo  
Debet venerari,  
Qui regis palatio  
Caelorum solacio  
Fruitur perenni.  
Ut laete sociari  
Secum sine termino  
Possimus ac laetari,  
Fundat preces Domino.

Cod. Palat. Vindobonen. 3520. saec. 15. — „Prosa de beato Ludovico Alamandi, Cardinali Arelatensi“ († 1426); folgen prosaische Antiphonen und Orationen.

150. De s. Ludovico Alamando.

1. Gaude, praesul sanctitatis,  
Inclite Ludovice,  
Insignisque civitatis  
Arelatis nomine  
Cardinalis, deitatis  
Praesignite munere.
2. Gaude, pater, caritatis  
Fulgens amplitudine  
Virtutumque claritatis  
Praepollens mirifice,  
Donis quippe comprobatis  
Praestante tunc numine.
3. Gaude, doctor veritatis,  
Canonicae sophiae  
Atque splendor castitatis,  
Zelator iustitiae,  
Gemma nostra clericalis  
Factus es dignissime.
4. Gaude, quia lux solaris  
Te perfudit gloriae,  
Ab omnibus veneraris  
Miraculorum ordine,  
Nunc in caelis collocaris  
Cum sanctorum agmine.
5. Gaude, stella salutaris,  
Lumen fundens gratiae,  
Portus viae tutus maris  
Praedicaris benigne,  
Sic pro nobis deprecaris  
Iesum, natum Mariae.

Clm. Monacen. 4423 anni 1481. A. — Cod. Palat. Vindobonen. 3520. saec. 15. B. — 2, 4 Praepollenti AB. — 2, 6 nemine A, neupmine B.

151. De sancta Margareta.

1. Ave, virgo gloriosa,  
Ave, rosa [speciosa],  
Margareta nobilis,  
Ave, plena caritate,  
Ave, pollens castitate,  
Columna immobilis.
2. Ave, sponsa salvatoris,  
Ave, puteus pudoris  
Magnus altitudine,  
Ave, splendens margarita,  
Ave, pia, redimita  
Mira pulchritudine.
3. Ave, martyr Christi grata,  
Ave, summi Dei nata,  
Regale palatium,  
Ave, virgo Deo grata,  
Ave, Christi advocata,  
Ora patrem omnium.
4. Cum sis virgo laude digna,  
Pia martyr et benigna,  
Os meum non sufficit  
[Tuas laudes] enarrare  
Nec dolores explicare,  
Quos tibi tortor intulit.
5. Tamen memor dulci prece,  
Quam tu in instanti nece  
Feceris ad Dominum,  
Ut, qui tuae passionis  
Memor esset et doloris,  
Sentiret auxilium;
6. Hinc ego te defleo  
Suspensam in eculeo,  
Percussam virgis acriter,  
A quo caesam deponentes  
Carceri te recludentes,  
Ibi visibiliter
7. Hostis nequam apparebat,  
Devorare te volebat,  
Sed crucis auxilio  
Suas minas evasisti,  
Cuius caput contrivisti  
Dante Dei filio.
8. Carceri demum emissa,  
Vasi aquae es immissa  
Colligatis manibus,  
In quo Deus te servavit  
Et illaesam praesentavit  
Tuis tribunalibus.
9. Sed praefecto hoc vidente  
Visus est stridere [dente]  
In te claram genere,  
Decollari te praecepit,  
Animam tuam suscepit  
Angelus in aethere.
10. Quare tuum venerandum  
Nomen atque adorandum  
Rogito summopere,  
Quatenus me, virgo pura,  
Liberes ab omni cura  
Et a cuncto scelere.
11. Ac in mea mortis hora  
Assis mihi sine mora  
Nec me sinas laedere  
Potestates damnatorum,  
Sed in locum beatorum  
Me colloca propere.

Orat. ms. Scotorum Vindobonen. 52 d 11. saec. 15. — 8, 2 Vasi autem es. — 10, 3 Rogito meo in opere. — 11, 6 collocare. — Die Hs. ist unrichtig eingebunden und so die Folge der Blätter gestört. — Bei Mone (III, Nr. 1049) aus einer Karlsruher Hs. — Vgl. unten Nr. 155.



152. De sancta Margareta.

1. Gaude, felix Margarita,  
Quod ab aevo sis praescita,  
Ut in terris stares ita,  
Quod aeterna tibi vita  
Praeparatur iugiter.  
Gaude, quae per crucis signum  
Hostem vincis praemalignum,  
Ex cuius fauce resilisti,  
Nil doloris tunc sensisti,  
Sed triumphans fortiter.
2. Gaude, quia superasti  
Mox secundum, quem calcasti  
Pede gravi, quod clamavit,  
Tibi, pia, revelavit  
Secreta, quae nesciveras.  
Gaude, virgo, et memento,  
Quod tibi datur sub stramento  
Olybrii caput, qui tormento  
Te necavit trunculento,  
Quod totum tu contriveras.
3. Gaude, gemma pretiosa,  
Margareta generosa,  
Quae per tormenta dolorosa  
Rubricata stas ut rosa  
Tis sponsi coram facie.  
Qui caeli te perfudit rore,  
Dulci confortavit ore,  
Suam sponsam miro more,  
Quae stetisti in decore  
Non apparente macie.
4. Gaude, tibi pollicetur,  
Qui te in terris veneretur,  
Quod mala morte non laedetur,  
Nisi prius procuretur  
Viatico salvifico.  
Ore fulgens Margarita,  
Hanc ad cenam nos invita,  
Peremptorie nos cita,  
Post te curramus via trita  
Conductu deifico.
5. Succurre cunctis tu oppressis  
Paupertate, cum dives sis,  
Quae recusare quidquam nescis  
Et ditare homines scis  
Providens necessaria.  
Da, ut tibi correptemur,  
Creatori laudes demus,  
Qui sua carne nos cibavit  
Pro nobis cunctaque creavit,  
Caelum, terra, maria.
6. Ductrix gregis tu fuisti,  
Cum nutrici oboedisti  
Humiliter oves minando  
Et per prata spatando  
Floresque colligere,  
Forte tibi plectens sertum,  
Contemplando sponsum certum,  
Quem toti mundo praepones  
Et pura mente disponebas  
Hunc solum diligere.
7. Ad sponsi ruis tis amplexum,  
Qui tibi per amoris nexum  
Coniunctus erat hic in terris,  
A quo virgo nunc transferris  
Laetanter super sidera.  
Mei per hoc tu memento,  
Ut cibatus sacramento  
Nullo crimine retento  
Post te vadam passu lento  
Ad aeterna gaudia.

153. De sancta Margareta.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. O Margarita splendida,<br/>Quae castitatis gratia<br/>Pertulisti immania<br/>In corpore supplicia.</p>            | <p>10. Stans in mortis articulo<br/>Preces fundens altissimo,<br/>Ut tuae mortis memores<br/>Vitae fiant participes,</p> |
| <p>2. Audi preces cum lacrimis,<br/>Terge sordes libidinis,<br/>Tuis me mundans meritis<br/>Cunctis ab immunditiis.</p> | <p>11. Exaudita a Domino<br/>Cervicem subdit gladio,<br/>Sed consummans martyrrium<br/>Percussor reddit spiritum.</p>    |
| <p>3. O decus Antiochiae,<br/>Paganorum progenie<br/>Ortus de spinis roseus<br/>Flos, prae cunctis pulcherrimus.</p>    | <p>12. Membra ruunt virginea,<br/>Felix recedit anima,<br/>Velut columba candida<br/>Regna petens caelestia.</p>         |
| <p>4. Te ad incestum flectere<br/>Verbis nequit nec verbere,<br/>Dum carnem cruciatibus<br/>Dilacerat Olybrius.</p>     | <p>13. O virgo memorabilis,<br/>Sis mihi exorabilis,<br/>Omne malum removens,<br/>Bona cuncta tribuens.</p>              |
| <p>5. Te orante in carcere<br/>Draconis in effigie<br/>Auctor adit libidinis<br/>Tuis se monstrans meritis.</p>         | <p>14. O viva Christi hostia,<br/>Margareta sanctissima,<br/>Tua sit mihi passio<br/>Peccatorum remissio.</p>            |
| <p>6. Ungularum et omnia<br/>Poenarum vincis genera<br/>Mox extinctis lampadibus<br/>Per rorem sancti spiritus.</p>     | <p>15. Tua meae dilectio<br/>Sit animae refectio<br/>Iugis commemoratio<br/>Sit mentis reparatio.</p>                    |
| <p>7. Aquae poenalis dolium<br/>Baptismi facis lavacrum<br/>Fusa prece ad Dominum,<br/>Qui solamen est tristium.</p>    | <p>16. O virgo, sole pulchrior<br/>Et omni melle dulcior,<br/>Fac, ut tua memoria<br/>Sit mihi perpes gloria.</p>        |
| <p>8. Terra tremuit subito<br/>Tuo stupens martyrio,<br/>Columba caput caelica<br/>Corona cingit aurea.</p>             | <p>17. Quae perpetravi scelera<br/>Et mala, sunt innumera,<br/>Ab eorum me sarcina<br/>Tua prece exonera,</p>            |
| <p>9. Paganorum plebs maxima<br/>Dei cernens magnalia<br/>Vana sprevit idola<br/>Et credunt quinque milia.</p>          | <p>18. Ut post hoc triste saeculum<br/>Insertus choro virginum<br/>Per tua sancta merita<br/>Vita fruar perpetua.</p>    |

154. De sancta Margareta.

1. Theodosii filia,  
Virgo fragrans ut lilia,  
Beata Margareta,  
Sana sumens consilia,  
Christi servans eloquia,  
Spiramine repleta.
2. Gentilium de semine  
Hanc inflammante flamine  
Puella baptizatur,  
Quae vincit cum certamine  
Olybrium, iuvamine  
Christi fide firmatur.
3. Haec nutrici serviebat  
Oves suas et pascibat  
Virgo cum virginibus,  
Quam formosam ut videbat,  
In amorem mox ardebat  
Infelix Olybrius.
4. Ad praefectum accersitur  
Et de fide convenitur  
Haec fide galeata,  
Sed non cedit blandimentis  
Emollitur aut tormentis  
Christi cruce signata.
5. Virgo sudat in agone  
Spe mercedis et coronae  
Ad mortem oboediens,  
Morte Christum imitata,  
Fide firma roborata,  
Firmo gressu gradiens.
6. Puella comprehenditur,  
In carcere recluditur  
Non devicta precibus,  
Flagitiis consumitur,  
Virago cuncta patitur  
Non cedens tortoribus.
7. Suppliciiis conteritur,  
Diris poenis affligitur  
Columba nobilis,  
Sed stabilis efficitur  
Et angelo reficitur  
Turris in vinculis.
8. De carcere extrahitur,  
De novo crucifigitur,  
Ut aqua de rivulis,  
Caeditur et recaeditur,  
Eculeo suspenditur,  
Manat rivus sanguinis.
9. O inaudita scelera,  
Saeva poena mortifera,  
Iudex detestabilis  
Comburi iussit latera  
Sanctae puellae tenera,  
Serpens perterribilis.
10. O quam tristis, dolorosa  
Stabat plebs et lacrimosa  
Virgini compatiens,  
Non devicta, gaudiosa  
Stabat virgo virtuosa  
Tot tormenta sustinens.
11. O res mira, quae est ista  
Pugnans vincens agonista,  
Pugillans viriliter?  
Magni regis est legista  
Stans pro fide decretista  
Allegans subtiliter.
12. Haec draconem superavit  
Saevum hostem et prostravit  
Trusa in ergastulo,  
Daemon victus ululavit,  
Pede dextro quem calcavit  
Crucis cum signaculo.
13. Tunc ense quinque milia  
Cadunt, sed per auxilia  
Liliosae virginis  
Laeti fulgent cum gloria  
In paradisi curia  
Fonte loti sanguinis.
14. Haec de novo praesentatur  
Ad tyrannum, quam hortatur  
Adorare idola,  
Sed reluctans cruciatur,  
Saevis poenis cruciatur  
Invicta christicola.

- |  |   |
|--|---|
| <p>15. Denudatur, flagellatur,<br/>Dulce corpus verberatur<br/>Virgis, scorpionibus,<br/>Ad os caro concrematur,<br/>Trucidatur, laniatur<br/>Ferreis pectinibus.</p> <p>16. Post in vase collocatur<br/>Aqua pleno et ligatur,<br/>Sed terra concutitur,<br/>Et tyrannus superatur,<br/>Virgo Christi confortatur,<br/>Illaesam egreditur.</p> <p>17. Virgo Christi collaetatur,<br/>Quod tyrannus expugnatur,<br/>Gaudet victoriosa,<br/>Ad certamen animatur<br/>Et vincendo gratulatur<br/>Puella gratiosa.</p> <p>18. Sicut aurum repurgatur<br/>In fornace, sic probatur<br/>Haec virgo gloriosa,<br/>Multis poenis haec vexatur,<br/>Nunquam tamen violatur<br/>Certatrix generosa.</p> | <p>19. Pharaonis induratur<br/>Cor ferocis, inflammatur<br/>Furoris incendio,<br/>Et lictorem exhortatur,<br/>Ut puella moriatur<br/>Peracuto gladio.</p> <p>20. A lictore postulatur<br/>Et pro suis deprecatur<br/>Haec orandi spatium,<br/>Mox de caelis revelatur:<br/>Quod petisti, impetratur.<br/>Vadit ad supplicium.</p> <p>21. Furor ingens debacchatur,<br/>Euse caput amputatur<br/>Gloriosae virginis,<br/>Paradiso collocatur<br/>Et pro nobis deprecatur<br/>Regem summi numinis.</p> <p>22. Virgo martyr, tuam genti<br/>Passionem recolenti<br/>Desuper irradiat,<br/>Impetrata da petenti,<br/>Partum laetum parienti<br/>Dona prece praevia.</p> <p>23. Qui pendes ab ubere<br/>Virginis puerperae,<br/>Margaretae precibus<br/>Miseris compatere,<br/>Fac nos tecum vivere,<br/>Iesu, in caelestibus.</p> |
|--|---|

Clm. Monacen. (ol. Emmeramen.) 14343. anni 1351. — 8, 3 ist dem Sinne nach mit 8, 6 zu verbinden.

### 155. De sancta Margareta.

- |  |   |
|--|---|
| <p>Ave, virgo nobilis,<br/>Gloriosa Margareta,<br/>Quae divinae subolis<br/>Amore repleta</p> <p>5. Mundum istum respuisti<br/>Et tormenta pertulisti<br/>Multa, magna atque mira,<br/>Quae tibi iniqui iudicis ira<br/>Saeviendo intulit,</p> <p>10. Quae, si non, ut sufficit,</p> | <p>Valeo edicere,<br/>Tamen memor tua dulci prece,<br/>Quam tu instanti nece<br/>Fecisti ad Dominum,</p> <p>15. Ut tuae passionis memores<br/>Sentirent auxilium,<br/>Ego te defleo<br/>Suspensam in eculeo,<br/>Percussam virgis acriter</p> <p>20. Et depositam eculeo,</p> |
|--|---|

- |  |  |
|--|--|
| <p>Carceri inclusam immaniter,<br/>Ubi visibiliter<br/>Hostis nequam apparebat,<br/>Qui devorare te volebat,<br/>25. Sed crucis signaculo<br/>Minas eius evasisti<br/>Atque caput contrivisti.<br/>Deinde carcere dimissa<br/>Inferventem aquam esimmissa<br/>30. Et ardorem non sensisti<br/>Per virtutem Iesu Christi.<br/>Sed praefecto haec vidente<br/>Visus est stridere dente<br/>In te claram genere;<br/>35. Decollari te praecepit,<br/>Animam tuam suscepit<br/>Angelus in aethere.</p> | <p>Ergo tuum venerandum<br/>Nomen atque adorandum<br/>40. Recolens et passionem<br/>Tibi, sancta virgo, supplico,<br/>Ut in omni meo opere<br/>Me serves ab omni scelere<br/>Ac in mea mortis hora<br/>45. Assis mihi sine mora<br/>Nec me sinas laedere<br/>Potestates daemonum<br/>Vel eorum versutiam,<br/>Sed emissam animam<br/>50. In tuam tutelam<br/>Digneris recipere<br/>Et illuc deducere,<br/>Ubi tecum gaudere<br/>Valeat perenniter.</p> |
|--|--|

Cod. S. Petri Salisburgen. a VI 35. saec. 15. — Zu Vers 12 ff. vgl. Nr. 151, Str. 5 ff.

156. De s. Maria Magdalena.

- Salve, Magdalena mundo veneranda Maria,  
Quam Deus ex imo duxit ad alta poli.  
Porta salutis, ave, via vitae, spes miserorum,  
Felix peccatrix, hospita digna Deo,  
5. Semita iustitiae, pia consolatio lapsis,  
Exemplum veniae, lux imitanda reis.  
Quae dum maesta pedes Iesu lacrimando lavares,  
Mox animae maculas diluit ipse tuae.  
Unguentum capiti devota mente dedisti,  
10. Unde repletur adhuc mundus odore bono.  
Ore, manu, lacrimis, unguento, mente, capillis  
Dans holocausta Deo victima tota manes.  
Unde resurgentem meruisti prima videre  
Christum, discipulis gaudia certa ferens.  
15. Qui te pro meritis hodie super astra locavit,  
Hic nobis tecum vivere praestet. Amen.

Cod. Guelfenbyteran. Helmst. 1392. saec. 15.

157. De s. Maria Magdalena.

- |  |   |
|--|---|
| <p>Salve, dulcis Magdalena,<br/>Praenobilis et serena,<br/>Quae amore Iesu Christi<br/>Peccati sordes horruisti,<br/>5. Devota rigans lacrima<br/>Ipsius sancta vestigia</p> | <p>In Pharisaei convivio,<br/>Dolore repleta nimio.<br/>Ob hoc meruisti audire<br/>10. Verbum pietatis mirae:<br/>Dimissa tibi sunt peccata.<br/>Exhinc tota inflammata</p> |
|--|---|

- Nunquam redis ad peccata,  
Sed virtute cummulata
15. Manes semper copulata  
Christo tuo Domino  
Tam in vita quam in morte.  
In sanctarum mulierum sorte  
Salvatoris passioni
20. Toti eius et agoni  
Interesse meruisti  
Et dilectum aspexisti  
Virgis caedi, palmis trudi,  
Probris, sputis et illudi,
25. Cum iniquis deputari  
Atque spinis coronari,  
Cruci tandem conclavari  
Atque morte confirmari.  
Unde vehementer saevit
30. Dolor atque planctus crevit,  
Lactu crucis occupari  
Da cor meum salutari  
Una matre cum beata,  
Nati morte sauciata.
35. O Magdalena inclita,  
Dehinc mane tu venisti,  
Salutare corpus Christi  
Ut unguentis perlustrares  
Tumbae maerens et astares.
40. Saevae mortis tunc victorem  
Verae vitae et auctorem  
Prae cunctis prima aspexisti,  
Vitam pandens turbae tristi  
Mane prima sabbathi.
45. Post hoc caelos ascendentem  
Patrisque dexteram petentem  
Regem immortalitatis  
Cernis oculis beatis.  
Angelorum cum regina,
50. Multa turba cum divina  
Redis in cenaculum
- Expectans miraculum  
Doni sancti spiritus,  
Quem misit pater et filius
55. In unionem congregatis.  
Mens devota tua tota  
Dum caret praesentia,  
Cuius beneficia  
Cum recolebas sedule,
60. Tempus ducebas flebile  
Et suspirans post dilectum  
Mundum spernis et supernis  
Fruearis decentius.  
Carnem annis tu ter denis
65. Fame, siti atque poenis  
Dum affligis incessanter,  
Per contiones tunc laetanter  
Septenis horis elevaris,  
Pura mente satiaris
70. Visione deifica.  
Post hoc caelum dum ascendis  
Et ad terram sanctam scandis,  
Psallit chorus angelorum,  
Gaudet turba beatorum,
75. A dilecto salutaris,  
Sibi quoque copularis  
Per amplexum caritatis  
Sociarisque beatis  
Angelorum coetibus.
80. O beata Magdalena,  
Dulcis, mitis et amoena,  
Mei memor esto, pia,  
Dum consisto in hac via  
Vitae huius periturae,
85. Et caelestis ac futurae  
Vitae donum degustare  
Tecum fac et corregnare  
Per cuncta aevi saecula,  
O beata Dei famula.

Cod. S. Petri Salisburgen. b VI 3. saec. 15. — 62 spernens.

### 158. De sancta Maria Magdalena.

- O piissima peccatrix,  
Pedum Domini lavatrix,  
Non de fontibus aquarum,  
Sed de guttis lacrimarum,
5. Ut te multis a peccatis  
Fons lavaret pietatis.  
O praeclarum Deo templum,  
Paenitentium exemplum,

- Quae beatos pedes Christi
10. Sacris crinibus tersisti,  
Ut meretricalis usus  
A te fieret exclusus  
Tergeretque tuas sordes  
Manus per misericordes.
15. O solamen peccatorum,  
Certa spes erroneorum,  
Quae unguentum pretiosum  
Super regem gloriosum  
In tugurio leprosi,
20. Lepra mente scabiosi,  
Sacris manibus fudisti,  
Neminem erubuisti,  
Ut foetori tuae mentis  
Bonus odor recumbentis,
25. Spirantis per unctionem  
Faceret abiectionem.  
Audi me non exprobrantem,  
Sed te magis exorantem,  
Per eundem verum Deum
30. Fac mollescere cor meum,  
Fac, ut saxum meae mentis  
Fletus adfluat fluentis,  
Ut per lacrimationem  
Habeam remissionem
35. Atque bonum per odorem  
Perdam criminum foetorem,  
Ut purgatus a peccatis  
Iungi merear beatis  
In sacro regno polorum
40. Per saecula saeculorum.

Orat. ms. Scotorum Vindobonen. 54 h 8. anni 1410. — 23 foetorem. —  
Aus einer anderen Quelle in kürzerer Fassung Anal. XV, Nr. 204.

### 159. De s. Maria Magdalena.

1. O dilectrix Iesu Christi,  
Magdalena, quae flevisi  
Culpas tuas et lavisti  
Pia pedes Domini;  
Maculas erubescibas,  
Quia Deum offendebas,  
Dum te ream cognoscebas,  
Te prosternens homini.
2. Amans multum foris ploras,  
Corde Christum intus oras  
Et pedes eius irroras  
Lacrimis uberrime;  
Regis caput, pedes ungis,  
Te ipsam corde compungis,  
Christi gratiam emungis  
Puniens asperrime.
3. Inspector mox oculorum  
Miseratus est tuorum  
Fletuum et peccatorum  
Dedit indulgentiam;  
Audis: tibi remittuntur  
Peccata nec ulciscuntur,  
Sed dimissa conteguntur  
Per Dei clementiam.
4. Manes sancta pace vadens,  
Nunquam mortaliter cadens,  
Bona docens, iusta suadens  
Toto vitae tempore;  
A daemoneis mundatam  
Te laetaris et salvatam  
Et gratiae reparatam  
Anima et corpore.
5. Gaudens Christum imitaris,  
Morte fratris conturbaris,  
A Domino consolaris  
Vivo fratre reddito.  
Dei verbum audiendo,  
Ad pedes Christi sedendo,  
Summam partem eligendo  
Felix es hoc addito.
6. Ad crucem Domini stabas,  
Cum matre Christi plorabas,  
Sepulcro te sociabas  
Cunctis recedentibus;  
Luges iuxta monumentum,  
Fers, quod emeris, unguentum,  
Ploras corpus non inventum  
Cum feminis flentibus.

- |   |  |
|---|--|
| <p>7. Nuntiabas surrexisse<br/>Christum fratribus, misisse<br/>Gallilaeam, te vidisse<br/>Redemptorem hominum,<br/>Ascendentem conspexisti<br/>Ultra mare transivisti,<br/>Gentes multas convertisti,<br/>Speluncam ingrederis.</p> | <p>9. Hinc salvator te vocavit<br/>De mundo, quam hic amavit,<br/>Maximinus ministravit<br/>Sacramenta gratiae;<br/>Anima tua caelorum<br/>Regna petit, beatorum<br/>Regem vides angelorum<br/>Laeta clara facie.</p>      |
| <p>8. Ibi diu paenitebas,<br/>Asperam vitam agebas,<br/>Humano cibo carebas,<br/>Fame tunc non laederis.<br/>Omni die septem horis<br/>Es ab angelorum choris<br/>De spelunca vecta foris,<br/>Sic refecta crederis.</p>            | <p>10. Nos doce peccata flere,<br/>Commissa semper dolere,<br/>Committenda praecavere<br/>Delicti piacula;<br/>Nobis fletuum da rivum,<br/>Culpaem malum ne per clivum<br/>Nobis paret recidivum,<br/>Solve retiacula.</p> |
| <p>11. Esto nobis advocata,<br/>Speculum veniae data,<br/>Omnis nostra sit laxata<br/>Poena culpaem scoria;<br/>Sacram per orationem<br/>Tuam Dei visionem<br/>Habeamus tentionem<br/>Felices in gloria.</p>                        |  |

Orat. ms. Lehninense anni 1518. Cod. Berolinen. IV° 29. — Eigentümlich ist das Akrostichon: O Maria Magdal[e]na. Iohannes. Letzteres dürfte der Name des Autors sein. War dies Iohannes Betken von Lehnin, der dies Gebetbuch geschrieben? Es heisst nämlich am Schlusse der Hs. fol. 331 b:

Completo libro sit laus et gloria Christo,  
Hunc qui scribebat, Iohannes nomen habebat.

Dann: „Eidem praemium praestet, qui aeternaliter vivit et regnat. Completus est liber iste in monasterio lennyn anno Domini 1518 sabbato ante primam dominicam adventus Domini per fratrem Iohannem Betken, sacerdotem et monachum ibi professum.“ Entspräche diese Vermutung der Wirklichkeit, so dürfte Betken Verfasser noch anderer Lieder dieser Handschrift sein. Leider sind aber weitere Indicien, die eine solche Annahme stützen könnten, nicht vorhanden, so dafs es bei Aufwerfung der Frage leider sein Bewenden haben mufs. — Wie das Akrostichon beweist, ist vor 7, 1 eine Halbstrophe ausgefallen.

### 160. De sancta Maria Magdalena.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Maria, spes veniae,<br/>pia Magdalena,<br/>Quae cum Iesu possides<br/>caelorum amoena,</p> | <p>Servum tuum respice<br/>facie serena,<br/>Ne post mortem crucier<br/>gehennali poena.</p> |
|--|--|



2. Ad fontem clementiae  
aestuans venisti  
Pedesque dominicos  
lacrimis lavisti,  
Cum devotis osculis  
capillīs tersisti,  
Sicque indulgentiam  
culpae meruisti.
3. Regi nunc piissimo  
reconciliata,  
Per multas es lacrimas  
ipsi facta grata,  
Fac, ut sordes abluam  
cunctaque errata,  
Ne me Styx tartareus  
glutiat post fata.
4. Invenisti gratiam  
apud redemptorem,  
Qui tuum gratissime  
curavit languorem,  
Me foedum concilia  
sibi peccatorem  
Tuumque, piissima,  
fove servitorem.
5. Angelorum dominus  
te iustificavit,  
Cum te a reatibus  
gratiose lavit,  
Meque scelus multíplex,  
proh dolor, prostravit,  
Per te Iesus erigat  
cum beato David.
6. Memor sis, quod fueris  
famosa peccatrix,  
Nunc vero peccantium  
clemens mediatrix,  
Mihi sis propitia,  
dulcis miseratrix,  
Meae quoque animae  
iugis consolatrix.
7. Acta tua pristina  
nunc rememorando  
Ipsa, mater, replico  
non improperando,

- Sed Dei clementiam  
inde collaudando,  
Quam benignam mihi fac  
pro me supplicando.
8. Gratia per saecula  
te fecit famosam  
Nec non peccatoribus  
cunctis gratiosam,  
Plantans in caelestibus  
te clementem rosam,  
Me audire dignum fac  
tecum caeli prosam.
  9. Deus tuis fletibus  
per potentem manum  
Suscitavit Lazarum  
iam perfecte sanum,  
Fac me, pia, vincere  
hostem veteranum,  
Qui, heu, multipliciter  
cor seduxit vanum.
  10. Ad te, benignissima,  
recurso peccator,  
Intercede supplicans  
pro me, ut salvator  
Mea purget scelera,  
suus ut amator  
Iugiter permaneam  
tuusque laudator.
  11. Lacrimarum gemitum  
Mihi impetrare  
Digneris, mitissima,  
ut nunc deplorare  
Mea possim crimina  
teque sic amare,  
Ut dignetur Iesus me  
tecum coronare.
  12. Eia, beatissima,  
miserere mei,  
Mea fer suspiria  
ante thronum Dei,  
Fac, ut iungi merear  
eius faciei  
Tuaeque consociet  
sanctae requiei.

13. Nunc ergo, sanctissima,  
 pensa, quid fuisti,  
 Quam Dei clementia  
 tunc indignisti,  
 Tu misericordiam  
 nobis placam Christi,  
 Sicut eam fieri  
 tibi voluisti.

14. Amen dico rogans te  
 Iesu dilectricem,  
 Meam, quaeso, animam  
 praevaricatricem  
 Tuis fac precibus  
 hostium victricem  
 Et aeternis sedibus  
 tecum assistricem.

Orat. ms. Sigismundi Span de Bernstein anni 1477. Cod. Pragen. XIII H 3 A. — Orat. ms. Lehninense anni 1518. Cod. Berolinen. IV° 29. B. — Orat. ms. Tegurinum saec. 15. Clm. Monacen. 20001. C. — 1, 5 Me servum tuum B. — 1, 7 perimar B. — 2, 7 Et sic B. — 3, 2 nunc fehlt B. — 3, 2 tunc reconciliata. — 3, 6 cunctaque peccata B. — 3, 7 u. f. Ne mea pauper anima fiat condemnata B. — 4, 7 Tuum, sancta refove B. — 4, 8 Maria servitorem B. — 5, 8 et per beatum David B. — 7, 1 Acta praecedentia B. — 7, 2 tua memorando B. — 7, 3 Tua, mater, recolo B. — 7, 5 Fidei constantiam B. — 7, 6 in te B; collocando A. — 7, 7 Hanc mihi statim impetra B. — 9, 7 Quem heu A. — 10, 3 Te petens ut flagites B. — 10, 5 Meam salvet animam B. — 11, 4 ut nunc contemplare B. — 11, 5 scelera B. — 11, 7 Ut dignetur Dominus B. — 11, 8 me tecum B. — 12, 2 recordare mei B. — 12, 5 Fac, quod B. — 12, 6 ipsius B. — 13, 1 sacratissima B. — 13, 2 quod B. — 14, 1 dico rogans. — 14, 3 Meam foedam animam B.

### 161. De s. Maria Magdalena.

1. Gaude, felix Magdalena,  
 Crucifixi zelo plena,  
 Nos perducas ad amoena  
 Paradisi gaudia;  
 Dona nobis cor amarum,  
 Fac repletum lacrimarum,  
 Sit lamentum nobis carum,  
 Planctus sit laetitia.

2. Magdalena, nos plorare  
 Fac, nos tecum supplicare,  
 Crucifixum fac amare  
 Cordis desiderio;  
 Magdalena, nos tuere,  
 Affectantes tecum flere  
 Fac, ardere et languere  
 Amoris incendio.

3. Magdalena, quae fuisti  
 Sic amica Iesu Christi,  
 Fac nos flere, quae flevisi,  
 Sit in fletu gaudium;  
 Quod audisti, fac audire,  
 Quod sensisti, fac sentire,  
 Fac cor nostrum introire  
 Lugubre suspirium.

4. Istae laudes Magdalенаe  
 Quasi dulces cantilenae  
 Sint suaves et amoenae  
 Cordibus fidelium;  
 Magdalенаe cor ardebat,  
 Suspirabat et gemebat  
 Nec quiescere valebat  
 Plorans Dei filium.

5. Propter magnam vim amoris  
 Plena maximi doloris  
 Aestuabat intus, foris  
 Voce lamentabili;  
 Stabat iuxta monumentum,  
 Eius cor erat intentum  
 Circa planctum et lamentum  
 Corde miserabili.

6. O quam felix tu fuisti,  
 Lacrimando quae lavisti  
 Christi pedes et terristi  
 Tuis sacris crinibus;  
 O discipula beata,  
 Quae fuisti Deo grata,  
 Christi pedes osculata  
 Tuis ingens manibus.

7. O exemplar paenitentis,  
In qua fuit ardor mentis,  
Quae gaudebas in lamentis  
Anxia doloribus,  
Magdalena, manda zelum,  
Quem habebas sic anhelum,  
Quod perducatur nos in caelum  
Tuis semper precibus.
8. Magdalena, mala dele,  
Tui planctus sint medellae  
Semper nobis, sint tutelae  
Contra carnis vitia;  
Magdalena, dele mala,  
Nos tua salva sub ala,  
Esto via, dux et scala  
Nobis ad caelestia.

Cod. S. Petri Salisburgen. a III 10. saec. 15. A. — Orat. ms. Scotorum Vindobonen. 54 h 8 saec. 15. B. — 1, 8 Planctus et laetitia B. — 4, 4 fidelibus B. — 6, 2 tersisti A. — 6, 3 lavisti A. — 7, 5 manda Deum B. — 7, 6 Nam placatum habes eum B. — 7, 7 fehlt B; spätere Hand hat ergänzt: Carnis et compesce bellum. — 8, 3 fehlt A. — In B schließt sich an dies Lied unmittelbar an: O piissima peccatrix; s. Nr. 158.

### 162. De s. Maria Magdalena.

1. Felix, quae caeli solio  
Regnas cum Dei filio,  
Sponsa Christi beata,  
Ad te, mater, confugio,  
Me suscipe, refugio  
Excelso sublimata.
2. O Magdalena domina,  
Mea sume precamina,  
Matrona pietatis,  
Per te, beata femina,  
Tergantur mea crimina,  
Lucerna sanctitatis.
3. Manum indigno porrigere,  
Me peccatorem erige,  
Summi regis filia,  
Actus et vitam corrige,  
Me redemptori dirige  
Fragrans velut lilia.
4. A tormentis crucis poenae  
Me conserva Magdalenae,  
Iesu, sanctis precibus,  
Me sub tua manu tene,  
Ne involvant me catenae  
Hostis cruciatibus.
5. O benigna, laude digna,  
Magdalena, lux serena,  
Mortuum vivifica,  
Per amorem Iesu Christi,  
Cuius pedes tu lavisti,  
Me sibi iustificata.
6. Lux solaris, o Maria,  
Stella maris, mater pia,  
Misero compatere,  
Caeli throno sublimaris,  
Quae cum Christo gloriaris,  
Noli me deserere.
7. Iuva, mater, me dolentem  
Pro commissis et petentem  
Summi patris gratiam,  
Ut me solvat a peccatis  
Fons totius bonitatis  
Et mihi det gloriam.
8. Mater sancta, gemma cara,  
Ne me trahat mors amara,  
Pium fer auxilium,  
Immolatum crucis ara,  
Ut me ponat luce clara,  
Ora, post exsilium.

9. Mater, ora et implora,  
Quem extrema mortis hora  
    Crucis in patibulo  
Verberatum, vulneratum,  
Flagellatum, cruciatum  
    Sic pro suo populo  
Et videbas et dolebas,  
Et lugebas et gemebas  
    Astans vultu quaerulo.
10. Ora reginam virginum,  
Quae nulli claudit hominum  
    Gremium pietatis,  
Ut interpellat filium,  
Qui salus est humilium,  
    Ne damner pro peccatis.
11. Per te cives angelici  
Cum ierarchia triplici  
    Orent unigenitum,  
Simul sanctorum cunei  
Et conventus virginiei,  
    Ut me salvet perditum.
12. Per te caeli militia  
Mihi fiat propitia,  
    Maria Magdalena,  
Qui tot commisi vitia,  
Me, Dei plena gratia,  
    Iuva prece serena.
13. Qui de Maria virgine  
Carnem pro nostro crimine,  
    Rex omnium creator,  
Dignatus es assumere,  
Mala velis dissolvere,  
    Supernae vitae dator.
14. Mundi salvator Domine,  
Qui pretioso sanguine  
    De caelo descendisti  
Peccatores redimere,  
Digneris mihi parcere,  
    Qui mortem pertulisti.
15. Per illa salutifera,  
Quae te portarunt, viscera,  
    Precor, fili virginis,  
Et per materna ubera,  
Quae suxisti fructifera,  
    Laxa pondus criminis.
16. Iesu, misericordiae  
Fons et largitor gratiae,  
    Rex summae bonitatis,  
Per Magdalenae merita  
Mea dimitte debita,  
    Qui regna das beatis.

Clm. Monacen. (ol. Emmeramen.) 14843 anni 1851. — „Sequentia de s. Maria Magdalena“, was irrthümlich ist, wenn Sequenz im liturgischen Verstande genommen wird.

### 163. De s. Maria Magdalena.

1. Ave, dulcis Magdalena,  
Peccatorum spes amoena,  
    Lumen paenitentium;  
Ave, salutaris vena,  
Rore caeli vere plena,  
    Rigans vitam gentium.
2. Ave, hospes gratiosa,  
Quam elegit generosa  
    Proles cum discipulis;  
Ave, victrix gloriosa  
Summi regis ac famosa  
    Memoranda saeculis.
3. Ave, testis crucis Christi,  
Iesum cernens mente tristi  
    Mortis pati taedia;  
Ave, digna quae fuisti  
Prima resurgentis Christi  
    Mundo ferre gaudia.
4. Ave, digne veneranda,  
Quam laudavit adoranda  
    Dei sapientia;  
Ave, cunctis admiranda,  
Quae ter denis annis blanda  
    Hausisti caelestia.

5. Ave, dulcis melodia,  
Iuncta sponso propter pia  
Amoris obsequia,  
Memor esto mente pia  
Nunc tuorum, o Maria,  
Plena caeli gratia.

Orat. ms. Thosanum saec. 15. Cod. Bruxellen. 4948.

164. De s. Maria Magdalena.

- |   |  |
|---|--|
| <p>O Maria Magdalena,<br/>Quae quondam fuisti plena<br/>Criminibus universis,<br/>Peccandi modis diversis,<br/>5. Invenisti fontem David,<br/>Qui te omni sorde lavit<br/>Et mundavit a fluente,<br/>Qui sic manat a te flente,<br/>Quando tua mala luis,<br/>10. Apparet oculis tuis,<br/>Per quos fluunt duo rivi<br/>Velut aquae fontis vivi.<br/>Hauri mihi inde potum<br/>Et riga me siccum totum,<br/>15. Ut ille fons pietatis,<br/>Qui te lavit a peccatis<br/>Lavet meum cor obscurum,<br/>Inquinatum et impurum.<br/>O Maria, Dei templum,<br/>20. Paenitentiae exemplum,<br/>Audi me non exprobrantem,<br/>Sed te magis adorantem.<br/>Tu olim, domina mea,<br/>Eras peccatrix et rea<br/>25. Et nosti tuo dolori<br/>Quid expedit peccatori.<br/>Pro me tristi fletum quaere,<br/>Qui non possum paenitere<br/>De tot et de tantis malis.<br/>30. Mihi nullus est aequalis<br/>Fur, meretrix neque praedo,<br/>Non est peior me, ut credo;<br/>Sed si mea mala vigent,<br/>Piget me, quia non pigent.<br/>35. O Maria Magdalena,<br/>Sicut fuisti egena<br/>Misericordia Dei,</p> | <p>Obsecro, sis memor mei<br/>Et sicut, domina mea,<br/>40. Ego reus et tu rea,<br/>Fuimus pares in malis,<br/>Fac in bonis sim sodalis.<br/>O solamen miserorum,<br/>Spes et gaudium eorum,<br/>45. Qui perirent, si non esses,<br/>Pro me rogare non cesses.<br/>Tuus doctor fuit Deus,<br/>Utinam et esset meus,<br/>Ut sic possem paenitere<br/>50. Et peccata mea flere<br/>Sicut tu paenituisti<br/>Flendo mala, quae fecisti.<br/>Tu es illa, quae vidisti<br/>Totam passionem Christi,<br/>55. Captum, ductum, accusatum<br/>Ante Pontium Pilatum,<br/>Sputum, caesum, verberatum,<br/>Clavis, lancea foratum,<br/>Caput spinis coronatum,<br/>60. Nudum in cruce levatum,<br/>Opprobriis saturatum,<br/>Multis spinis oneratum.<br/>Sed propter nostrum peccatum<br/>Ascendit in patibulum.<br/>65. Non est dolor par dolori,<br/>Quando vides eum mori,<br/>Ubi maior vis amoris,<br/>Maior est poena doloris.<br/>Mirum est, quod non partitur<br/>70. Tuum cor, cum sepelitur.<br/>Mortuum videre tamen<br/>Erat aliquod solamen.<br/>Sed tu doluisti multum,<br/>Quando relinquis sepultum.</p> |
|---|--|

75. Mox vadis ad institores,  
Unguentorum venditores,  
Murrâ et balsamum emis,  
Dans in aloes carenis.  
Sed tibi videtur parum,
80. Nam si tua esset Roma,  
Totam dares in aroma.  
Cito ad sepulcrum redis,  
Ubi eum fore credis,  
Unguere corpus iacentis
85. Cum pretiosis unguentis;  
Non est mirum, si terreris,  
Cum angelum intueris,  
Sedentem albis indutum  
Super saxum revolutum;
90. Obstupescis viso vultu  
Et non alio tumultu.  
Qui dixit: noli timere,  
Surrexit Dominus vere,  
Voca Petrum et Andream,
95. Ut eant in Gallilaeam,  
Ibi nam videbunt Deum  
Omnes credentes in eum,  
Sed tu, quem diligis, quaeris  
More bonae mulieris,
100. Perscrutaris monumentum  
Et miraris non inventum.  
Non inventum quaeris rursum
- Et inferius et sursum,  
Tantum quaeris et quaesisti,  
105. Donec illum invenisti.  
Sed inventum non cognoscis,  
Unde ab eodem poscis:  
Tulerunt Dominum meum;  
Si tu sustulisti eum,
110. Dic mihi, et ego tollam  
In brachiis et in collum.  
Iesus pius voce pia  
Respondit tibi: Maria.  
Hoc est multum bonum omen,
115. Quando audis tuum nomen.  
Citius ad illum vadis  
Et ad pedes eius cadis  
Credens et adorans eum  
Sicut Dominum et Deum.
120. Ergo, apostola Christi,  
Quae prius Christum vidisti  
A mortuis resurgentem,  
In vera carne viventem,  
Pia, dulcis et decora,
125. Pro me ora, pro me plora,  
Ut me servent omni hora  
Deus et virgo Maria,  
Et non videam infernum,  
Sed et gaudium aeternum.

Cod. Parisin. 11343. saec. 15. — 14 me situm. — 78 Donans in aloes carmis. — 111 et in cellam.

### 165. De sancta Martha.

1. Gaude, Martha laudabilis,  
Prosapia spectabilis,  
Moribus affabilis,  
Famulatrix mirabilis,  
Dum Deum recepisti.
2. Gaude, virgo eximia,  
Quae puero salubria  
Sitienti in maria  
Submerso tu prece pia  
Vitam restituisti.
3. Gaude, quae magnum draconem,  
Ferozem quasi leonem,  
Genti danti laesionem,  
Per tuam orationem  
Mitem fore fecisti.
4. Gaude, fulgens bonitate,  
Spe, fideque caritate,  
Circumfulta pietate,  
Gaudens hospitalitate  
Amore Iesu Christi.

5. Gaude, cuius obsequio  
Fuit cum Frontone pio  
Exercens in officio  
Christus verus opilio,  
Cui sedule servisti.
6. Tu, quae tot bonis affluis,  
Subsidiis continuis  
Ora Deum pro famulis  
In tua laude sedulis,  
Ut non fel Acherontis

Influat, sed mel vivi fontis  
Exuberet.

Orat. ms. Libehardi prioris Reichenbacen. anni 1476. Clm. Monacen. 2990.

166. De sancta Martha.

1. Martha, Iesu hospita,  
ei praedilecta,  
In virtutum culmine  
semper stans erecta,  
Gressus meos dirige  
hic in via recta,  
Ut post mortem subeam  
paradisi tecta.
2. A caelorum pascuis  
ovem me errantem  
Respice misericors  
te nunc invocantem,  
Pro me Iesum obsecra  
tecum hospitantem  
Et benignum mihi fac  
virginis infantem.
3. Rex tuum omnipotens  
Lazarum germanum  
Tuo fletu suscitatur  
iam quadriduanum,  
A me longe facito  
daemonem profanum  
Et languenti graviter  
piam praebe manum.
4. Tartaricum horridum  
draconem stravisti  
Et ab eius faucibus  
multos eruisti,  
Ad tribunal ultimum  
dum compellar sisti,  
Per te iungar superis,  
quibus consedisti.
5. Hora mortis Dominus  
te pie visitavit,  
Ornando tuam animam  
secum deportavit  
Ad aeterna gaudia,  
quae ipse praeparavit,  
Fac, ut Deo socier,  
qui te invitavit.
6. Ad te reus propero,  
dulcis advocata,  
Mea fiat anima  
per te Deo grata,  
Tua prece transeat  
hinc immaculata  
Et post finem evolet  
ad regna beata.

Orat. ms. Libehardi prioris Reichenbacen. anni 1476. Clm. Monacen. 2990.

167. De sancta Martha.

1. O Martha, Christi hospita,  
Pro ipso quam sollicita,  
Ad plurima turbata,  
Nimirum nedum angelum  
Sed angelorum dominum  
Suscipere parata,
2. Excellens in hoc Abraham,  
Loth, Raguelem et Saram  
Et quosque veteranos.  
Fratrem vides suscitari,  
Christum quoque lacrimari  
Affectus ob germanos.

3. Si domui Aegyptii,  
Ioseph sui emptitii,  
Dominus benedixit,  
Obededom propter archam,  
Laban Iacob patriarcham,  
Iniuste quem affixit,
4. O quae pax tuae domui  
Introitum ob Domini  
Provenit, pacis filia?  
Requievit et implevit,  
Salus quia in te crevit  
Totaque familia.
5. Inde vitae caelibatum  
Agis et post incolatum  
Vocaris ad gloriam,  
Non in domum manufactam,  
Luto glebisque compactam  
Neque transitoriam,
6. Sed in latas mansiones  
Caelique papiliones  
Et in tabernacula  
Quam dilecta, quae cupiscunt,  
Qui cum Deo esse gliscunt  
Et agno sine macula.
7. Si non frustra in praesenti  
Datur cuique sitiendi  
Calix aquae frigidae,  
Si non dantem, hospitantem  
Non cibantem nec potantem  
Iudex ferit rigide,
8. Quid meretur, qui cibavit,  
Hospitavit et potavit  
Regem caeli pauperem,  
Non habentem, ubi caput  
Reclinaret, sed te apud  
Invenit sibi requiem?
9. O quam felix et quam laeta  
Iuste iusto de propheta  
Mercedem iusti recipis!  
Prophetarum et iustorum  
Omniumque electorum  
Summum Deum respicis.
10. Iam in domo ubertatis  
De torrente voluptatis  
Divinae debriaris,  
Iam mensura effluente,  
Sinum tuum adimplente  
Abunde praemiaris.
11. Eia, verna Christi cara,  
Ea dona nobis para  
Largo Dei munere,  
Ut iam diu tumulati,  
Saxi mole praegravati  
Peccatorum funere
12. Christi voce respiremus,  
Actus vitae iteremus,  
Fructus paenitentiae,  
Quibus tenebris abiectis  
Detur lumen corde rectis  
Et spes indulgentiae.
13. Ad nos Christus mox intrare  
Mentemque inhabitare  
Dignetur per gratiam,  
Ob auditum praeceptorum  
Derivetur fons donorum  
Quasi in Bethaniam.
14. Fac, ut semper satagamus,  
Ei digne peragamus  
Frequens ministerium,  
Interpella, ne laescat  
Manus, tamen non torpescat  
Mentis desiderium.
15. Actioni sic instemus,  
Sessionem ne frustremus  
Aut verbi esuriem,  
Sed utraque vita freti  
Exhinc transeamus laeti  
Ad futuram requiem.



168. De sancto Martino.

- Ave, gemma sacerdotum,  
Gloriosus es per totum  
Et laudandus sine fine,  
Sancte pater, o Martine.
5. Et licet laus peccatoris  
Nil fecerit, heu, decoris,  
Quidquid tamen mihi deest,  
Tua virtus supplex praeest;  
Tuae laudi hic instabo,
10. Semper te magnificabo.  
O Martine, gaude, gaude,  
Nam es dignus omni laude;  
Nemo tantum te laudabit,  
Dum in laude claudicabit.
15. Patriarchis comparatus,  
Largitate es praelatus,  
Nam vestisti deitatem  
Tegens nudi paupertatem.  
Compar factus es prophetis
20. In futuris et secretis  
Diu mortem praesciendo,  
Hanc amicis praedicendo.  
Consor es apostolorum,  
Quod est magnum et decorum,
25. Propter donum hoc insigne:  
Apparenter nam in igne  
Sanctum pneuma suscepisti,  
Dum levasti corpus Christi.  
Quamvis non sis vi mactatus,
30. Martyr tamen es probatus  
Stricte corpus affligendo,  
Multa dura patiendo.  
Es confessor confessorum,  
Dux virtutum, splendor mo-  
rum,
35. Triplo statu admirandus,  
Invitandus et laudandus:  
Scilicet in militari,  
Monachali, praesulari,  
Es lux ita laicorum,
40. Monachorum, praelatorum.  
Post haec virginalis decor  
Te exornat. Ergo precor,  
Da, ut sim in cunctis horis  
Mundus intus, castus foris.
45. Adhuc pietatem laudo,  
Quam fecisti caeco, claudo,  
Quos sanasti contra velle.  
Ergo, pater, rogo, pelle  
Omnem morbum malum a me,
50. Mentis, corporisque famae.  
O patrone summe pie,  
Sis dux meus huius viae  
Et duc me post vitae cursum  
Ante vultum Dei sursum,
55. Quo tecum per iubilamen  
Ipsum laudem semper. Amen

Orat. ms. Lehninense anni 1518. Cod. Berolinen. IV° 29. A. — Orat. ms. Carthusian. saec. 15. Cod. Capit. Treviren. 116. B. — Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. C. — 8. supplex adest A. — 49. malum fehlt A.

169. De sancto Martino.

1. Confessorem veneremur  
tanto laeti praeside,  
Qui vestitum vidit Christum  
bipartito chlamyde.
2. Usus linguae mutae dedit,  
gressum paralyticae,  
Celebrantis globus ignis  
effulsit de vertice.
3. Tres defunctos vitae dedit,  
lepram mundans osculo,  
Solo canes verbo ligat  
compassus lepusculae.
4. Pinum quandam signo crucis  
avertit opposito,  
Sic Martinus praecellenter  
vitae pollet merito.

5. Tibi canto nunc pro tanto  
    laudis beneficio,  
Supplicando me commendo  
    tuo patrocinio.
6. Solve moles, sicut soles,  
    Quibus pressus iaceo,  
Et excusa, quod confusa  
    mente factum doleo.

Cod. Londinen. Ar. 201. saec. 13.

170. De sancto Martino.

- O virum ineffabilem,  
Virtute inaestimabilem,  
Martinum, Dei praesulem,  
Precor, ut me flebilem
5. De somno mortis suscite,  
    Qui mortuos suscitasti tres  
    In trinitatis nomine.  
    Sacro tuo precamine  
    Pellens et daemonia,
10. Membra curans omnia,  
    Te quaeso medullitus,  
    Ut sanes in me caelitus  
    Prae ceteris quam maxime  
    Morbos languentis animae.
15. Tuo namque imperio  
    Erunt in refrigerio,  
    Quos impugnant daemones  
    Et mali premunt homines.  
    Pietate, quaeso, solita
20. Crebro iuvando visita,  
    Qui pares post apostolos  
    Gratiae tenes titulos,  
    Faciens prodigia et signa  
    Multa Deo digna.

Orat. ms. Libehardi prioris Reichenbacen. anni 1476. Clm. Monacen. 2990.

171. De sancto Martino.

1. O Martine, flos praesulum,  
    O conculcator zabuli,  
    O monachorum speculum,  
    O vani spreter saeculi,  
    Quem in mundi climatibus  
    Tot admirantur populi,  
    Audi preces cum fletibus  
    Te venerantis servuli.
2. Alter ego Sulpicius  
    Me tuo patrocinio  
    Commendans specialiter,  
    Te venerari gestio,  
    Si te velim attollere  
    Singulari praeconio,  
    Prae cunctis confessoribus  
    Iusta fiet laudatio.

- |  |  |
|--|--|
| <p>3. Tu polles sanctimoniae<br/>Totius privilegio,<br/>Totus caelestis gratiae<br/>Perfusus stillicidio,<br/>In terra manes corpore,<br/>Sed in caeli palatio<br/>Conversaris mente pia<br/>Cum sanctorum consortio.</p> <p>4. Datum est tibi caelitus<br/>Donum vere mirabile,<br/>Donum ignotum ceteris,<br/>Donum nimis laudabile,<br/>Qui in tumultu populi<br/>Facis sine gravedine,<br/>Quod facere non praevalet<br/>Latens in solitudine.</p> | <p>5. Martine, martyr inclite,<br/>Sed non lictoris gladio,<br/>Qui pro Christo viriliter<br/>Decertasti in stadio,<br/>Te fecit esse martyrem<br/>Corporalis afflicto,<br/>Bellum carnis ac spiritus<br/>cinisque cum cilicio.</p> <p>6. O Martine dulcissime<br/>Implora pro me Dominum,<br/>Ut ad ipsum perveniam<br/>Post huius vitae terminum,<br/>Rex Christe clementissime,<br/>Domine dominantium,<br/>Esto mihi placabilis<br/>Per Martini suffragium.</p> <p>7. O praesules et monachi,<br/>Caveamus insidias<br/>Versipellis Leviathan<br/>Sustinentes molestias,<br/>Cum Martino pontifice<br/>Semper inter angustias<br/>Benedicamus Domino,<br/>Deo dicamus gratias.</p> |
|--|--|

Cod. Bruxellen. (ol. Gemblacen.) 5397—5407. saec. 13. — Cfr. Catal. Codd. Hagiograph. Bruxellen. I, 506 sq.

### 172. De sancto Mauritio.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Salve, sancte martyr Dei,<br/>O Mauriti, memor mei<br/>Funde precem,<br/>Ne in necem<br/>Corruam vel crimina.</p> <p>2. Ave, forma vitae rectae,<br/>O Mauriti, mi dilecte,<br/>Tis cor mite,<br/>Verba vitae<br/>Sunt paradisi flumina.</p> <p>3. Nexus culpae tu recide,<br/>O Mauriti, nunc me vide,<br/>Cor tu lava,<br/>Ne qua prava<br/>Conetur post perficere.</p> | <p>4. Causa subest te rogare,<br/>O Mauriti, tu scis quare,<br/>Non sum fortis<br/>Et in portis<br/>Mortis cogor sistere.</p> <p>5. Tibi totus sum devotus,<br/>O Mauriti, sis tu totus<br/>Meus, oro,<br/>Qui nunc ploro,<br/>Quod sum nimis aridus.</p> <p>6. Et tu meus es patronus,<br/>O Mauriti, quia bonus<br/>Es tu multum,<br/>Hinc ad cultum<br/>Tis sum semper avidus.</p> |
|---|---|

Miss. ms. Belisianum saec. 15. Cod. Bruxellens. 9786—90. — 2, 4 Verba dire. — 6, 5 semper agilis; gegen den Reim. — Dem Inhalte und der

Aufschrift „Metrum aliud“ nach ein Reingebet; der Form nach der im selben Messbuche vorkommenden Sequenz „Florem mundus protulit“ entlehnt. Das Akrostichon „Sancte“ scheint darauf hinzuweisen, daß ein zweites Lied von gleichem Verfasser mit dem Akrostichon „Mauriti“ sich diesem anzuschließen habe, höchstwahrscheinlich der Hymnus „Multorum militum dux bone martyr.“ (Anal. XXIII, 243), welcher der gleichen Hs. entnommen ist. Aus dem Grunde und weil der 2. Vers der 1. Strophe jenes Hymnus in der Einzahl spricht „Mauriti, te cano, te modo veneror“, dürfte derselbe eher den Reingebeten als den Hymnen einzureihen sein.

### 173. De sancto Mauritio.

- O dux Mauriti, qui clarior ab Oriente  
 Nostras ad partes occiduas veneras,  
 De quo lux fidei processit ad omnia mundi  
 Climata, te laudo, te colo, te veneror.
5. Se tibi praeclara coniunxit turba Thebaea,  
 Christo devota, fida Deo legio.  
 Hostes, ut Caesar praecepit Maximianus,  
 De regno terrae pellere debueras.  
 Quique viris multis accinctus iussit: Adoret
10. Omnis bellator idola, turificet,  
 Et qui contemnet regis mandata, cruore  
 Purpuret et satiet regia tecta suo.  
 Qui statuas statuit. Accurrunt undique laeti,  
 Congaudent iuvenes, tangere sacra volunt.
15. Multi turificant verbum regale verentes,  
 Iussio quos terret et facit esse reos;  
 Cumque tuis sociis, Mauriti, surgis in illo  
 Tempore, quosque mones, idola despiciant.  
 Quibus vallatus vacuos sine laude remittis
20. Regis legatos consolidasque tuos.  
 Regius inde furor sic arsit, ut hic moreretur,  
 Quisquis ex cunctis sorte foret decimus.  
 Ad mortem quasi delicias sic quilibet horum  
 Festinat quo sit primus in hoc numero.
25. Rursum legatos spernit, cui vivere sorte  
 Contigit, hic rursus ense perit decimus.  
 Cetera cum post hoc contemneret idola turba  
 Tota Deo martyr fit ea sacra cohors.  
 Sicque relinquentes infecta negotia regis
30. In fide Christi quisque manet stabilis.

\* \* \*

Hinc, o dux magne, pro me, te quaeso, rogare  
 Cum sociis; tibi nam servio mente libens.  
 Tu mihi prae multis sanctis exstas specialis,  
 Raynero fragili, tuque miserto mei.

35. Quem, peto, commendes Christo matricque Mariae,  
 Illius ut flatum regna Dei foveant,  
 Nec Styga nec tenebras timeat, sed ad aethera scandat,  
 Cum venerint fata mortis acerba nimis.

Miss. et. Brev. Belisianum saec. 15. Cod. Bruxellen. 9786—90. —  
 Vers 34 nennt sich der Verfasser, derselbe, der auch die prosaische Passio  
 der Thebäer in ebendieser Hs. verfasst hat. Vgl. Catal. codd. hagiograph.  
 bibl. reg. Bruxellen. II, 368.

174. De sancto Mauritio.

- |   |   |
|---|---|
| 1 a. O felix legio,<br>Quae sursum regio<br>Resplendes diademate,       | 1 b. Vide me miserum<br>Supplicem famulum,<br>Carentem mentis sche-<br>mate.    |
| 2 a. Radicem Veneris<br>Et omnis sceleris<br>Tuis depelle precibus      | 2 b. Et mala cordium,<br>Tot mentis sordium<br>Sum plenus culpae faeci-<br>bus. |
| 3 a. Assiste supplici,<br>Nequaquam duplici<br>Sensus et cordis sinulo, | 3 b. Sis tutor corpori,<br>Sis custos animi<br>Et miserere parvulo.             |
| 4 a. Per tuam gloriam<br>Conquiram gratiam<br>Dei patris piissimi,      | 4 b. Sim mihi notior,<br>Christo devotior,<br>Nato patris altissimi.            |
| 5 a. Regentem singula<br>Cunctaque saecula<br>Depreceris intentius,     | 5 b. Effundo lacrimas,<br>Oro, ne Satanas<br>In me fremat licentius.            |
| 6 a. Orantem Dominus<br>Audiet comminus,<br>Cum tu pro me rogaveris,    | 6 b. Nam multis citius<br>Is est propitius,<br>Quapropter mihi faveris.         |
| 7 a. Redemptor omnium,<br>Bonorum hominum<br>Rogo . . . . .             | 7 b. Per te suscipiat<br>Et grata habeat<br>Has preces atque lacrimas.          |
| 8 a. Et scis, quod egeo,<br>Qui mala sentio<br>Tam multa sine numero,   | 8 b. Ergo ne differas,<br>Sed mihi conferas<br>Opem, ut dicam gratias.          |
| 9 a. In diva facie<br>Cum mentis acie<br>Contemplaris feliciter,        | 9 b. Ego criminibus<br>Et passionibus<br>Defoedor multipliciter.                |
| 10 a. Non possum surgere,<br>Nisi porrigere<br>Dignetur manum Dominus,  | 10 b. Si tu rogaveris,<br>Si mihi faveris,<br>Miserebitur citius.               |
| 11 a. Ergo tu venias<br>Sic, ut subvenias,<br>Conquiram gratiam,        | 11 b. Quam si meruero,<br>Nihil non potero,<br>Nam bona quaeque faciam.         |

12 a. Reorum timeo  
Poenam, quae nimio  
Torquet eos supplicio,

12 b. Cum ergo moriar,  
Rogo, ne sociar  
Damnatis in iudicio.

13 a. O felix anima,  
Quae tunc solamina  
Persentiet interius.

13 b. Mauriti, venias,  
Angorem lenias,  
Ne quid fiat deterius.

Miss. ms. Belisianum saec. 15. Cod. Bruxellen. 9786—90. „Aliud me-  
trum sicut Sequentia de sancto Paulo“; also Reimgebet auf ein Sequenzen-  
schema. — 8b, 3 fehlt der Reim zu 8a, 3; vielleicht ist zu ordnen: 8a, 7a,  
7b, 8b. — 12b, 2 die falsche Form sociar scheint der Reim zu schützen.

### 175. De sancto Mauritio.

1. O quam splendifera lampade matrem  
Lustras ecclesiam, turba Thebaea,  
In qua praecipuae dux legionis  
Fulget Mauritius, nobilis heros.

2. Ut vos Caesarea iussa ciere,  
Prompti corripitis arma parendo,  
Iunctis agminibus Marte secundo  
Augusti cupitis iussa tueri.

3. Lorica, clipeo membra teguntur,  
Enses ne feriant hostis acerbi,  
Sed longe melius pectora munit  
Fervens atque fides inviolata.

4. Vanis numinibus Caesar honores  
Divinos voluit turaque ferri,  
Cui Christo placita turba rebellat,  
Vitam non metuens perdere carnis.

5. Mandat praecipiti fervidus ira  
Ex vobis decimum Caesar iniquus  
Percelli gladio, flectere cet'ros  
Quo posset citius ad sua vota.

6. Sed petrae stabili contio iuncta  
Astant intrepidi mente benigna  
Mortem pro Domino ferre parati,  
Quam complere feri iussa tyranni.

7. Ardet propterea Caesar acerbis  
Pulsatus furiis perdere totum  
Agmen cum capite caede cruenta,  
Mandans militibus, iussa facescant.

8. In saltu veluti fetibus ursa  
Raptis atra fremit, utque lupi ceu  
Agnos innocuos dente lacescunt,  
Sic Christi iugulat impius agmen.

9. Certatim gladiis viscera nudant  
Nec volvunt tacito pectore questus,  
Armis sed positis more bidentum  
Caeduntur proprio sanguine tincti.
10. Terris exuvias fonte rigatas  
Linquunt sanguineo, sorte beata  
Conscendunt animae regna polorum  
Turmis angelicis consociatae.
11. Quae vox expediet singula fando,  
Quae tu martyribus munera praestas?  
Propter supplicia parva coronas  
Sumunt innumera luce micantes.
12. Nobis praesidium ferte, Thebaei,  
Ut virtutis iter tramite recto  
Carpentes iugiter, suscipiamus  
Post vitam fluidam gaudia caeli.
13. Hoc fer, cunctipotens, munere divo  
Natum per proprium, pneumate sacro,  
Qui tecum moderans cuncta creata  
Factis distribuit praemia iusta.

Miss. et Brev. Belisianum saec. 15. Cod. Bruxellen. 9786—90. — 6, 4  
ferum. — Aus derselben Quelle Anal. Bolland. VI, 371 sq.

#### 176. De sancto Mauritio.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Votivis Christum laudibus<br>Attollamus attentius<br>Colentes tirocinium<br>Tam inclitorum pugilum.           | 6. Hinc et arma proiciunt<br>Neque ferro se muniunt,<br>Fit horum subterfugium<br>Ad divinum auxilium.           |
| 2. Ipse pro his piissime<br>Dignatus est occumbere;<br>Hinc magnam putant gloriam<br>Pro ipso dare animam.       | 7. Cruor Christi percalidus<br>In horum flagrat mentibus,<br>Hinc his magnae deliciae<br>Proprio tingi sanguine. |
| 3. Tinctis sanctorum vestibus<br>Ex confratrum sanguinibus<br>Fit his maior constantia<br>Fervoris inflammantia. | 8. Quod gliscunt, en, percipiunt,<br>Dum diram necem perferunt<br>Universi et singuli<br>Horum cohorte reperti.  |
| 4. Exhortantes se mutuo<br>Interfactorum exemplo<br>Fidem horum constantiae<br>Inspiciunt pro codice.            | 9. Poenis torti crudelibus<br>Equorum trasi pedibus<br>Rubro mittuntur pallio<br>Sponso rubro et candido.        |
| 5. Implesse vident opere,<br>Quod legitur in codice,<br>Cum se dedere gladio<br>Pro Christi beneplacito.         | 10. O quanta iubilatio<br>Martyrum in collegio<br>Pro adventu tot militum<br>Tam constantum, tam fortium!        |

- |  |   |
|--|---|
| <p>11. Ipsi ineffabiliter<br/>Exsultant ac fideliter,<br/>Quod morte Christi placita<br/>Huius fruuntur gloria.</p> <p>12. Christo suam dant gloriam<br/>Asscribuntque victoriam,<br/>Ex cuius dono gratiae<br/>Beati sunt perpetuae.</p> <p>13. Gaude, Victor decrepite,<br/>Cونسors lucis ac gloriae,<br/>Qui constantia fidei<br/>Meruisti his coniungi.</p> <p>14. Ad lucrum tuum maximum<br/>Venisti super cuneum<br/>Partientium spolia,<br/>Quibus factus es hostia.</p> <p>15. Quamvis venisti tardius,<br/>Idem tamen denarius<br/>Tibi datur cum ceteris<br/>Militibus emeritis.</p> | <p>16. Maximiane pessime,<br/>Luge, capillos extrahe;<br/>En, hic datus suspendio<br/>Suspenderis perpetuo.</p> <p>17. Eia, tirones nobiles,<br/>Eia, Thebaei martyres,<br/>Velitis intercedere<br/>Pro pace matris unicae.</p> <p>18. Ach, eius reformatio<br/>Vestro fiat praesidio,<br/>Ut tam mater quam filii<br/>Resultent laude Domini.</p> <p>19. Orate et pro omnibus<br/>Vos pie venerantibus,<br/>Quorum vita hic integra<br/>Est bellum et militia,</p> <p>20. Ut triumphatis hostibus<br/>Tam saevis, tam fallacibus,<br/>Coniuncti vestro coetui<br/>Proclament mente hilari:</p> |
|--|---|

21. Honor, potestas, claritas  
Tibi sit, summa trinitas,  
Et hoc nunc temporaliter  
Et post hoc aeternaliter.

Miss. et Brev. Belisianum saec. 15. Cod. Bruxellen. 9786—90. — 20, 4  
Proclamant.

### 177. De sancto Mauritio.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Turba Christi fidelium<br/>Veniat ad spectaculum;<br/>En, Thebaeorum legio<br/>Proponitur in medio.</p> <p>2. Hi testantur constantia,<br/>Quod fides nostra solida,<br/>Pro qua superlaetissime<br/>Decreverunt occumbere.</p> <p>3. Nec minis nec blanditiis<br/>Neque ullis suppliciis<br/>Separari ab aliquo<br/>Potuerunt a Domino.</p> <p>4. Christus horum hic vivere<br/>Spesque futurae gloriae,<br/>Pro ipso quisquam perpeti<br/>Optat medullis animi.</p> | <p>5. His fundum dedit fidei<br/>Iacobus frater Domini<br/>Praedicans ductu spiritus<br/>In orientis partibus.</p> <p>6. Per ipsum Christum noscere<br/>Merentur et induere,<br/>Fide magis quam antea<br/>Urbs Thebaea fit inclita.</p> <p>7. Quae perfida tam celebris<br/>Rebus, portis ac populis,<br/>Fidelis quidni ditior,<br/>Clarius ac famosior?</p> <p>8. Quam fideles sunt incolae,<br/>Horum fit notum undique<br/>Per Christo adversarium<br/>Saevum Diocletianum</p> |
|---|---|



- |  |  |
|--|--|
| <p>9. Missis huius epistolis<br/>Singulis in provinciis;<br/>Ut Christi sit negatio,<br/>Miser scribit pro nihilo.</p>       | <p>18. Iussi, ut libent idolis<br/>Resistantque christicolis,<br/>Segregant ab exercitu<br/>Se perfidorum ac ritu.</p>       |
| <p>10. Ad haec a Christi populo<br/>Redditur nec responsio,<br/>Nuntios mittunt vacuos,<br/>Fide plus firmant animos.</p>    | <p>19. Maximiano Caesari,<br/>Collegae Diocletiani<br/>Remandant cum constantia<br/>Se respuere idola</p>                    |
| <p>11. Ast imperans, ut veniant<br/>Romanisque subveniant,<br/>Rebelles fiant subditi<br/>His, ad hoc sunt promptissimi.</p> | <p>20. Nec posse cruciatibus<br/>Ad hoc flecti aliquibus,<br/>Ut spreto Christo Domino<br/>Sacrificent diabolo.</p>          |
| <p>12. Docti erant catholice:<br/>Quae Dei, Deo reddite,<br/>Et Caesari, quae Caesaris<br/>In honestis et licitis.</p>       | <p>21. Statim missis militibus<br/>Singulis horum decimus<br/>Viva Christi fit hostia<br/>Spiculatorum framea.</p>           |
| <p>13. Hinc electa ex populo<br/>Clara militum legio<br/>Velut Augusto subdita<br/>Comparet in urbe Roma,</p>                | <p>22. Praebentes prompti capita<br/>Cum ingenti laetitia<br/>Contendunt pie mutuo,<br/>Quis prior cadat gladio.</p>         |
| <p>14. Non, ut fidei detrahant<br/>Seu fidelibus noceant,<br/>Sed uti iustis Caesari<br/>In bellis sint praesidii.</p>       | <p>23. Quantoque hoc fit crebrius<br/>Tanto gaudent uberius,<br/>Ut Christo hoc retribuunt,<br/>Quod ab ipso acceperant,</p> |
| <p>15. A Marcellino, inclito<br/>Urbis Romae episcopo,<br/>Monentur mori potius<br/>Quam nocere fidelibus.</p>               | <p>24. En, flammescit calidius<br/>In tuis [his] militibus<br/>Ignis, quem terrae mittere<br/>Venisti tu, rex gloriae,</p>   |
| <p>16. Dux ipsorum Mauritius,<br/>Signifer erat Candidus,<br/>Armis viri magnanimi<br/>Fideque constantissimi.</p>           | <p>25. Qui nullius astutia,<br/>Suasu, paenis, saevitia<br/>Valet in ipsis minui<br/>Seu extingui seu dirimi.</p>            |
| <p>17. Hi cum comilitonibus<br/>Probant palam operibus,<br/>Quod mens horum firmissima<br/>In fide sit catholica.</p>        | <p>26. Id tua operatio,<br/>Iesu, nostra salvatio,<br/>Unde laus, honor, gloria<br/>Tibi sonet in saecula.</p>               |

Miss. et Brev. Belisianum saec. 15. Cod. Bruxellen. 9786—90. — 7, 2 Robus (Robur); vielleicht letzteres richtig mit elliptischem est resp. erat. — 8, 3 Pro. — 21, 2 Lies: Singulus? —

Trägt schon dieses Lied einen vorwiegend epischen Charakter, dann noch weit mehr, ja ausschließlich, ein anderes Gedicht auf eben diese Thebäische Legion, „Cives Diocletiani“, das in der gleichen Hs. verzeichnet ist; dasselbe kann keinen Platz in der Hymnologie beanspruchen trotz Chevalier's Repertorium Nr. 3273, wo es als „Hymnus“ figurirt.

178. De sancto Michaelae.

1. Michaelis interventu,  
Quaeso, velis in conventu  
Beatorum omnium,  
O mi Deus, gaudiorum  
Partem dare, praedictorum  
Imperator civium.
2. Inter bella mundanorum  
Pro me bella, beatorum  
Civium praeposite,  
Tua prece placam Deum  
Et a nece salva reum,  
Angelorum inclite.
3. Corporalem procul pelle,  
Temporalem mixtum felle  
Curam huius saeculi,  
Tua cura me involve  
Ligaturamque dissolve  
Me stringentis vinculi.
4. Hastam, scutum apprehende,  
Me fac tutum, me defende  
Ab hostis nequitia,  
Tolle, princeps angelorum,  
Iam deinceps vitiorum  
Mortisque supplicia.
5. Aufer morum pravas spinas  
Et sanctorum nunquam sinas  
Me disiungi coetibus  
. . . . .  
. . . . .  
. . . . .
6. Haustum potus spiritalis,  
Fac, ut totus purus malis  
In aeternum sentiam,  
Matris Christi convivamen  
Mihi tristi det solamen  
Suam per clementiam.
7. Eius vultus visione  
Fac tumultus in agone  
Me nigrorum deserant,  
Tuo dicti cedant telo,  
Quondam victi qui de caelo  
Te bellante ruerant.
8. Lotum luctu lacrimarum  
Tuo ductu cum tuarum,  
Quaeso, precum gratia  
In superni choro gregis  
Sempiterni vultu regis  
Me in aevum satia.

Orat. ms. Scotorum Vindobonen. 54 h 8. anni 1410.

179. De sancto Michaelae.

O Michael sancte, precor, ut te mediante  
Vincere me facias daemonis insidias,  
Hora, qua fortis veniet tribulatio mortis,  
Suscipias animam, te precor, ipse meam.

Orat. ms. Italicum saec. 15. ex. Cod. S. Ignatii Londinen. s. n.

180. De sancto Michaelae.

1. Inclite caeligena, Michael, fulgoris amoena  
Alta colens regna, plus quam dulcedine plena,  
Fulmina refraina, pestes, hostes aliena,  
Caelica terrena, fac nobis, alma, serena.
2. Tu nimium classis pangentis dies in axis  
Tu quia mira facis, fortis pugil, incola pacis,  
Tutor in hora sis a dente larvae rapacis  
Tu quasi iam passis, archangele, te precor, assis.

3. Te nomine praedit, te nempe ut Deus edit,  
Te duce vita redit, a quo prius illa recedit,  
Nam tibi concedit Dominus, si quando recedit  
Spiritus et credit, Michael hunc ad loca reddit.
4. Fulgens splendore, nimio iam dignus honore,  
Praepositi more cunctos praecellis honore,  
Angelico flore transcendens cuncta decore,  
Daemonis horrore nos prives atque dolore.
5. Signifer o Christi, serpentem qui domuisti,  
Mors Antichristi monstrabit, quid valuisti.  
Iudicio sisti tua flabit dum tuba tristi,  
Per te caelesti patriae iungamur honesti.
6. Ante pericla maris in monte tuba veneraris,  
Apuliaeque paris mons est Garganus honoris,  
Quae loca praeclaris virtutibus auxiliaris,  
Pluribus a caris huc illuc saepe vocaris.
7. Dum Zabulon ussit Michael in monte reluxit,  
Divisum duxit fieri mare, dum retro fluxit,  
Israel eduxit, Aegypto barbaro cussit,  
Sic Deus hoc iussit, qui nobis propitius sit.
8. O primas hacie, paradisi satrapa die,  
Dux quoque militiae, ruit ex qua turma Goliae,  
Athleta iustitiae, felix assecla Mariae,  
Princeps ecclesiae, da nobis dona sophiae.
9. O vos felices per caeli dindima voces,  
Gabriel insignes bona qui nova fers super omnes,  
Vos cuncti celebres, Raphael, medicina cohaeres,  
Nos superum aves reddere, ferte preces.

Cod. Bolonien. (ol. Vedastin.) 97 saec. 15. — Der dunkle Text ist verlockend zu Konjekturen.

### 181. De sancto Nicolao.

- |   |  |
|---|--|
| <p>Sancte Dei, flos sanctorum,<br/>Nicolae, fons bonorum,<br/>Te praesumo invocare,<br/>Exaudire me dignare.</p> <p>5. Ego miser miserorum,<br/>Pressus mole peccatorum,<br/>Vocans ore te polluto,<br/>Hinc peccare multum puto.<br/>Sed quamvis sim tam indignus,</p> <p>10. Tam iniquus, tam malignus,<br/>Semper tamen, dum spirabo,<br/>Nomen tuum invocabo,</p> | <p>Novi, quam sis pius reis,<br/>Et quam clemens semper eis,</p> <p>15. Miserator miserorum,<br/>Exauditor peccatorum.<br/>Affuturas tam misellas<br/>Tu ditasti tres puellas,<br/>Ne coactae paupertate</p> <p>20. Privarentur honestate,<br/>Deum nimis offensurae,<br/>Per offensam periturae,<br/>Et ne ferrent hunc offensum,<br/>Expendisti tuum censum.</p> |
|---|--|

25. Has puellas sic ditatas,  
Castitati foederatas,  
Quas inferno abstulisti,  
Caelo dignas ostendisti.  
Me per carnis incentiva
30. Facientem tot nociva  
Non iam census largitate  
Sed fac castum pietate.  
Iuvenes tres morituros  
Et tres duces perituros
35. Tua ope liberasti  
Et ad vitam revocasti;  
Sic ereptum de aeterna  
Morte me duc ad superna  
Et per terras et per mare
40. Tua prece me dignare,  
Sancte pater, adiuvare,  
Post haec Deo commendare.  
O amice summe Dei,  
Offer pro me preces ei,
45. Ne me daemon sua fraude  
Ab ipsius trahat laude.  
O confessor gloriose,  
Caritatis copiosae,  
In me mitte caritatem
50. Propter tuam bonitatem;  
Meum feci te patronum,  
Patrem pium, patrem bonum,  
Ergo conserva me exilem  
Servum tuum, licet vilem.
55. Nicolae, iam cum sanctis  
Portans nomen triumphantis,
- Fac me hostes expugnare,  
Et pugnando triumphare.  
O Israelita vere,
60. Quam sis pius, fac nitere  
In hoc festo, quod tam bono  
Commendavi me patrono.  
O dulcedo pietatis,  
Quis tam mersus in peccatis
65. De salute desperavit,  
Si te pure invocavit?  
O miselli, qui peccatis,  
Qui peccando desperatis,  
Nicolauum invocate,
70. Nicolauum adclamate.  
Nam ex eius tumba manat  
Liquor, qui infirmos sanat.  
Pietate sic abundat,  
Semper fluit et redundat
75. Ad quoscunque tribulatos  
Vel peccatis aggravatos.  
O fons pie, cunctis patens,  
Ne sis mihi soli latens,  
Licet sim offensor Dei
80. Asto tamen tuae spei.  
Totum tibi me subieci,  
Dele, quidquid male feci.  
O dulcis super mel et lac,  
Custodi me in vita hac
85. Et post huius vitae cultum  
Me perduc ad Dei vultum,  
In quo summum est solamen,  
Ad quod dico semper Amen.

Orat. ms. Carthusian. saec. 15. Cod. Capit. Treviren. 116. A. — Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. B. — Orat. ms. Lehninnense anni 1518. Cod. Berolinen. IV° 29. C.

### 182. De sancto Nicolao.

- Salve, praesul gloriose,  
Sante Christi pretiose,  
Nicolae, castitati  
Virginumque paupertati
5. Copiose subvenisti,  
Mari nautas redemisti,  
Vita pene desperatos  
Atque morti condemnatos  
Innocentes tres milites
10. Totque servasti iuvenes.  
Simulacrumque Dianae  
Confregisti mox inane.  
Christianus suscitatus  
Et Iudaeus baptizatus
15. Tuis exstitit precibus,  
Baptizatur theloneus,  
Dum fur opes restituit,  
Quas tuae figurae tribuit.

- |                            |                         |
|----------------------------|-------------------------|
| His et aliis miraculis     | Impetra bene vivere     |
| 20. Decoratum innumeris    | Nobis et donum gratiae, |
| Te poscimus, piissime,     | 25. Ut delictorum venia |
| Ad Christum mentes dirige, | Nobis detur in patria.  |

Orat. ms. Gallicum saec. 15. Cod. Barberin. XI. 30. — 10 Totque subvenisti iuvenes. — 13 susitatus. — 17 instituit.

### 183. De sancto Nicolao.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Collaudemus digna laude,<br>Nicolai praeconia,<br>Qui relictæ mundi fraude<br>Vixit in sanctimonia.       | 6. Dum triticum conceditur,<br>Remansit integraliter,<br>Puer mersus nec laeditur,<br>Cum scypho venit pariter. |
| 2. Hic mox natus declinavit<br>A carnis desideriiis,<br>Et se semel lacte pavit<br>Quartis et sextis feriis. | 7. In bivio suscitatur<br>Oppressus fraudis vitio,<br>Et Iudaeus baptizatur<br>Auri viso indicio.               |
| 3. Hic virginum infamiam,<br>Patris earum inopiam<br>Ademit et vesaniam,<br>Dum auri dedit copiam.           | 8. Et sic plenus virtutibus<br>Vivens in hoc exsilio<br>Angelicis conductibus<br>Iunctus est Dei filio.         |
| 4. Pietate sic ornatus<br>Humilitate claruit<br>Et de caelis ordinatus<br>Episcopus vix paruit.              | 9. Eius, Christe, nos obtentu<br>Libro vitae fac inseri,<br>Ne cum malorum conventu<br>Poenis subdamur inferi.  |
| 5. Hic nautas a naufragio,<br>Tres iuvenes a gladio<br>Solvit suo suffragio,<br>Vinctos in mortis stadio.    | 10. Sit laus patri cum filio,<br>Sancto simul paraclito,<br>In unitatis solio<br>Horumque sine termino.         |

Cod. Palat. Vindobonen. (ol. Campen.) 883. saec. 14/15.

### 184. De ss. Petro et Paulo.

- |  |  |
|--|--|
| Petre, Paule, congaudete,<br>Servo vestro confavete.<br>Principes excelsi terrae,<br>O si possem nunc proferre                                     | 15. Vos estis et patres patrum,<br>Veri dilectores fratrum,<br>Clari caeli sine nube<br>Et doctorum altae tubae,<br>Fontes christianae legis |
| 5. Vobis laudes deauratas,<br>Hoc optarem, opes gratas,<br>Nam vos principales estis,<br>Ut est Christus ipse testis.<br>Vos praelati praelatorum, | 20. Et pastores Christi gregis.<br>Unus vas electionis,<br>Alter fons dilectionis,<br>Unus magnus praedicator,<br>Alter caeli reserator.     |
| 10. Principes apostolorum,<br>Vos columnae columnarum,<br>Lumina ecclesiarum,<br>Quarum primi plantatores,<br>Summi duces et rectores.             | 25. Quid virtutis, quid honoris,<br>Spei, fidei, amoris,<br>Quidquid decet paenitentem<br>Vel in bonis procedentem                           |

Aut in cunctis iam perfectum,  
 30. Vos praebetis iter rectum.  
 O patroni, vobis credo,  
 Ad vos spero, vobis me do,  
 Mala cuncta effugate,

Dona cuncta procurete,  
 35. Sic ut mihi sint in morte  
 Mox apertae caeli portae.  
 Pater, natus, sacrum flamen,  
 Unus Deus det hoc. Amen.

Orat. ms. Lehninense anni 1518. Cod. Berolinen. IV° 29. A. — Orat. ms. Carthusian. saec. 15. Cod. Capit. Treviren. 116. B. — Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. C.

### 185. De ss. Petro et Paulo.

1. Petre, gregis Christi pastor,  
 Carnis legis, qua infestor,  
 Sis destructor precibus,  
 Praedicator Paule gentis,  
 Elevator sis iacentis  
 In peccati faecibus.  
 2. Eia, Petre, tuis donis  
 Nunquam taetrae visionis  
 Me terror exterreat,  
 Ac ut iungar lucis aulae,  
 Fac, compungar, sancte Paule,  
 Sic, ut hostis corruat.  
 3. Tu dignare, Petre, mentem  
 Mihi dare nunc deflentem  
 Sordes cunctas vitii;  
 Vas electum, per lamenta  
 Fac me rectum, ut tormenta  
 Evadam suplicii.

4. Rogo, precem pro me funde,  
 Petre, necem qua confunde  
 Qua et me custodias,  
 Largitatem, Paule, patris,  
 Pietatem Christi matris  
 Me sentire facias.  
 5. Vasta spinam peccatorum  
 Et reginam, Petre, morum  
 Mihi fac propitiam,  
 Veritatis doctor bone,  
 Dictae satis in agone  
 Fac iuvamen sentiam.  
 6. Sic moderna fac percurram,  
 Ut aeterna non incurram,  
 Petre, loca flentium,  
 Sed largire finem sanctum,  
 Tollens dirae mortis planetum,  
 Paule, doctor gentium.

Orat. ms. Scotorum Vindobonen. 54 h 8. anni 1410. —

### 186. De sancta Petronella.

1. Salve, felix Petronella,  
 Florens ut rosa puella  
 Atque virgo egregia,  
 Beati Petri filia.  
 2. Salve, venusta facie  
 Ac mira pulchritudine,  
 Qua te comes ad copulam  
 Cupit, ut daret maculam.  
 3. Sed tu petis indutias,  
 Te ut aptes ad nuptias,  
 Sumpto Christi sacramento  
 Ipsum adis in momento.

4. Salve, mitis discipula  
 Mariae et pedisequa,  
 Cuius mores et opera  
 Erant tibi vitae norma.  
 5. Salve, quae sic profecisti  
 Disciplina matris Christi,  
 Cuius docta es exemplo,  
 Semper quod maneres virgo.  
 6. Salve, agri quae thesaurum  
 Invenisti pretiosum,  
 Propter quem et contempsisti  
 Mundum et quae habuisti.



188. De sancta Rosalia.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Ave, flos Rosalia,<br>Deo dans sponsalia<br>Silibaldi filia,<br>Ducis in Sicilia.                | 5. Crucifixum gnaviter<br>Contemplata suaviter<br>Lacrimis frequentibus<br>Facie fluentibus. |
| 2. Quae sub annis teneris<br>Molles sedes generis<br>Mutasti cum rigidis<br>Locis, antris frigidis. | 6. Hinc a caeli pueris<br>Contigit ut fueris<br>Saepe blande colita,<br>Consolari solita.    |
| 3. Parca somni, taedia<br>Fugiens, inedia<br>Corpus iugi macerans<br>Et flagellis lacerans.         | 7. Virginis in gremio<br>Quasi throni praemio<br>Vidisti caeli lilium<br>Considerare filium. |
| 4. Solo suco germinum<br>Usque vitae terminum<br>Caeli rore victitans,<br>Deo laudes dictitans.     | 8. Cuius ad aethereum<br>Thalamum, sidereum<br>Migrasti palatium,<br>Caelitum solacium.      |

9. Eia, nunc, Rosalia,  
Fac, ut pro Italia,  
Sic et nostra patria  
Fiat peste libera.

Cod. Mus. Lincen. s. n. saec. 17. — Dem Reime zufolge ist man versucht, auf ein höheres Alter des Liedes zu schliessen.

189. De sancto Sebald.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Adonai Deus, sis<br>laudabilis in saecula,<br>In iustis qui tuis<br>facis mirabilia.         | 5. Hinc devote visitat<br>limina sanctorum,<br>Iungens in itinere<br>se coetui bonorum.        |
| 2. Quorum de collegio<br>pium tu visistasti<br>Sebaldum, quem miraculis<br>deinceps decorasti.  | 6. Quibus patientibus<br>famem ministravit<br>Et eos tua gratia<br>pane caeli pavit.           |
| 3. Christi nam consilia<br>sequens se negavit,<br>Quem parens pridem Francia<br>delicate pavit. | 7. Vacuo de vasculo<br>propinavit merum<br>Sitiienti populo<br>te Deum laudans verum.          |
| 4. Inflammatur pariter<br>pneumatis ardore,<br>Eeremum quod petiit<br>iuventutis flore.         | 8. Ratisponam veniens<br>Birro transfretavit,<br>Ibi vitrum pauperis<br>confractum reformavit. |



9. Verbum Dei praedicans  
frequentius auditur,  
Haereticus hoc improbens  
ad mentum deglutitur.
10. Percussus ille protinus  
veniam petivit,  
Consecutus gratiam  
incolumis exivit.
11. Sebaldus vir divinitus  
ex glacie creavit,  
Ad quod necessarius  
se ipsum applicavit.
12. Mulieris animum  
hic ut revocaret,  
Caseum in lapidem  
vertit, quod apparet.
13. Caecus quidam oculis  
indebite privatus  
Per eum fuit pristinae  
sanitati datus.
14. A multis pro virtutibus  
crebro veneratur,  
Humana laus sed penitus  
ab eo refutatur.
15. Per spinas et tribulos  
iugiter meavit,  
Nudos pedes proprio  
in cruore lavit.
16. Suae mortis tempore  
Nuremberck inivit,  
Septembris quartodecimo  
Kalendas obivit.
17. Cuius felix anima  
per angelos suscepta  
Coronam vitae citius  
caelestis est adeptata.
18. Iumentis ab indomitis  
corpus vehebatur  
Sorte data, stant et haec  
hic, ubi tumultatur.
19. Ex equis et feminam  
in super liberavit  
Circulus de feretro,  
quae cereum levavit.
20. Barba qui delusit hunc  
electum, verberatur  
In faciem ab eo tunc,  
ocello quod privatur.
21. His es multis talibus  
tu, Deus, visitasti  
Sebaldum virtutibus  
eumque sublimasti
22. Cum sanctis aeternaliter  
in aedibus polorum,  
Trinus unus per saecula  
qui regnas saeculorum.
23. Ergo nunc suppliciter  
te, Deus, exoramus,  
Majestati iugiter  
et tuae supplicamus,
24. Ut qui tantam gratiam  
beato contulisti  
Sebaldus, quem in Nuren-  
berck  
patronum elegisti,
25. Velis nos defendere  
ab universis malis  
Tuaeque protegere  
divinitatis alis,
26. Ne tentationibus  
a Satana vincamur  
Et [in] criminalibus  
peccatis moriamur,
27. Ut cum bonis operibus  
nostra finiatur  
Vita et salubrius  
a te nobis dicatur:
28. Properate citius  
ad vestrum patronum,  
Canticum angelicum  
cantantes ante thronum.

29. In quo me videbitis  
claritate tanta,  
Quae non computabitis  
qualis sit et quanta.
30. Hoc praesta, Deus genitor,  
hoc praesta, unus natus,  
Praestet hoc aequaliter,  
qui est amborum flatus.

31. Praestet sancta trinitas  
solius deitatis,  
Ut laetemur iugiter  
in aevum cum beatis.

Cod. Palat. Vindobonen. 3301 saec. 16. — 14, 1 per virtutibus. — 18, 3 stans. — 19, 2 in suis. — 24, 3 Sebaldum. — 25, 4 divitis sub alis.

### 190. De sancto Sebastiano.

1. Ave, dux Sebastiane,  
Narbonensi civitate  
Corpore progenitus,  
Urbis post Mediolanae  
Civis, prudens et amate,  
Perornate caelitus.
2. Ave, tiro christiane,  
Strenue Sebastiane,  
Fac nos cuncta mentis sanae  
Vincere contagia.  
Ave, praecellens athleta  
Christi, fac nos mente laeta  
Peccatorum labe spreta  
Consequi caelestia.
3. Ave, miles laudis mirae,  
Cui parem invenire  
Nullus tunc praevaluit,  
Quando corpore manebas  
Terris, cunctos praecllebas,  
Et hoc clare claruit.
4. Ave, virtutum patrator,  
Veri caelibatus amator  
In te et in ceteris;  
Ave, Iesu praedicator,  
Esto nobis defensator  
Animae et corporis.
5. Ave, qui sagittas passus  
Ut esses ericjo  
Similis, nec ob hoc lassus  
Perstabas in atrio  
Obiurgans imperatores  
Impugnantes bonos mores,  
Qui tandem te peremerunt  
Fustibus et absconderunt,  
Ut non honorareris  
A christianis veris.
6. Ave, qui es relevatus,  
Ut tumulareris,  
Sis pro nobis exoratus,  
Ut propitieris,  
Et pro nobis semper ora,

Quod nunc et in mortis hora  
Caeli pane satiemur  
Et in Christo gloriemur  
Hic et regno caelorum;  
Quod da, Deus deorum,  
Per omnia saecula saeculorum.

Cod. Palat. Vindobonen. (ol. S. Dorotheae) 4724. saec. 15.

191. De sancto Sebastiano.

O quam mira refulsit gratia  
 Sebastianus, martyr inclitus,  
 Qui militis portans insignia,  
 Sed de fratrum palma sollicitus  
 Confortavit corda trementia  
 Verbo sibi collato caelitus.

Orat. ms. Carth. Colonien saec. 15. Cod. Colonien. 28. A. — Orat. ms. Burgundicum saec. 15. Cod. Palat. Vindobon. 1862. B. — Heures a l'usage de Rome imp. Parisiis s. a. [1516] C. — Offic. B. M. V. sec. usum Romanum imp. Parisiis [Kerver] 1501. D. — Offic. B. M. V. sec. usum Romanum imp. Parisiis [Hardouyn] s. a. [1509]. E. — Heures a l'usage de Romme imp. Parisiis [Poytevin] 1502. F. — 5 corda pasentia B, lies paventia B. — 6 Domino sibi B, lies Dono sibi.

192. De sancto Sebastiano.

- |                                |                               |
|--------------------------------|-------------------------------|
| O sancte Sebastiane,           | Zoe mutam tu sanasti          |
| Semper, vespere et mane,       | Et sanatam restaurasti        |
| Horis cunctis et momentis,     | Nicostrato eius viro,         |
| Dum adhuc sum sanae mentis,    | Hoc faciens modo miro.        |
| 5. Me protege et conserva      | 25. In agone consolabas       |
| Et a me, martyr, enerva        | Martyres et promittebas       |
| Infirmiorem noxiam,            | Eis sempiternam vitam         |
| Vocatam epidimiam.             | Et martyribus debitam.        |
| Tu de peste huiusmodi          | O martyr Sebastiane,          |
| 10. Defende me et custodi      | 30. Tu semper nobiscum mane,  |
| Et omnes parentes meos,        | Atque per tua merita          |
| Qui nos confitemur reos        | Nos, qui sumus in hac vita,   |
| Deo et sanctae Mariae          | Custodi, serva et rege        |
| Et tibi, o martyr pie.         | Et a peste nos protege        |
| 15. Tu, Mediolanus civis,      | 35. Praesentans nos trinitati |
| Hanc pestilentiam, si vis,     | Et virgini sanctae matri      |
| Potes facere cessare           | Et sic vitam finiamus,        |
| Et a Deo impetrare,            | Quod mercedem habeamus        |
| Quia a multis est scitum,      | Et martyrum consortium        |
| 20. Quod de hoc habes meritum. | 40. Ac videre Deum pium.      |

Orat. ms. Pollingense saec. 15. Clm. Monacen. 11908. A. — Orat. ms. Carthusian. saec. 15. Cod. Capit. Treviren. 116. B. — Orat. ms. saec. 15. Cod. Palat. Vindobonen. 4106. C. — Sequent. ms. saec. 14/15. Cod. Parisin. 17309. D. — Clm. Monacen. (ol. SS. Udalrici et Aefrae) 4423. anni 1481. E. — 1. O fehlt CE. — 7. Infirmiorem maximam E. — 15. Mediolonensis A. — 21. Ecce mutam E. — 22. destituiisti E. — 23. Inconstricto eius E. — 26. Et martyres promittebas E. — 31. Semper per tua E. — 39. Ut martyrum consortio A. — 40. Caeli fruamur merito A. — In D steht das Lied als Sequenz mit seiner Melodie; es ist aber ursprünglich Reimgebet, wie ganz abgesehen vom Auftreten des Liedes in den Hss. Form und Fassung desselben bezeugen.

193. De sancto Servatio.

1. O praesul mitissime,  
Sanctus et benignus,  
Servati sanctissime,  
Omni laude dignus.
2. Gloria tua redolet  
In orbe terrarum,  
Mundus iustum te concrepet  
Omnium caesarum.
3. Tuam doctrinam inclitam  
Illaesam servasti  
Absque ruga et macula  
Sponsamque amasti.
4. Dona nempe, a Domino  
Quae tibi collata,  
Impertire tuo famulo,  
Et sunt Deo grata.
5. Tibi fuerat tradita  
Potestas ligandi,  
Ut ablueres scelera  
Clave absolvendi.
6. Nam balsamo iucundior  
Vita tu fragrans,  
Ad laborandum pronior,  
Totum mundum sanans.
7. Precibus nunc flagito  
Tuum consolamen,  
Totis viribus rogitō  
Fortius iuvamen.
8. Cum in hoc mundo degimus  
Ab hoste [non] securi,  
Iudicio timebimus  
Saeculi futuri.
9. Cum hostis accusaverit,  
Nobis tunc assistas,  
Quousque fugam dederit,  
A nobis nec desistas.
10. Sed funde preces iugiter,  
Ut tecum laudemus,  
Corregnando perenniter  
Domino assistemus.

Orat. ms. Lehninense anni 1518. Cod. Berolinen. IV° 29. — 8, 3 ne timebimus.

194. De sancto Servatio.

1. Salve, pater et patrone,  
Servati sanctissime,  
Sis protector in agone  
Horae mortis ultimae.  
Nazaraeus ieiunabat  
Omni die strictius,  
Quem Servatium vocabat  
Summi Dei nuntius.
2. Iesu Christi tu cognatus  
Carnis ex propagine,  
Tu servator nobis datus  
Proprio de nomine,  
Adulescens peregrinus  
Urbis Ierosolymae,  
Factus presbyter divinus  
Vivendo castissime.
3. Insignis propheta Christi  
Tungrim, urbem regiam,  
Destraendam praedixisti  
Atque totam Galliam;
- In activa stabas vita  
Cunctis benefaciens,  
Diva carpens eremita,  
Totus Deum sitiens.
4. Tu praeclarus propugnator  
Fidei catholicae  
Et fidelis exprobrator  
Tabis avaritiae,  
Signa fiunt, fontes scatent  
Per te multis vicibus  
Et arcana Dei patent  
Tuis in sermonibus.
5. Tu apostolus vocaris,  
Missus ab Armenia,  
Et in omni lingua faris  
Docens Christi nuntia,  
Ligas, solvis a peccatis  
Virtute deifica,  
Tibi Petrus clavem gratis  
Vi dat apostolica.

- |   |  |
|---|--|
| <p>6. Quamquam martyr cruentatus<br/>         Non sis datus gladio,<br/>         Palma martyris privatus<br/>         Non es desiderio,<br/>         Fustibus et pugnis caedit<br/>         Te offendens Tungria,<br/>         Et te gens Hunnorum laedit<br/>         Captans in Italia.</p> | <p>7. Dum servasti caelibatum,<br/>         Virginem te dixerim,<br/>         Angelis te conservatum<br/>         In hac vita noverim,<br/>         Tua vita gloriosa<br/>         Resplendet miraculis,<br/>         Mors et tua pretiosa<br/>         Fiet cunctis saeculis.</p> |
|---|--|

Cod. Bruxellen. (ol. Traiecten.) 8404—8409. saec. 16. — 3, 7 Divina  
 carpens. — 3, 8 Toto Deum. — Vor dem Liede befindet sich noch folgende  
 nicht dazu gehörige Strophe:

O patrone,  
 Pastor bone,  
 Servati sanctissime,  
 Pro me Deum  
 Ora meum  
 Et a malis redime,  
 Duc ad vitam  
 Infinitam,  
 Ubi salus animae.

### 195. De sancto Sigismundo.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Sanctus hic vir Sigismundus,<br/>         Rex Burgundis oriundus<br/>         Fulget hic miraculis,<br/>         Sanctitate mira claret.<br/>         Quis non odas sibi daret<br/>         Cordis ac suspiria?</p>     | <p>3. Ergo, sancte Sigismunde,<br/>         Preces Christo pro me funde,<br/>         Fer, praebe auxilium,<br/>         Meae da fragilitati<br/>         Modicaeque parvitati<br/>         Vires, robur, praemium.</p> |
| <p>2. Nam dum Christum deprecatur,<br/>         A supremis sibi datur<br/>         Potestas in infimis,<br/>         Morbos sanat et aegrotum,<br/>         Caecis visum, claudis motum<br/>         Dat claris indiciis.</p> | <p>4. Da menti prava vitare,<br/>         Corde Christo insudare<br/>         Vera mentis latria,<br/>         Da post huius vitae mortem<br/>         Deum intueri fortem<br/>         In caelesti patria.</p>         |

Orat. ms. Tegurinum saec. 15. Clm. Monacen. 20124. — 4, 2 Toto corde  
 Christo insudare.

### 196. De sancto Sixto.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Ave, pater et Domine,<br/>         Sixte, te Dei nomine<br/>         Imploro, ne me deseras,<br/>         Sed pro me preces offeras</p> | <p>Altissimo, ne peream,<br/>         Sed hostibus praevaleam<br/>         Cunctis et in virtutibus<br/>         Per te perorner omnibus.</p> |
|---|---|

2. Ave, pater omnis orbis,  
Pie Sixte, altis morbis  
Nostris pie miserere  
Fac vitæque nos gaudere  
In anima et corpore  
Nunc et in omni tempore,  
Sed præcipue peccatis  
A nobis procul fugatis.
3. Ave, doctus Graeciæ,  
Flos exortus ab Athenis,  
Prius philosophiæ  
Scriptis mundis pompis plenis,  
Sixte, qui floruisti,  
Sed ipsam reliquisti  
Teque subdidisti  
Suavi iugo Christi.
4. Ave, dulcis domine,  
Tibi cupio placere,  
Hinc in Iesu nomine  
Te exoro, miserere
- Nunc mihi peccatori,  
Qui tibi preces fundo,  
Non me permittas mori  
Peccatorum profundo.
5. Ave, Sixte peroptime,  
Post Petrum papa septime,  
Per quem septenum numerum  
In te virtutum cumulum  
Completem esse novimus,  
Unde potes, quod petimus,  
Nobis et cunctis subditis  
Prodesse sanctis meritis.
6. Ave, martyr et pontifex,  
Virtutum potens artifex,  
Sixte, praesul Romanorum,  
Hinc fidelium cunctorum,  
Sed nobis specialis,  
Qui degimus sub alis  
Tuis, quis confovemur,  
Adesto, ne damnemur.
7. Ave, Sixte beate,  
Praedulcis et amate,  
Qui tibi supplicamus,  
Fac tecum gaudeamus  
In summis caelorum  
Per saecula saeculorum.

Cod. Palat. Vindobonen. (ol. S. Dorotheae) 4724. saec. 15.

197. De ss. Sixto et Sebastiano.

1. O patroni venerandi,  
Recolendi et amandi  
Et laude dignissimi,  
Sixte et Sebastiane,  
Vobis nos et nostra sane  
Conservetis optimi,
- Sixte praesul, alter miles,  
Ambo proceres heriles,  
Nos peccatis nimis viles  
Preces damus, sed exiles,  
Audire dignemini.
2. Vestri sumus, non negamus,  
Vobis nostra vota damus,  
Ceu valemus et laudamus,  
Rogantes, quod placeamus  
Vobis, pii domini;
3. Nos in malo statu sumus  
Et déficitimus ut fumus,  
Iuvate, carissimi,  
Et adeste nobis semper  
Et salvate nos potenter,  
O patroni optimi.

4. Primus pater spiritalis,  
Alter tutor temporalis,  
Defendatis nos a malis  
Confoventes piis alis,  
Ut digne laudemini,  
O benigni domini.

Cod. Palat. Vindobonen. (ol. S. Dorotheae Vindobonen.) 4724 saec. 15. —  
Sixtus und Sebastian waren die Patrone von Herrenchiemsee.

198. De B. Stanislao Casimirano.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Contemplator trinitatis,<br>Recens rosa castitatis,<br>Flos oboedientiae,<br>Stanislae, lacrimanti<br>Assis et te imploranti,<br>Iubar sanctimoniae.          | 5. Praelecte, tu dignare<br>Peccatori impetrare<br>Mihi Christi veniam,<br>Ut sic possim respirare<br>Et excessus emendare<br>Consecutus gratiam.                |
| 2. Funde preces, flecte Deum,<br>Ut illustret pectus meum,<br>Ad te mentem erigo,<br>Ut sim salvus tuo dono,<br>Meam in te spem repono,<br>Te patronum eligo.    | 6. Confer vitae sanctitatem<br>Corporisque sanitatem,<br>Da quieta tempora,<br>Auge meram caritatem,<br>Cordis tolle pravitatem,<br>Me languentem roboram.       |
| 3. Verbi Dei praedicator,<br>Fervens virtutum amator,<br>Gemma pudicitiae,<br>Vagos stringe cogitatus,<br>Per te in me firmus status<br>Regnet continentiae.     | 7. O lucerna, flos virtutum,<br>Nobis praebens iter tutum,<br>Stella lucens saeculo,<br>Iubar tuae claritatis<br>Me defendat a peccatis,<br>Tollat ab ergastulo. |
| 4. Sensus firma fluctuantes,<br>Hostes fuga conturbantes,<br>Comprime daemoniam,<br>Firma mentem, iram frena,<br>Confer pacem, cor serena,<br>Aufer adversantia. | 8. Vitae meae rege cursum<br>Ac post mortem trahe sursum,<br>Confer caeli gaudia,<br>Ubi Deum contemplari<br>Iustisque associari<br>Merear in gloria.            |

Compendium variarum devotionum in ordine Canonicorum regularium  
Lateranensium Congregationis Cracoviensis absolvi solitarum. Cracoviae  
typis aademicis collegii maioris 1778. Aus den Verhältnissen des Reimes  
ist auf ein höheres Alter des Liedes zu schließen. — In den Acta SS. (Mai  
VII, 563) als „Hymnus“ u. z. „ex ms. latino“.

199. De sancto Stephano.

Tu qui formam caritatis  
Doces in certamine,  
Es defensor veritatis  
Plenus sacro flamine,  
Qui clamas pro sceleratis:  
Parce eis, Domine,

Serva tuis a peccatis,  
Protomartyr Stephane.  
Funde preces pro dovoto  
Tibi nunc collegio,  
Ut tuo propitiatus  
Interventu Dominus  
Nos purgatos a peccatis  
Iungat caeli civibus.

Orat. ms. saec. 15. Cod. Collegii SS. Trinitatis Oxonien. 13.

### 200. De sancto Stephano.

1. Stephanus Israelita,  
Legis ordine levita,  
Fide praestans, probus vita,  
Plenus septem munerum,  
Timens Deum, servus bonus,  
Dulce Christi ferens onus,  
Ab ecclesia patronus  
Est electus pauperum,  
Expers labe vitiorum  
Ob prodigia signorum  
Praedicans discipulorum  
Augmentavit numerum.
2. Pollens actu, verbo clarus,  
Lucens mundo, Deo carus,  
Legis Dei non ignarus,  
Constans in iustitia,  
Huic dono singulari  
Protomartyr appellari  
Datum est et contemplari  
Dominum in gloria.  
Ad tormentum iudicatus,  
Poenis magnis lapidatus,  
Christum sequens est precatus  
Pro lictorum venia.
3. Novum psallere concentum  
Caeli credimus conventum  
Propter martyris adventum,  
Purpurati sanguine,  
Ubi cum sanctorum coetu  
Semper gaudet absque fletu  
Fruiturque sine metu  
Vultus Dei lumine.  
Sancte signifer regalis,  
Mortis victor triumphalis  
Supplica pro nobis malis  
In extremo turbine.

Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521.

### 201. In Inventione s. Stephani.

1. O sanctorum splendor, Deus,  
Ecce, plus quam Helisaeus  
Hic virtutum Stephanus,  
Cuius ossa pullulare  
Facis iam de terra clare  
Saeculi conspectibus.
2. Ad contactum quorum plures  
Reviviscunt et odores  
Sunt medelae languidis,  
Super pedes stant confracti,  
Caeci, surdi, muti, tacti  
Variis incommodis.



3. Recte calatho rosarum  
Demonstrantur rubearum,  
Nam reflorent denuo,  
Mundo paene senescente  
In salutem sunt inventae,  
Ut spirent continuo.
4. Stillant caeli, terra gignit,  
Tua virtus cum insignit  
Martyris reliquias,  
Quibus erant sociati,  
Diu satis occultati,  
Nicodemus, Abibas
5. Et Gamaliel, legalis  
Doctor, cuius praedialis  
Sinus has gestaverat,  
Hic persuaso Luciano  
Eas loco de profano  
Tolli demandaverat,
6. Usquequo non aperiret  
Tumulos, cum iam saeviret  
Ira Dei in populo,  
Praesul, sub quo revelandi  
Erant, simul sublevandi  
Revoluto loculo.
7. Auditui fit gaudium,  
Exsultant in vi plausuum  
Ossa humiliata,  
Aperiuntur tumuli,  
Tolluntur loco humili  
In Sion collocata.
8. Sicca licet vehementer,  
Vivunt tamen evidenter  
Mira rerum gratia,  
Insufflavit vis divina  
His, ut essent medicina  
Per terrarum spatia.
9. Quattuor a ventis venit  
Spiritus, qui ossa lenit  
Commovens ad sonitum,  
Totus orbis ut agnoscat  
Sicque spem salutis poscat  
Horum ad introitum.
10. Hinc prodigia, hinc signa  
Redeunt, quae vivis digna  
Fecerat memoria,  
Mortuum prophetat corpus,  
Non est monstrum neque  
morbus  
Iam non carens scoria.
11. Tua virtus est haec, Christe,  
Tuus grandis honor iste  
Tuaque dignatio,  
Qua dilectum sic sublimas,  
Ut tironum ipse primas  
Sit mundi gloriatio.
12. Dum non solum laureatus  
Spiritu, sed declaratus  
Corpore claresceret,  
Ut virtutum instrumentum  
Passionis ob tormentum  
Palmanque capesceret.
13. Quod post lustra tot revelas,  
Non relinquis neque zelas,  
Sed vis palam pateat,  
De te martyr gloriatur,  
Ut hic ibique beetur  
Neque usquam lateat.
14. Nos vita tantum vivimus,  
Post mortem nihil possumus,  
Quo nomen celebremus;  
Iste sanctus iam post fata  
Magis lucet ope grata  
Miraculis supremus.
15. Sit proinde laus immensa  
Tibi Deo nunc impensa,  
Sit perennis gloria,  
Sanctum tuum qui dignaris  
Tantum, per quem operaris  
Tanta mirabilia.
16. Ipso nobis obtinente  
Prece tam indesinente  
Atque sacris meritis  
Praesta, Deus, ut purgemus  
Mala, quae commissa flemus  
Dolentes de praeteritis.

17. Hinc certemus mente pura,  
 Ne sit carnis ulla cura  
 Acta desideris,  
 Sed iam in anteriora  
 Contendamus omni hora  
 Spretis saeculi feriis.
18. Da, ut Christum, quem mon-  
 stravit  
 Plebi, dure qui hunc stravit,  
 Nobis reconciliet  
 Et placatum det videre  
 Comprehensumque tenere,  
 Unde non exsiliat.
19. Ad amplexus dulces Christi  
 Constringamur nece tristi  
 Effugata penitus,  
 Non in quavis parte sola,  
 Sed vestiti dupla stola  
 Iucundemur caelitus.

Orat. ms. Lehninense anni 1518. Cod. Berolinen. IV° 29. — 3, 1 Recte calcato.

202. De sancto Thoma.

1. Sancte Thoma, princeps mundi,  
 Fac me, quaeso, non confundi  
 Ob culparum gravitatem,  
 Fac me tuam dignitatem  
 Digne semper exaltare  
 Et devote invocare.
2. Christum tantum dilexisti,  
 Mori secum quod cupisti  
 Dicens: et nos gradiamur  
 Et cum illo moriamur.  
 Exquiris nec prius scitam  
 Viam, veritatem, vitam.
3. Non credendo Christi miris  
 Veram fidem experiris,  
 Tangendo humanitatem  
 Es confessus deitatem,  
 Inde nobis fortitudo  
 Crescit et beatitudo.
4. Veritatem sic expertus  
 Hinc fis Christi testis certus,  
 Magnus mundi praedicator,  
 Trium regum baptizator,  
 Commendaris Christi ore,  
 Te fidelem servum fore.
5. Nam quod lucrum acquisisti,  
 Totum Christo attulisti,  
 Contemplator o caelestis,  
 Tu in nuptiarum festis  
 Semper caelum intuendo  
 Nil edendo vel bibendo.
6. Tuae carnis es afflictor,  
 Castitatis benedictor,  
 Es in donis thesaurorum  
 Pius pater egenorum  
 Et palatii fundator,  
 Fratris regis suscitator.
7. Ipsum regem sic repente  
 Acquiris cum multa gente,  
 Omnes aegros hic sanando  
 Transis inde praedicando,  
 Lanceis post perforaris  
 Et sic martyr coronaris.
8. Errorum tu es contemptor,  
 Perfidorum es peremptor,  
 Nam nunquam in civitate,  
 Qua iaces in veritate,  
 Vivit quis haereticorum,  
 Iudaeorum, paganorum.
9. Digitis, cum quibus Christi  
 Sacrum latus tetigisti,  
 Sacramentum praebes dignis,  
 Denegando hoc indignis,  
 Et hoc fit in manifesto  
 Omni anno tuo festo.
10. Vere signum tale, tantum  
 Nunquam fit per quemquam  
 sanctum;  
 O mi princeps tam praeclare,  
 Praeelecte mihi care,  
 Quamvis sim peccator totus,  
 Tibi tamen sum devotus.

11. Te honoro teque amo,  
Te requiro, ad te clamo,  
Firma me in castitate,  
Spe, fide et caritate,  
Fac mē Deo sic servire,  
Ne contingat me perire,  
Duc per viam veritatis  
Me ad vitam claritatis  
Statim, cum amittam flamen;  
Verus Deus det hoc. Amen.

Orat. ms. Carthusian. saec. 15. Cod. Capit. Treviren. 116. A. — Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. B. — Miss. ms. Belisianum saec. 15. Cod. Bruxellen. 9786—90. C. — Orat. ms. Lehninense anni 1518. Cod. Berolinen. IV° 29. D. — 1, 1 Gaude Thoma D. — 3, 1 Tunc credendo D. — 7, 3 tunc sanando D. — 7, 4 Transis hinc D. — 8, 1 es fehlt D; O errorum tu contemptor AB. — 8, 2 tu es C. — 10, 1 tale tuum C. — 11, 10 Deus verus A.

203. Mira consonantia sanctorum Thomae apostoli et Thomae archiepiscopi et martyris.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Duae stellae claritatis<br>Verum solem aequitatis<br>Ambiunt in medio,<br>Thomas Thomasquesuntstellae,<br>Sol est virginalis cellae<br>Proles in praesaepio.     | Hi natales, hic natalis,<br>Licet aliter sit talis<br>Causam habens aliam.  |
| 2. Centrum, cum quo laterantur,<br>Pari tomo contemplantur<br>Hinc inde dispositi,<br>Sed hi caelis orientes<br>Ortum Christi sunt cingentes<br>In terrenis positi. | 5. Sicut temporum nascendi,<br>Sic locorum patiendi<br>Consonat distantia,<br>Ut a multis est assertum<br>Et videtur scripto certum<br>Quadam cum historia. |
| 3. Militum, qui stipant regem,<br>Festa servant, cum his legem<br>Eundem per ordinem,<br>Primum dedit rex priori,<br>Postremum posteriori<br>Iuxta rectitudinem.    | 6. Prior Thomas ad aurorae<br>Limen sitam Indiam,<br>Alter purpurat cruore<br>Sub occasu Angliam.   |
| 4. Lustratores dies bini<br>Utrique diei quini<br>Signant praeminentiam,  | 7. Qui, quod crucifixi dico<br>Propter agni victimam,<br>In telluris umbilico<br>Vallant Ierosolimam.   |
|   | 8. Thomas est apostolus<br>Et patronus caelicus,<br>Thomas est filiulus<br>Et vir apostolicus.  |

- |   |  |
|---|--|
| <p>9. Hic primorum legatorum<br/>Unus est in serie,<br/>Hic legatus et primatus<br/>Culmen tenens Angliae.</p> <p>10. Ambo patres est pastores<br/>Oleique filii,<br/>Primus reserat canores<br/>Clausos nece socii.</p> <p>11. Cantica, quae cessavere<br/>Fleute Cantuaria,<br/>Primi contigit patere<br/>Post ad natalitia.</p> <p>12. Ferro primus perforatur,<br/>Et secundus trucidatur<br/>Ferri saevis ictibus,</p> | <p>Hic in paganorum fano,<br/>Hic in metropolitano<br/>Templo sacro cultibus.</p> <p>13. Sic natalem salvatoris<br/>Thomae saepit iunioris<br/>Senisque nativitas,<br/>In prioris festo natum,<br/>Nono die coronatum<br/>Reddit immortalitas.</p> <p>14. Ergo simus mente sursum,<br/>Ut post vitae nostrae cursum<br/>Nobis meta posita<br/>Nos cum coetu angelorum<br/>Christus iungat per amborum<br/>Preces atque merita.</p> |
|---|--|

Cod. Trecon. (ol. Claraevallen.) 990. saec. 12. add. saec. <sup>12</sup>/<sub>13</sub>. — 2, 2 thomo,  
unter Anspielung auf Thomas.

204. De sancto Udalrico.

- Salve, praesul bone, miserorum fide patrone,  
Udalrice, grate pugil Christique beate,  
Nobilis et miles, actus omnino viriles  
Qui perfecisti, pugnans pro nomine Christi
5. Sub floridis annis cum saevis namque tyrannis,  
Quos tu vicisti, licet aspera multa tulisti.  
O praesul mitis, palmas verae quoque vitis,  
Nomine pro Christi passus qui multa fuisti,  
Ecce, triumphasti, cunctos hostes superasti,
10. Nunc iucundaris aliqua nec mole gravaris,  
Corregnans laetus Christo sine fine quietus.  
Eia, praedigne, pie, clemens, large, benigne,  
Ob Christi nomen, per quod sortitus es omen  
Tanti dulcoris et veri culmen honoris,
15. Me miserum, qui te nunc pulso, respice mite  
Iugiter orando pro me semperque iuvando,  
Ut mea sit vita virtutum luce polita  
Deque malis tuta mundi curisque soluta.  
Omnem languorem mentis carnisque dolorem
20. In me tua cura removeque tua prece pura,  
Reprime nocturnos hostes pariterque diurnos,  
Ne spolient, tundant, alia mihi vel mala fundant.  
Ast obitus hora pietate tu mihi rora,  
Gratum solamen mihi sis et dux ad ovamen.
25. Regni caelorum, gaudens ubi turma piorum  
Concinit ante Dei vultum carmen iubilaei.  
O flos caelestis, pia dans solamina maestis,

- Ora pro cunctis vivis et corpore functis,  
Ut vivis detur venia, pax et cumaleatur,  
30. Detur et aeterna lux functis aede superna.  
O praesul invicte, si quisquam veneratur te  
Te prece pulsando vel digne te venerando,  
Hic, si turbatus fuerit, languore gravatus  
Aut paupertate quacunque vel anxietate,  
35. Per te sanetur, ditetur vel laetificetur.  
Praestet plasmator hominum pius et miserator,  
Omnipotens Dominus, qui regnat trinus et unus.

Clm. Monacen. 8394. saec. 15. A. — Orat. ms. Tegurinum saec. 15.  
Clm. Monacen. 20124. B.

### 205. De sancta Ursula.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Virgo prudentissima,<br>Ursula regalis,<br>Decorata sanguine<br>mortis triumphalis,<br>O clemens, ab omnibus<br>me defende malis,<br>Ne unquam me cruciet<br>flamma gehennalis.    | 4. Virgines sanctissimae,<br>pro me supplicate,<br>Domini clementiam<br>mihi impetrate<br>Atque omne noxium<br>a me propulsate<br>Vestroque consortio<br>me associate.                |
| 2. Regi praeclarissimo<br>Britannorum nata<br>Filioque Angliae<br>regis desponsata,<br>Undecim es milibus<br>virginum dotata,<br>Cuncta dele crimina<br>a me perpetrata.              | 5. Laudis huius canticum<br>a vestro conceptum,<br>Heu, indigno famulo<br>vobis sit acceptum,<br>Et a poenis tartari<br>me per vos ereptum<br>Gaudeam et gratia<br>Dei circumsaeptum. |
| 3. Sanctorum reliquias<br>Romae visitastis<br>Papamque cum pluribus<br>sanctis congregastis,<br>Cum quibus Coloniae<br>mortem tolerastis<br>Et ad caeli nuptias<br>pariter intrastis. | 6. Ad vos felicissimas,<br>angelis aequales,<br>Suspiro feliciter,<br>petens, quod larvales<br>Facies non videam<br>neque infernales,<br>Sed per vos possideam<br>sedes aeternales.   |

Orat. ms. Lehninense anni 1518. Cod. Berolinen IV° 29.

### 206. De sancta Ursula.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Uale, Venus Agrippinae,<br>Cui latae sunt reginae<br>Vice dotis peregrinae<br>Clarae bis athletae quinae,<br>Undena demum milia, | Regis nata Britannorum,<br>Gaude, victrix tyrannorum,<br>Theotheca paganorum,<br>Cephas gregis Anglicorum<br>Velantium per maria. |
|---|---|

2. Salve, turma virginalis,  
Vernans Ursulae sub alis,  
Gaza ducis immortalis,  
Quam necavit gens Hunnalis  
    Coloniae cis moenia.  
Unde coetus Seraphici,  
Iubilo canunt Anglici,  
Tremiscunt daemoniaci,  
Evanescunt barbarici,  
    Tota gaudet Almannia.
3. Laetare, Sion filia,  
Cum hymnis ducens lilia,  
Post agnum psallens gloria  
In tuba Neomenia  
    Chorizas cum laetitia.  
Ad has choreas gaudio  
Nos florens transfer contio,  
Ut tecum in tripudio  
Fruamur Dei filio  
    In summi regis curia.

Orat. ms. Franciscanum saec. 15. Cod. Londinen. Reg. 2 A II. — 1, 7  
doctrix tyrannorum.

### 207. De sancta Ursula.

1. O Christi martyr Ursula,  
    Deo praelecta,  
Quae de stirpe regia  
    Crederis profecta,  
Tu pro Christi nomine  
    Martyr es effecta,  
Mea per te omnia,  
    Rogo, sint protecta.
2. Tua sancta castitas  
    Ad te copulavit  
Praesules et virgines,  
    Deus quas optavit,  
Sed tyranni feritas  
    Has martyrizavit,  
Christus quas in gloria  
    Secum collocavit.
3. Hinc te precor, Ursula,  
    Tua cum cohorte,  
Aliquod solacium  
    Mibi fer in morte,  
Contra hostes singulos  
    Sis tutamen forte,  
Ut polorum pateant  
    Mibi per te portae.
4. O vos almae virgines,  
    Martyres beatae,  
Quae cum ipsa Ursula  
    Truci morti datae  
Estis, non pro crimine  
    Sed pro castitate,  
Mortis in articulo  
    Vos me visitate.
5. Precor et, ut sentiam  
    Vestra sancta prece  
Largam Christi gratiam  
    Mibi missam de se,  
Ut purgari valeam  
    A peccati faece  
Et salvari merear  
    Ab aeterna nece.

Cod. Palat. Vindobonen. 4087. saec. 15. — 1, 4 Crederis esse profecta. —  
3, 1 sancta Ursula. — 4, 5 Estis fehlt

II.  
**MORALIA.**

---





208. De Amore Christi.

1. Si mihi vis firmare  
Iurato foedere,  
Quod nil velis amare,  
Me solum quaerere,  
Promitto plura dare,  
Me tibi iungere,  
Cuncta bella domare,  
Ut possis superare,  
Vires tribuere.
2. Imprimis cor consulta,  
Quid vis eligere?  
Requirunt, ecce, multa  
Tuum diligere,  
Sed vide, ne sis stulta,  
Cura distinguere,  
Si sum eligendus,  
Cunctisque praeponendus,  
Noli me spernere.
3. Ego natura Deus  
De patre prodiens,  
Ut mundaretur reus  
In matrem veniens,  
Factus pauper Ebraeus,  
In cruce patiens  
Patenter demonstravi,  
Quod nimis te amavi  
Tam magna faciens.
4. Dicis ad amatores:  
Quid pro me facitis?  
O carnales amores,  
Vos me inficitis,  
O vos, mundani flores,  
Cito deficitis,  
O mali suggestores,  
Ad aeternos ardores  
Vos me conducitis.
5. De me nihil habebis  
Nisi solacium,  
Nunc modicum censebis  
Mentale gaudium,  
Post aeternae ridebis  
In regno civium,  
Beata quae tenebis,  
Cum mihi cohaerebis  
Intra palatium.
6. Erras, si reperire  
Te putas melius,  
Totum debet transire  
Bonum exterius,  
In toxicum redire,  
Quod sapit dulcius;  
Ergo vitam acquire,  
Quae non potest perire  
Vivendo sanctius.

Cod. Londinen. Reg. 7 A VI. saec. 14/15. — 2, 6 Cara distinguere. —  
2, 8 praeponendus.

209. De Amore Christi.

1. Tu, qui cor tuum furaris  
Christo et praebes creaturis,  
A quibus forsitan nec amaris  
Sed fictis falleris figuris,  
Heu quantis subdis te pressuris,  
Multiplex vae in omnibus,  
Circumdaris diversis curis,  
Fugae patet introitus.

2. Nonne vides et perpendis,  
 Quod dolus est in omnibus,  
 Pro quibus Deum offendis,  
 Quo nihil est fidelius,  
 [Quo] nihil [est] sanctius,  
 [Quo] nil [est] iucundius  
 Nil denique gratius,  
 Nil denique felicius?
3. Cur despecto creatore  
 Vagaris post inania  
 Humano vinctus amore?  
 Nonne est insania,  
 Quod in terrenis delectaris  
 Et fastidis caelestia?  
 Vae tibi, qui in his moraris,  
 Nam brevis horum gloria.
4. Cur refutatur dulcis hospes  
 Pro mortali creatura?  
 Quo veniente cedunt hostes,  
 Pluunt bona, absunt dura,  
 Succedit pax et fugit cura;  
 Assunt enim nuptiae,  
 Hilarescit mens segura  
 Ab hostium formidine.
5. Cum sponsi tui immortalis  
 Templum, a quo possidetur,  
 Nonne plurimum gravaris,  
 Quod Deus a te separetur?  
 Qui, ut in te delectetur  
 Et mansionem in te faciat,  
 Quod nullus alius meretur,  
 Cor sibi dari postulat.
6. Ergo, sponsa Dei vivi,  
 Fuge modernos amatores;  
 Frequenter legi et audiui,  
 Quod dolus est in omnibus,  
 Et quod gratiae destructores,  
 Salutis sint adversarii,  
 Turbationis illatores  
 Et cruciatus varii.
7. O anima, quae [mansura]  
 Iuberis diligere,  
 Cur vana et peritura  
 Christo vis praeponere,  
 Qui te lavit sanguine.  
 Quis fecit tibi talia?  
 Noli parvipendere  
 Dona tam insignia.

Cod. Palat. Vindobonen. (ol. Campen.) 883. saec. 14/15. — 1, 6 Multipliciter vae. — 2, 5 nil. — 6, 5 gratiae sint; nach diesem Verse folgt noch überzählig: Summi boni despoliatores. — 6, 6 sint fehlt. — Auf die Schwankungen des Versmaßes nach Silbenzahl und Rhythmus braucht wohl nicht aufmerksam gemacht zu werden.

## 210. Dialogus Papae et Mariae V.

- Papa.
1. Ave, sacratissima  
 Dei creatura,  
 Simul nobilissima,  
 Digne te natura  
 Cessit, beatissima,  
 In partu quae pura  
 Es, excellentissima  
 Praesens et futura.
- Papa.
2. Beatorum omnium  
 Virgo praelecta,  
 Deum, deorum Dominum,  
 Generans perfecta,
- Cum regina caelorum  
 Per eum sis electa,  
 Nobis per te pateat,  
 Peto, via recta.
- Papa.
3. Cuius condicionis sit,  
 Sexus vel dignitatis,  
 Qui devotionis causa  
 Suis pro peccatis  
 Te matrem invocaverit,  
 Hunc absolve gratis  
 Et mansionem sibi da  
 In regno claritatis.

Papa.

4. De tua pietate  
Credo quod nullus desperet,  
Qui cum suavitate  
Sua crimina defleret,  
Et honestati tuae  
Semper inhaereret,  
Ad hoc omnis homo, peto,  
Fortiter laboret.

Maria.

5. Ecce, nullum derelinquo,  
De me qui confidit,  
Huic ego adpropinquo  
Statim, dum elidit  
Crimina per gemitum  
Vel confitendo scidit,  
Illi mea gratia  
Peroptime providit.

Papa.

6. Fundamentum fidei  
Mater sis decora  
Fiduciaque spei  
Ultima in hora,  
Relicto hoc exsilio  
In caelum duci labora  
Et coram tuo filio  
Pro nobis exora.

Maria.

7. Gratia sum plena  
Summi salvatoris,  
Egoque regina  
Nuncupor amoris,  
Omnibus propino  
Pocula dulcoris  
Et architriclina  
In angelorum choris.

Papa.

8. Honor pulchritudinis  
Tuae dignitatis  
Et decor magnitudinis  
Tantae honestatis  
Te decet peroptime,  
Ut illa cum gravatis  
Velis dividere  
More pietatis.

Maria.

9. Illi qui a vitiis  
Volunt resilire,  
Illos in tristitiis  
Non sino perire,  
Superfluentem gratiam  
Illis impertire  
Cupio, quod appetant  
Iustitiam sitire.

Papa.

10. Karitatis viscera  
Nobis demonstrato  
Et honestatis munera  
Nobis propinato,  
Relicto hoc exsilio  
Tibi et tuo nato  
In caelo collocemur  
Iesu Christo dato.

Maria.

11. Leges cum theologia  
Hoc de me fatentur,  
Canones et melodia  
Vobis congratulentur,  
Quod animae fidelium  
Per me redimentur  
Ac infernales poenas  
Nullas patientur.

Maria.

12. Mater ego facta sum  
Propter peccatores,  
De quibus forent aliqui  
Facti meliores,  
Illis sum subsidium,  
Qui corrigunt errores  
Et multos coram filio  
Habebunt honores.

Papa.

13. Nobilis et generosa  
Christi imperatrix,  
Nobis esto fructuosa  
Semper advocatrix,  
Humilis, quoque formosa,  
Nostra reformatrix  
Et in te confidentibus  
Sis semper reparatrix.

Maria.

14. O dic mihi, famule,  
Es aliquem scrutatus,  
Qui postulavit veniam  
Et qui sit condemnatus?  
Multos cum Theophilo,  
Qui fuit desperatus,  
Saepe consolata sum,  
Cum ipse sit beatus.

Papa.

15. Peccata nostra nimia,  
Heu, sunt infinita,  
Delicta quoque crimina,  
Quae, pro dolor, in vita  
Vel contra Deum fecimus,  
Te peto, redde quita,  
Quae nondum emendavimus,  
Tu dele, margarita.

Maria.

16. Quaeso, mi dilecte fili,  
Verbis cum sinceris  
Funde preces sine mora,  
Taliter mederis  
Cum dolore cordis  
Gemitibusque veris  
Vitam contemplativam duc,  
Sic mecum semper eris.

Papa.

17. Rebus transitoriis  
Difficulter cedo,  
Poenis castigatoriis  
Invitus carnem laedo  
Sed praecellenti gratiae  
Tuae tantum credo,  
Quapropter tuo filio  
Semperque tibi me do.

Maria.

18. Serve, serves mea scripta  
Et quae tibi dico,  
Licet ego benedicta  
Sim, non maledico,  
Non postponas Deum tuum,  
Ne cum inimico  
Tibi merces condonetur  
Nunc et in antiquo.

Papa.

19. Tanta virtus, simul fides  
De te recitatur,  
Illum scio non elides,  
Qui de te gloriatur,  
Sed a tuo filio  
Ille coronatur  
Et per tuam dexteram  
Post hoc condonatur.

Maria.

20. Vita, dilectissime,  
Foret tibi data  
Et sensibus, carissime,  
Quinis adornata,  
Nobilem per animam  
Sunt membra decorata,  
Custodi hanc a vitiis,  
Sic erit Deo grata.

Papa.

21. Xriste, tua loquitur  
Mater valde dure,  
Licet consoletur me,  
Tamen valde pure  
Mihi dat intellegere,  
Quantae sint pressurae,  
Quapropter, Iesu Xriste, me  
Commendo tuae curae.

Maria.

22. Y, mi fili, mater tua  
Loquitur aperte,  
Cunctis utriusque sexus  
Asserendo certe,  
Licet meus natus tuus  
Frater sit aperte,  
Te non locat cum beatis  
Gratis, scias per te.

Papa.

23. Zelus nostrum tu celato,  
Christus donet (nos) deffere  
Nostra possimus scelera,  
Nostrique miserere,  
Graviter offendimus  
Te, taliter medere,  
Nos cum caelorum civibus  
Fac caelum possidere.

Christus.

24. Congregando congregabo  
 Illos, qui fecerunt  
 Mei patris voluntatem  
 Mibique crediderunt  
 Et pietatis opera  
 Quinque compleverunt,  
 Illos iam certifico,  
 Quod semper mecum erunt.

Papa.

25. AB hoc qui legerit  
 Suis pro peccatis  
 Et gratias exegerit  
 Matri honestatis,  
 Ille memor mei sit,  
 Ut nos cum beatis  
 Deus collocet simul  
 In regno claritatis.

Cod. Maihingen. (ol. Faucen.) II 1. 8° 31. saec. 15. A. — Orat. ms. saec. 15. Cod. Sangallen. 485. B. — Orat. ms. Carthus. Hildesheimen. saec. 15. Cod. Iosephini Hildesheimen. 3 (6). C. — Orat. ms. Domus Novae Lucis anni 1477. Cod. Ultraiectin. Scriptt. Eccl. 375. D.

1, 1 Ave, virgo sacratissima BC. — 1, 4 Digne tibi natura ABC. — 1, 5 Cesset B; Testis verissima C; Tu excellentissima D. — 1, 6 In partu quia A; In partu quoque D. — 1, 7 Es fehlt B; Casta beatissima D. — 1, 8 Piiis et futura B. — 2, 2 praedilecta BC. — 2, 5 Dum A; regina tu caelorum D. — 2, 7 Nobis ut peto via D. — 2, 8 Via peto recta BC; Pateat per te recta D. — 3, 2 Sexusve sit vel dignitatis D. — 3, 3 causa devotionis C; Qui te causa D. — 3, 4 Suisque pro B; Suis exorat pro D. — 3, 5 fehlt D; invocavit B. — 3, 6 mater gratis D. — 3, 7 Et mansionem praestabis D. — 3, 8 Tis in regno D. — 4, 2 Credo fehlt A. — 4, 4 Sua fehlt A; peccata C. — 4, 5 Sed honestati B; Si honestati D. — 4, 6 Semper ut inhaeret ABC. — 4, 7 Et ad hoc omnis homo hodie D. — 4, 8 Ut peto fortiter D. — 5, 3 Illi mea gratia D. — 5, 4 Sententiam cum elidit B; Peroptime providit D. — 5, 5 Huic ego appropinquo D. — 5, 6 Statim dum elidit D. — 5, 7 Crimina per gemitum D. — 5, 8 Vel confitendo scidit D. — 6, 3 Fiduciaque vel spei B; simul spei AC. — 6, 6 In caelum nos labora A, duci nos C, nos duci D. — 6, 8 Tu pro nobis D. — 7, 1 Gratia repleta sum A, Gratia quod repleta B. — 7, 2 Sum summi B. — 7, 3 Eius quod regina B. — 7, 5 sq. pocula propino D. — 8, 3 Et deitas B. — 8, 6 Ut illa tamen gratis D. — 9, 1 Illis A. — 9, 2 Solent resilire A. — 9, 5 Superfluente A. — 9, 7 Cupio iustitiam D. — 9, 8 Quod appetant D. — 10, 6 Tibi quoque nato A. — 10, 7 caelis B, caelum CD. — 10, 8 Rite Iesu Christo B. — 11, 1 Lege A. — 11, 3 cum melodia D. — 11, 4 Nobis BD. — 11, 7 Ita quod infernalis ABC. — 11, 8 Nunquam D. — 12, 3 Ex quibus B. — 12, 7 Et fehlt C. — 11, 8 Accipiant D. — 13, 3 Nobilis esto D. — 13, 5 Humilisque D. — 13, 6 informatrix C. — 13, 8 Sis fortis D. — 14, 3 gratiam A. — 14, 4 damnatus D. — 14, 7 Saepius B. — 15, 2 et infinita B. — 15, 4 Quod B. — 15, 5 Vel fehlt C. — 15, 6 redde fehlt BD. — 15, 7 Quae non D; Quod nondum B. — 16, 1 filii fehlt A. — 16, 2 Verbis fehlt B. — 16, 6 Et gemitibus cum veris AC; Et gemitus cum B. — 17, 7 fehlt C; Vitam contemplationem ducas B; Contemplativam ducas D. — 17, 8 semper mecum B; Vitam, sic mecum eris D. — 17, 5 praecellente A; Quaecunque tuo filio D. — 17, 6 Quia semper tibi me do D. — 17, 7 Nam praecellenti gratiae D. — 17, 8 Tuae tantum cedo D. — 18, 1 mea dicta A; Serve fehlt D. — 18, 2 Quae tibi, filii, dico D. — 18, 3 ego fehlt D; sim benedicta C. — 18, 4 Sum ob hoc D; Non tamen maledico C. — 18, 6 in inimico B; Meo vivas cum inimico D. — 18, 7 Tibi mentes condonatur B; Tibi merces tunc donetur D. — 18, 8 Similis cum antiquo D. — 19, 1 fides B; Tanta simul virtus et fides C; Tanta similis fides D. — 19, 4 De te qui D. — 19, 7 Et per tuam pietatem BC; Ac per tua merita D. — 19, 8 Ad caelestia perducatur D. — 20, 1 dulcissima A, dulcissime B. — 20, 3 Et fehlt D. — 20, 4 Quiris A, quaevis B, quivis D. — 20, 7 Custodo D. — 21, 1 sq. Christe mater tua loquitur AB. — 21, 3 consoletur reos

D. — 21, 5 intellegere dat D. — 21, 7 Iesu fehlt A. — 22, 1 O mi fili B, mater mea BCD. — 22, 2 directe D. — 22, 3 Cunctisque B. — 22, 4 certe fehlt C. — 22, 6 experte C. — 22, 7 Te non licet D; Non te locat cum locis B. — 23, 1 Zelus = Scelus. — 23, 2 Christus fehlt BCD. — 23, 3 ut possimus A; poscimus B; crimina D. — 23, 4 que fehlt D. — Str. 24 u. 25 umgestellt BCD. — 24, 3 Voluntatem mei patris D. — 24, 4 Nec non crediderunt D. — 24, 5 Et opera pietatis D; Et caritatis C. — 24, 6 Omnem compleverunt D; Quandoque compleverunt C. — 24, 7 Illos certifica B, nunc certifico D. — 24, 8 Mecumque semper erunt A; Mecum quoque semper B. — 25, 1 Et qui hoc cum A; Et ob hoc qui B; Z hoc qui D; (AB hoc = Abcedarium hoc.) — 25, 2 Suisque C; Praesens pro D. — 25, 3 gratiam B. — 25, 4 Mariae honestatis A; Maternae honestatis D; Matri pietatis C. — 25, 5 Et ille A, Ut ille BC; mei memor C; Et memor mei D. — 25, 6 nos fehlt B; Ut me cum C; Nec non cum D. — 25, 7 Deus nos collocet B; simul fehlt B; collocet insimul A; insimul collocet D. — Statt der Aufschrift Papa setzt B stets Peccator; vor Str. 21 irrig Maria A; vor Str. 22 Christus BCD; vor Str. 25 Auctor B, Auctor orationis D, letzteres ebenso vor Str. 24. — „Oratio beati Urbani quinti, qui ditavit cuilibet oranti [sic] pro peccatis suis et in laude gloriosae virginis Mariae a qualibet litera Alphabeti duobus annis uno criminalium, reliquo venialium indulgentiae. C; „Istas septem orationes, ut fertur, compilavit summus pontifex Urbanus V, conferens de qualibet litera Alphabeti, quotiens integra sequens oratio fuerit lecta, indulgentiam unius anni criminalium et unius anni venialium peccatorum.“ D. — Vergl. auch Milchsack I, 96 sqq.

## 211. Alphabetum de bonis sacerdotibus.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Ad perennis vitae fontem<br/>et amoena pascua<br/>Praesul anxio qui corde<br/>scandere desiderat,<br/>Talem se per omne tempus<br/>curet ut exhibeat:</p>    | <p>5. Exit et activae vitae<br/>interdum ad spatia,<br/>Inter cetera et carnis<br/>praeparat subsidia,<br/>Inquilinis et externis,<br/>ne desit, quod tribuat.</p> |
| <p>2. Bonus pastor ad commissi<br/>ovilis custodiam<br/>Mente semper circumspecta<br/>ardenter invigilat,<br/>Pestifer ne lupus oves<br/>fauce artet improba.</p>  | <p>6. Ferculorum alimentis<br/>famem pellit carneam,<br/>Mentium suavis verbi<br/>effugat inopiam,<br/>Gemina relevans ope<br/>miserorum viscera.</p>              |
| <p>3. Curis nunquam perituris<br/>mentem piam occupat,<br/>Sed satagit, gregis sui<br/>numerum ut augeat,<br/>Pro quo metuit nec mortis<br/>subire discrimina.</p> | <p>7. Gratis ut redemptor iussit<br/>munerum charismata<br/>Dignis tribuit spernendo<br/>tripartita munera<br/>Manus et obsequiorum<br/>favorumque retia.</p>      |
| <p>4. Dignis semper studiosus<br/>occupatur actibus,<br/>Aut sacrarum paginarum<br/>lectione pascitur,<br/>Aut cernendo mente Christum<br/>ad superna ducitur.</p> | <p>8. Honus esse non honorem<br/>sacri gradus culmina<br/>Mente cernens perituras<br/>refugit delicias,<br/>Aliorum curam gerens<br/>postponendo propriam.</p>     |

9. Iubar solis ut refulgens  
noctis fugat tenebras,  
Lumine sic verbi lustrat  
audientum pectora  
Bonus praesul et expellit  
vitiorem nebulas.
10. Karitatis quod est Deus,  
sic custodit lineam,  
Ut potentes et egenos  
aequaliter diligit  
Et ne minimis se unquam  
per tumorem praeferat.
11. Lychnos manibus retentans,  
id est bona opera  
Proximis monstrare studet,  
lumbos super ubera  
Cingit etiam, quod cordis  
possidet munditiam.
12. Malos congruis terrendo  
corrigit affatibus,  
Bonos ad perseverandum  
blandis mulcet vocibus,  
Nova referens de regno,  
prisca de supplicio.
13. Non cessat precari Christum  
plebis pro excessibus,  
In vigiliis se ipsum  
mactans et ieiuniis,  
Hostia sit viva Deo,  
monet ut apostolus.
14. Omnia fit cunctis, gaudet  
simul cum gaudentibus,  
Cum maerentibus tristatur,  
deplorat cum flentibus,  
Ceū propriis sic dolet  
alienis lapsibus.
15. Prudens ut serpens malorum  
devitat astutiam,  
Simplex ut columba nulli  
rependit malitiam,  
Bos est tolerando mala,  
leo contra vitia.
16. Quinque vel duo suscepta  
talentorum pondera  
Reportare redemptori  
satagit duplicia,  
Timens, ne exteriores  
mittatur in tenebras.
17. Rationis freno semper  
sensum regit proprium,  
Noxia non aure capit,  
non cernit luminibus,  
Nil olfactu, nil in gustu,  
nil peccat in actibus.
18. Sicut tuba vocis suae  
exaltat melodiam  
Populorum sine metu,  
dum coerces crimina,  
Miscens asperis fomenta  
tristibusque mitia.
19. Talis quisque praesul iustus,  
cum iudex advenerit,  
Quantos hic sermone suo  
Christo acquisierit,  
Praemia pro tantis regni  
ab ipso accipiet.
20. Vos itaque, magni patres,  
praesules egregii,  
Imitari tales, precor,  
ardenter contendite  
Et eorum per exempla  
sedule gradimini.
21. Christi Domini praecepta  
gestate sub pectore,  
Mundi vana et caduca  
perfecte deserite,  
Crucem semper baiulantes  
magistrum sequimini.
22. Ymnis iugiter et psalmis  
Deo laudem pangite,  
Plebem Christi boni semper  
exemplis imbuite,  
Linguae nunquam claustris  
vestris  
damnentur silentia.

23. *Zelum hostis praecavete  
circumspecte undique,  
Possidete, dicat iudex  
iustus ut, cum venerit,  
Praeparatum vobis regnum  
mundi ab origine.*

Cod. Sangallen. 573. saec. 10/11. — 2, 5 Fertifer. — 7, 2 numerum. — 10, 6 proferat. — 11, 1 Licinos manibus. — 13, 1 peccari. — 16, 3 redemptoris. — 17, 2 sensus erigit.

212. *Alphabetum de malis Sacerdotibus.*

1. *Aquarum meis quis det fontem oculis  
Ad deplorandam pastorum amariter  
Reprobam vitam non tenentem tramitem  
Mente supernum?*
2. *Bonus, pro suis qui det vitam ovibus,  
Vix reperitur pastor his temporibus,  
At mercenariis abundant ovilium  
Saepa sacrorum.*
3. *Curis mundanis pastores inserviunt  
Lucrisque cuncti inhiant fugacibus,  
Idcirco lupi patet grex dominicus  
Morsibus atris.*
4. *Divinae legis abdita mysteria  
Plebibus Christi non est aperiat,  
Nec est ieiunis mentibus qui praebeat  
Pabula verbi.*
5. *En, adimpletur, quod sagaci spiritu  
Propheta dixit: erit sicut populus  
Sic et sacerdos tempore novissimo  
Cordis egeni.*
6. *Factum videmus. quod divina sonuit  
Vox, vitae nostrae sal infatuatum est,  
Quod ne iam foras mittatur timendum est,  
Ad nihil aptum.*
7. *Gratis accepta munerum charismata  
Gratis non dantur, expetuntur praemia,  
Ne qua sit ictus timetur sententia  
Simon iniquus.*



8. Honores sacros adipisci cupiunt,  
Non ut doctrinis erudiant subditos,  
Sed ut stipentur, verbis obsequentium  
Plus venerentur.
9. Iuvamen ferre oppressis cum debeant  
Et recreare tribulantum viscera,  
Hos inde premunt, illos magis sauciant  
Flumine verbi.
10. Karitas vera, quod est donum optimum,  
Non est in illis, despiciunt subditos,  
Pauperes spernunt, peregrinos respuunt  
Mente tumentis.
11. Lychnos ardentis, ut praecepit Dominus,  
Manu non gestant, ut accendant proximos,  
Nec dare laxis curant, heu, pro dolor,  
Cingula lumbis.
12. Mundi repleta iugera sunt messibus,  
Messores desunt metendi segetibus,  
Mitte per fruges tuos operarios,  
Christe, precamur.
13. Non est melior qui praebeat languidis  
Quique elisos et confractos elevet,  
Nisi nos rector corrigas iustissime,  
Nempe perimus.
14. Omnes, quod suum est, pastores quaesitant,  
Neglegunt curam gregis et custodiam,  
Ideo morbi vis saeva et lurida  
Serpit in omnes.
15. Pastorum pastor cito iam adveniet;  
Quid vos pastores facietis, dicite,  
Commisi gregis qui curam neglegitis  
Vana sequentes?
16. Qui terrae datum abscondit in scrobibus  
Talentum, diris mancipatur ignibus,  
Cur non timetur, ne parva sit illius  
Poena, sequaces?
17. Resistit nullus oppressori pauperum,  
Canes sunt muti, elatrare nesciunt  
Nunc sacerdotes, ut librorum veterum  
Dicta loquuntur.

18. Si quando forte de scripturis aliquid  
Vel vile narrant, vanae laude gloriae  
Ut extollantur, non ut prosint animae,  
Mente volutant.
19. Terra suetis infecunda frugibus  
Hic non ornatur, non est modus aërum,  
Diversis mundus hinc malis opprimitur  
Iam ruiturus.
20. Vineam patris, o proles altissimi,  
Iam bone pastor miseratus respice,  
Sana contritos et iacentes erige,  
Ne pereamus.
21. eXtolle nomen sacerdotum infimis,  
Quod volutatur terra sub negotiis,  
Et fac, ut tibi famulentur iugiter,  
Rector Olympi.
22. Ymnos psalmosque, da, ut tibi concinant,  
Tramitem rectum, concede, ut teneant  
Nec iam incedant amplius per invia  
Perditionis.
23. Zelo benigno, tribue, ut ardeant  
Curamque sui ovilis ut habeant  
Et tecum sancta possidere valeant  
Gaudia regni.

Cod. Sangallen. 573. saec. 10/11. — 8, 3 stipantur mis obsequentium. —  
14, 1 quae suum. — 20, 1 Vineam. — 21, 4 Recta Olympi.

### 213. Dictamen de Presbyteris.

- |  |  |
|--|--|
| <ol style="list-style-type: none"><li>1. Multi sunt presbyteri,<br/>qui ignorant, quare<br/>Super domum Domini<br/>gallus solet stare;<br/>Quod propono breviter<br/>vobis propalare,<br/>Si vultis benevolas<br/>aures mihi dare.</li><li>2. Gallus est mirabilis<br/>Dei creatura<br/>Et recte presbyteri<br/>illius figura,<br/>Qui praeest ecclesiae<br/>animarum cura,<br/>Stans pro suis subditis<br/>contra nocitura.</li></ol> | <ol style="list-style-type: none"><li>3. Supra crucem positus<br/>gallus contra ventum<br/>Caput diligentius<br/>erigit extentum,<br/>Sic plebanus, ubi scit<br/>praedonis adventum,<br/>Illi se obiciat<br/>pro grege bidentum.</li><li>4. Videmus, quod piger est<br/>gallus aliquando<br/>Sive levis ninium<br/>contra ventum stando,<br/>Sic multi presbyteri<br/>quasi dormitando<br/>Locum dant diabolo,<br/>praedoni nefando.</li></ol> |
|--|--|

5. Gallus regit plurimam  
turbam gallinarum  
Et sollicitudinem  
magnam habet harum,  
Sic plebanus capiens  
curam animarum  
Doceat et faciat,  
quod sit Deo carum.
6. Gallus granum colligens  
convocat uxores  
Et illud distribuit  
ante cariores,  
Tales discat presbyter  
pietatis mores  
Dando suis subditis  
scripturarum flores.
7. Gallus tempus praecinens  
horae nocturnalis  
Primitus a propriis  
se castigat alis,  
Castigando primum se  
pastor fiat talis,  
Tunc dicendo subvenit  
subditorum malis.
8. Quasi rex in capite  
gallus coronatur,  
In pede calcaribus  
ut miles armatur,  
Quanto plus fit senior,  
pennis deauratur,  
In nocte dum concinit,  
leo conturbatur.
9. Sic pastor, qui bene scit  
populo praeesse,  
Pigros cum calcaribus  
monet indefesse,  
Confortando debiles  
verbi Dei messe,  
Post laborem aureus  
ut rex debet esse.
10. Solet leo tremere  
de galli canore,  
Et fugit diabolus,  
solito de more  
Gallus cum cantaverit,  
sed magis ab ore  
Albi galli; reor hoc  
in figura fore.
11. Castitas albedine  
solet figurari,  
Et plebani maxime  
solent honorari  
Illi, qui luxuria  
nolunt inquinari,  
Ab hic credo citius  
daemones fugari.
12. Gallus suas feminas  
solet verberare,  
Has, quas cum extraneo  
novit ambulare,  
Sic sacerdos subditos  
debet castigare,  
Contra legem Domini  
qui solent peccare.
13. Basiliscus nascitur  
ovis de gallorum,  
Sic crescit diabolus  
ex presbyterorum  
Magna neglegentia,  
qui de subditorum  
Non curant sceleribus  
nec de spe caelorum.
14. Pullos solet ducere  
gallus mutilatus,  
Et a mulieribus  
per hoc fit amatus,  
Sic pro caeli gloria  
presbyter castratus  
Deo et hominibus  
per hoc erit gratus.
15. Gallus nunquam negligit  
tempus vespertinum,  
Tunc cum suis subditis  
volat ad supinum,  
Ut in nocte media  
tempus matutinum  
Servis Dei praecinatur  
ad opus divinum.

16. Sic et bonus presbyter  
 respuens terrena  
 Ducat suos subditos  
 ex inferni poena  
 Praebens iter caelicum  
 caeli per amoena,  
 Cum Christus advenerit,  
 turba sit serena.

17. Haec nobis sufficiant  
 de gallo notata  
 Et in audientium  
 corda sint locata  
 Tenaci memoria,  
 quasi nux muscata  
 Plus reddit aromata  
 bene masticata.

18. Imitator galli sis,  
 sapiens plebane,  
 Vivendo sollicite,  
 consurgendo mane,  
 Lege, stude, praedica,  
 horas tuas cane  
 Et sic in caelestibus  
 corde, mente mane.

Cant. ms. Engelbergense saec. 14. Cod. Engelbergen. 314. A. — Collect. ms. Campense saec. 14/15. Cod. Vindobonen. 883. B. — Collect. ms. Stiriacense saec. 15. Cod. Stiriacen. L 26 [s. n.] C. — Collect. ms. incerti orig. saec. 15. Clm. Monacen. 641. D.

1, 3 Supra A. — 1, 4 debet stare B. — 1, 5 Hoc propono A; Sed hoc vobis breviter D; fehlt B. — 1, 6 volo propalare D; vobis propellare C; fehlt B. — 1, 7 Aures si benivolae D. — 1, 8 Mihi vultis dare D. — Str. 2 ist Str. 3 D, Str. 4 C. — 1, 3 Et recte sic presbyter A; Et sic bonus presbyter D. — 2, 4 eius fit figura A. — 2, 5 Praeest qui D. — 2, 6 cura animarum B; pastoralis cura C. — Str. 3 ist Str. 2 CD. — 3, 5 Sic sacerdos A. — 3, 6 daemonis A. — 3, 7 Illic AC; Illuc D; Illi se obviat B. — 3, 8 grege pro D. — Str. 4 fehlt AD; ist Str. 3 C. — 4, 3 lenis B. — Str. 5 ist Str. 9 A. — 5, 4 magnam gerit D. — 5, 5 Sic sacerdos A, cupiens D, copiam B. — 5, 6 habens animarum B. — Str. 6 ist Str. 5 C. — 6, 1 granum repperit AB. — 6, 2 et vocat AB. — 6, 3 illud spargit profinus C. — 6, 4 inter cariores D. — 6, 5 Sic addiscant clerici A; Discant sic presbyteri D. — 6, 7 Doceant et faciant A; Sua distribuere D. — 6, 8 pro Deo et honores D. — Str. 7 ist Str. 8 C; fehlt A. — 7, 5 se fehlt C. — Str. 7 lautet in D:

Gallus nocte media studet personare,  
 Ante cantum fortiter alas ventilare,  
 Sic sacerdos providus sera noctis hora  
 Ad laudandum Dominum surgat sine mora.

Schon der Reim verrät hier die Bearbeitung. — Str. 8—11 fehlen D. — Str. 8 ist Str. 9 C; Str. 4 A. — 8, 5 plus sit A. — 8, 6 decoratur A. — 9, 1 Sic sacerdos, qui debet A; Sic sacerdos, qui bene scit C. — 9, 4 monens A. — Str. 10 und 11 fehlen A. — Str. 10 ist Str. 11 C. — 10, 1 Leo solet C. — 10, 5 Dum gallus cantaverit B. — 10, 6 fehlt B. — Str. 11 ist Str. 12 C. — 11, 3 Et maxime presbyteri C. — 11, 4 debent vicari [I: venerari?] C. — 11, 5 Illum quod luxuria. B. — 11, 6 potest inquinari B. — Str. 12 ist Str. 7 A, Str. 8 D. — 12, 3 extraneis A. — Str. 12 lautet in D:

Gallus fert calcaria more militari  
 Castigando feminas nutu salutari,  
 Sic sacerdos corrigit legis transitores  
 Verbis et flagitiis [sic], ut sint meliores.

Str. 13—18 fehlen D. — Str. 13 ist Str. 8 A. — 13, 2 ex ovis gallorum B. — 13, 3 Sic crescit vis daemoniorum A; sic surgit vis daemonis C. — 13, 4 de presbyterorum A. — 13, 5 Multa negligentia AC. — 13, 6 quia subditorum B. — 13, 8 nec regnum caelorum B. — Nach Str. 13 hat B noch folgendes: In pede fert calculum gallus mutilatus, Quando diu vixerit et inveteratus. Damit bricht das Lied in B ab — Str. 14 ist Str. 10. A. — 14, 2 mulitatus A; maritatus C. — 13, 3 Ut in mulieribus C. — 13, 4 semper est amatus A. — 14, 5 Sic procedit gloria A. — 14, 8 semper erit gratus C. — Str. 15 ist Str. 6 C; Str. 11 A. — 15, 3 Et cum suis A. — 15, 7 Dei servus C. — Auf diese Str. folgt [als Str. 7] in C die folgende, die eine Verschmelzung von Str. 15 und 16 in eine zu sein scheint:

Quando solis radius ad occasum tendit,  
Gallus ad cubiculum altius ascendit,  
Sic sacerdos, qui vere Deum apprehendit,  
Perituri saeculi decus parvipendit.

Str. 17 ist Str. 6. C. — 17, 2 narrata C. — 17, 4 sint dictata A. — 17, 7 Plus reddunt A; Pios reddit odoratus C. — Str. 18 ist Str. 15 C, Str. 9 D. — 18, 7 Possis ut cum subditis D. — 18, 8 caeli frui pane D. — Außer diesen Str. hat C noch [als Str. 14] die folgende:

Cappo senex lapidem solet enutrire,  
Qui est inter principes dignitatis mirae,  
Sic sacerdos, qui caste se seit custodire,  
Calculum recipiet, qui nequit perire.

Eine Singweise zu dem Liede bietet A:



Mul - ti sunt pres - by - te - ri, Qui ig - no - rant qua - re



Su - per do - mum Do - mi - ni Gal - lus so - let sta - re.

Aus einer Handschrift der Stiftskirche in Öhringen steht das Lied mit weiteren Lesarten und Fehlern in Serapeum I, 107 und daraus bei Duméril II, 12 ff. Neuerdings aus einer Lenneper Handschrift des 18. Jahrh. im Kölner Pastoralblatt 1898, 56 u. f. — In B steht am Schlusse des Gedichtes: „Wilhelmus Nan, sacerdos in Leyden.“

## 214. De Statu Sacerdotali.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Viri beatissimi<br/>sacerdotes Dei,<br/>Praecones altissimi,<br/>lucernae diei,<br/>Caritatis radio<br/>fulgentes et spei,<br/>Auribus percipite<br/>verba oris mei.</p> | <p>2. Vos in sanctuario<br/>Deo deservitis,<br/>Vos vocavit palmites<br/>Christus, vera vitis,<br/>Cavete, ne steriles<br/>aut inanes sitis,<br/>Si cum vero stipite<br/>vivere velitis.</p> |
|--|--|

3. Vos cepistis vineam  
Dei procurare,  
Quam doctrinae rivulis  
debetis rigare,  
Spinas atque tribulos  
prorsus extirpare,  
Ut radices fidei  
possint germinare.
4. Vos estis catholicae  
legis protectores,  
Sal terrae, lux hominum,  
ovium pastores,  
Muri domus Israel,  
morum correctores,  
Iudices ecclesiae  
gentium doctores.
5. Si cadat protectio  
legis, lex labetur,  
Si sal evanuerit  
in quo salietur?  
Nisi lux appareat,  
via nescietur,  
Si pastor non vigilet,  
ovile frangetur.
6. Vos estis in area  
boves triturrantes,  
Prudenter a palea  
grana separantes,  
Vos habent pro speculo  
legem ignorantés  
Laici, qui fragiles  
sunt et inconstantes.
7. Quidquid vident laici  
vobis displicere,  
Dicunt procul dubio  
sibi non licere,  
Quidquid vos in opere  
vident adimplere,  
Credunt esse licitum  
et culpa carere.
8. Cum pastores ovium  
sitis constituti,  
Non estote desides  
sicut canes muti,  
Vobis non deficiant  
latratus acuti,  
Lupus rapax invidet  
ovium saluti.
9. Grex fidelis triplici  
cibo sustinetur:  
Corpore dominico,  
quo salus augetur,  
Sermonis compendio,  
quod discrete detur,  
Mundano cibario,  
ne periclitetur.
10. Ovibus tenemini  
Vestris praedicare,  
Sed quid. quibus, qualiter,  
ubi, quando, quare,  
Debetis sollicite  
praeconsiderare,  
Ne quis in officio  
dicat vos errare.
11. Spectat ad officium  
vestrae dignitatis  
Gratiam petentibus  
dona dare gratis,  
Sed, si cuiquam fidei  
munera vendatis,  
Incursuros Giezi  
lepram vos sciatis.
12. Gratis eucharistiam  
plebi ministrare,  
Gratis confitemini,  
gratis baptizate,  
Secundum apostolum  
cunctis gratis date,  
Solum id, quod fuerit  
vestrum, conservate.
13. Vestra conversatio  
sit religiosa,  
Munda conscientia,  
vita virtuosa,  
Regularis habitus  
mensque gratiosa,  
Nulla vos coinquinet  
labes criminosa.

- |   |  |
|---|--|
| <p>14. Nullus fastus deprimat<br/>signum vestrae vestis,<br/>Gravis in intuitu<br/>habitus sit testis,<br/>Nihil vos illaqueet<br/>curis inhonestis,<br/>Quibus claves traditae<br/>regni sunt caelestis.</p> | <p>16. Estote benevoli,<br/>sobrii, prudentes,<br/>Iusti, casti, simplices,<br/>pii, patientes,<br/>Hospitales, humiles,<br/>subditos docentes,<br/>Consolantes miseros,<br/>pravos corrigentes.</p> |
| <p>15. Estote brevilinqui,<br/>ne vos ad reatum<br/>Protrahat loquacitas,<br/>nutrix vanitatum,<br/>Verbum, quod proponitis,<br/>sit abbreviatum,<br/>Nam in multiloquio<br/>non deest peccatum.</p>          | <p>17. Utinam sic gerere<br/>curam pastorem<br/>Possitis et ducere<br/>vitam spiritualem,<br/>Ut, cum exueritis<br/>chlamydem carnalem,<br/>Induat vos Dominus<br/>stolam aeternalem.</p>            |

Collect. ms. Augustanum saec. 15. Clm. Monacen. 3594. A. — Collect. ms. Stiriace saec. 15. Cod. Stiriacen. L 26 [s. n.] B. — Praecordiale devotorum imp. Argentinae 1489 C. — 1, 1 Viri venerabiles C. — 1, 4 lucerna Dei C. — 1, 6 atque spei C. — 2, 1 in sacerdotis B. — 2, 5 nec inanes A. — Str. 3 steht hinter Str. 5 AC. — 3, 4 rogare B. — 3, 6 procul extirpare AC. — 4, 2 sq. sind 4, 5 sq. C. — Str. 5 fehlt B. — 5, 2 lex habetur A. — 5, 7 Nec si pastor vigilet A. — 6, 8 et ignorantes C. — Str. 9 fehlt B. — 9, 7 Mundo C. — 10, 1 Omnibus C. — 10, 6 pie considerare A. — 10, 7 Nequam in A. — 10, 8 dicant A. — 11, 3 Gratiae C. — 11, 5 si unquam C. — 11, 7 Gezi AC; lesi B. — 11, 8 lepram tunc sciatis B. — 12, 6 cuncta B. — 12, 8 bonum conservate B. — 13, 6 mens quoque A. — 13, 7 coinquinat A. — 14, 2 vestrae mentis A. — 15, 5 apponitis C. — 15, 8 deerit B. — 16, 1 Estote lingua cauti C. — 16, 5 homines A. — 17, 3 Velitis et ducere C. — Vgl. betreffs des Inhaltes weiter unten das Lied: „Tempus acceptabile“ Str. 13 sqq.

### 215. De Pastore et Mercenario.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Ille pastor optimus<br/>Merito censetur,<br/>Qui pro suis ovibus<br/>Mori non veretur.</p>   | <p>4. Cuius lanam tollere<br/>Semper sunt parati,<br/>Ipsum sed defendere<br/>Raro sunt probati.</p>  |
| <p>2. Ille mercenarius<br/>Iure nuncupetur,<br/>Qui, dum venit lupulus,<br/>In fugam vertetur.</p> | <p>5. Hi, dum lupum viderint<br/>Gregem invadentem<br/>Ipsumque perpenderit<br/>Viribus potentem,</p> |
| <p>3. Vere mercenarii<br/>Multi sunt praelati,<br/>Ad curam dominici<br/>Gregis sunt vocati,</p>   | <p>6. Parvipendunt ponere<br/>Animam pro grege,<br/>Terga fugae reddere<br/>Sed habent pro lege.</p>  |

7. Plus augere numerum  
Volunt confessorum,  
Quam implere martyrum  
Candidatum chorum.
8. Sed si lupus fuerit  
Viribus minutis,  
Pellisque remanserit  
Pretiosa tutis,
9. In tantum de pretio  
Pellis gratulantur,  
De gregis periculo  
Quod vix recordantur.
10. De pastoris nomine  
Gratulantur multum,  
Pecoris sed minime  
Sui noscunt vultum,
11. Cuius quando maculas  
Sors detur videre,  
Ingentes laetitia  
Cernuntur habere.
12. Sperantes sunt situlae  
De repletionem,  
Non curantes maculae  
De remotionem.
13. Sui gregem Domini  
Quando vigilare  
Deberent solliciti,  
Ne posset errare,
14. Intra tecta latitant  
Sopore torpentes  
Vel, si forte vigilant,  
Male sunt studentes.
15. Non student, ut animas  
Perditas lucrentur,  
Sed carnis delicias  
Quomodo sectentur.
16. Ad particularia  
Ultra non descendam,  
Ne, si dicam singula,  
Hos nimis offendam.
17. Deus, cui omnia  
Nuda sunt secreta,  
Horum novit studia  
Perversis repleta.
18. Non abs re cauponibus  
Isti comparantur,  
Qui licet in domibus  
Laute nutriantur,
19. Illos tamen procreant  
Filiis gallinae,  
Hinc fit, ut proficiant,  
Dum caxant coquinae.
20. Quis in domo Domini  
Lautius nutritur,  
Quam praelati singuli,  
Sicut vulgo scitur?
21. Si quis videt filios  
Horum spirituales,  
Utinam non spurios  
Gignerent carnales.
22. Ad quem ergo reliquum  
Usum deputantur,  
Quam ut ad igniculum  
Coquinae ferantur
23. Huius, qui diabolus  
Idcirco vocatur,  
Quod martellus geminus  
Ei tribuatur?
24. Unus est materia  
In re quavis vilis,  
Alter est et anima  
Naturae subtilis.
25. Non solum non liberant  
Suos ab errore,  
Sed eosdem maculant  
Pravo suo more.
26. Istos ergo fugere,  
Quando bonum sentis,  
Et velis corrigere  
Librum tuae mentis.
27. Tunc ad exemplaria  
Recurras antiqua,  
Quoniam recentia  
Nimis sunt iniqua.
28. Multa fuit bonitas  
Pastorum priorum;  
Qualis sed perversitas  
Patet modernorum?



29. De quo si metaphoram  
Delectat audire,  
Carmen tibi proferam  
Quod potes sentire:
30. Duplex animalium  
Genus reperitur,  
Ut ex libris plurium  
Sapientum scitur.
31. Uni cibus deficit,  
Ubi generatur,  
Natura cur praecipit,  
Ut hoc moveatur
32. De nativo loculo  
Sicque cibum quaerat,  
Sicut naturatio  
Donat, vitam gerat.
33. Provisum est aliter  
In loco nativo  
De cibo, qui corpori  
Competens sit vivo.
34. Hoc non locum variat  
Dilatationis  
Motu, sed plus fluctuat  
Vi constructionis.
35. Primitus ecclesia  
Pauperes habebat  
Pastores, ad varia  
Loca quos mittebat,
36. Ut gregis dominici  
Curam observarent  
Sicque suo corpori  
Cibum procurarent.
37. Semen evangelicum  
Ubique spargebant,  
Unde messis plurimum  
Pretium metebant.
38. Postquam est ecclesiae  
Venenum infusum  
Grandis opulentiae,  
Hunc mutavit usum.
39. Pastores cur renuunt  
Locum variare,  
Propter quod incipiunt  
Oves deviare.
40. Hi licet localiter  
Bene non moventur,  
Vere tamen aliter  
Moveri videntur.
41. Spiritu superbiae  
Moti dilatantur,  
Peste avaritiae  
Constricti gravantur.
42. Sic demum sufficiat  
Malis de praelatis,  
Quos de malo retrahat  
Mater pietatis.
43. Adhuc habet alios  
Grex Dei pastores,  
Qui nec gazae cumulos  
Quaerunt nec honores,
44. Sed solum desiderant,  
Ut sibi commissum  
Gregem sic custodiant,  
Ne intret abyssum.
45. Ipsum verbo nutriunt  
Simul et exemplo,  
In plateis instruunt  
Simul et in templo.
46. Pro gregis periculo  
Vitam levipendunt,  
Coram omni populo  
Saepe quod ostendunt.
47. Personas offendere  
Non curant potentum,  
Timeo sed vivere  
Horum nusquam centum.
48. Isti, quia populum  
Vivi docuerunt,  
Post vitae curriculum  
Ut poli lux erunt,
49. Et quia iustitiam  
Propagabant Dei,  
Pure cernent gloriam  
Suae faciei,
50. Cum bonis qui satiat  
Horum appetitum;  
Quae videre faciat  
Nos in infinitum

51. Christus Dei filius  
Simul et Mariae,  
Qui suis doloribus  
Nos salvavit pie.

Cod. Palat. Vindobonen. (ol. Campen.) 883 saec. <sup>14</sup>/<sub>15</sub>. — 2, 2 nuncupatur. — 18, 1 ab re caponibus. — 19, 4 caxat; vgl. Ducange s. v. caxitare. — 32, 2 sic quod. — 36, 3 Sic quod.

216. De Malis Clericis.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Trahunt in praecipitia,<br>Qui nos tenentur regere,<br>Si, quae docent salubria,<br>Pravo deformant opere,<br>Frui gaudent potentia<br>Honoris sine onere.                | 2. Culpa meretur gratiam,<br>Quam demeretur meritum,<br>Nam palponum fallaciam<br>Plus captant aure divitum,<br>Quam bonorum prudentiam,<br>Qui dissuadent libitum. |
| 2. Onus, quod nobis alligant,<br>Nolunt movere digito,<br>Hinc est, quod eos diligant,<br>Qui palpant in abscondito,<br>Hos a secretis abigant,<br>Qui terrent vitae merito. | 4. Omne cor maerens hodie,<br>Caput et omne languidum,<br>Clerus campo licentiae<br>Vagus et vulgus sordidum<br>Semen legis et gratiae<br>Solum condit in aridum.   |

Cod. Oxonien. Rawlinson. C. 510. saec. 13. — Das Lied wäre wohl richtiger den Cantiones zugeteilt worden, ist aber dort übersehen worden.

217. De Religione.

Religio sine corde pio non adpretiatur,  
Religio, te non sapio, si mens adulatur,  
Religio, te despicio, si mundus amatur,  
Religio non principio sed fine probatur.

Cod. Palat. Vindobonen. (ol. S. Pantaleonis Colonien.) 4947. saec. 15.

218. De Vita Religiosa.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Si vis bonus fieri<br>moribus et vita,<br>Quidquid Deo displicet,<br>sollerter evita,<br>Esto contra vitia<br>virilis et ita<br>Cum bonis angelica<br>erit tibi vita. | 2. De quocunque veniant<br>climate terrarum,<br>Dilectionem dilige<br>rerum honestarum,<br>Nam sic pater luminum<br>te habebit carum,<br>Apud quem acceptio<br>non est personarum. |
|--|--|

3. Omnes innocentia  
vitae commendati,  
In quacunq̄ fuerint  
regione nati,  
Tibi sint in Domino  
fratres et cognati  
Et amoris nexibus  
firmis foederati.
4. Aures meis monitis  
et mentem inclina,  
Malorum consortium  
attente declina,  
Pedem fige fortiter  
in lege divina,  
Stando tamen praecave  
tibi a ruina.
5. Audi, quid te doceat  
ethica Catonis:  
Malos vita cautius,  
ambula cum bonis.  
His et dictis concordant  
iussa Salomonis,  
Caelestis prudentiae  
quae sunt plena donis.
6. Dicam tibi breviter:  
nunquam bonus eris,  
Si malorum gratiam  
et favorem quaeris,  
Nam inevitabile  
esse arbitraris,  
Quin, si attrectaveris  
picem, maculeris.
7. Bonorum vestigiis  
constanter adhaere,  
A bonis consilium  
et solamen quaere,  
Quamdiu te videro  
malis displicere,  
Habeo fiduciam,  
ut vivas sincere.
8. Sed contra blanditias  
hominis deliri  
Non minus sollicitè  
volo te muniri,
- Nam seduci saepius  
et circumveniri  
Contingit blanditiis  
mentem boni viri.
9. Haec ergo memoriae  
commenda tenaci  
Et complenda suscipe  
studio vivaci,  
Ne a terribilibus  
minis, a fallaci  
Promisso exorbites  
a via veraci.
10. Salubri scientiam  
hauri de doctrina  
Et, quod inde hauseris,  
aliis propina,  
Sic cortinam trahere  
legitur cortina,  
Et curati morbidis  
fiunt medicina.
11. Manus, mentem, labia  
serva semper munda,  
Crebris conscientiam  
fletibus emunda,  
Exemplo laudabili  
alios fecunda,  
Sic metes de fertili  
semine iucunda.
12. Carnis insolentiam  
doma et refrena  
Primis eius motibus  
adhibendo frena,  
Nam in illis latitat  
vitiatorum vena,  
Per quam mens efficitur  
virtutis egena.
13. Carnis motus reprime  
cibi parcitate,  
Cibo cibum vermium  
ciba moderate,  
Ne ventris ingluvies  
mentem castitate  
Privet et destituat  
morum levitate.

14. Nam qui desideria  
carnis amplectatur,  
Per quae verus animae  
vigor enervatur,  
Hostem armat gladio,  
quo percutiatur,  
Atque in se suscitatur  
flammam, qua uratur.
15. Animae imperio  
caro castigetur  
Eique ut dominae  
semper ancilletur,  
Ut tua legitime  
domus ordinetur,  
Dum suo officio  
utraque fungetur.
16. Vide, quam sit flebilis  
praesens mundi status,  
Homo quod continuum  
ad laborem natus,  
Quam sit miserabili  
pondere prostratus,  
Addictus miseriae  
huius incolatus.
17. Tuos ergo dirige  
in Deum conatus  
Et in terris dilue  
lacrîmis reatus,  
Ut ad summi nuptias  
regis invitatus  
Decenti compareas  
veste adornatus.
18. Curam ne adhibeas  
vel cor tuum vanis,  
Ecce, mundus deperit  
cum rebus mundanis,  
Mors rapit cotidie  
iuvenes cum canis,  
Fortes cum debilibus,  
aegrotos cum sanis.
19. Te mortis memoria  
revocet a malis,  
Te timor corripiat  
poenae gehennalis,  
Ubi ponit impios  
dolor aeternalis,  
Maeror indeficiens  
et mors immortalis.
20. Cum ad cordis ostium  
coeperit pulsare  
Prava cogitatio,  
statim repugnare,  
Artes et insidias  
hostis propulsare,  
Nam sic debes colubri  
caput conculcare.
21. Ecce, dies Domini  
tanquam fur venturus  
Hortatur, ut viliget  
homo moriturus,  
Ubi sit, consideret,  
et quo deventurus,  
Rationem operum  
Deo redditurus.

Collect. ms. incertae originis saec. 15. Clm. Monacen. 641. — 4, 5  
finge. — 18, 3 mundus perit. — 19, 3 corripiet. — 20, 5 Aures.

### 219. De Vita Religiosa.

Qui crucis in ligno fera mortis iura subisti  
Et miseris vitam defunctis restituisti,  
Perpetua nos pace tua, rex Christe, gubernas.

- Ad patriam caeli suspirans mente fideli
5. Omnia postponat, quae mundus munera donat,  
Mundum devincat, mundum, sua seque relinquat,  
Se mundo mundumque sibi pariter crucifigat,  
Se Domino Dominumque sibi sumpta cruce iungat,

- Nulla re tractus penitus nullaque coactus
10. Ad laevum deflectat iter dextrumve sequatur,  
Sed medium virtutis iter semper gradiatur,  
Ne per multa vagans Dominum sibi promereatur.  
Rebus in adversis constans humilisque sed erit,  
Nullo prava modo faciat bona transgrediendo,
  15. Nullo recta modo postponat prava sequendo.  
Quae Domino placeant, ea cogitet et meditetur  
Et pro posse suo constanter agens operetur,  
Impulsu nullo faciens contraria Christo.  
A se deficiat, quo gratior hostia fiat,
  20. Suave Deo munus cum Christo spiritus unus,  
Ipsi coniunctus dono charismatis unctus,  
Sic circumspectus homo, non per plurima sectus,  
Omne, quod effatur, quod agit vel quod meditatur,  
Ut bene sit placitum Domino, concurrat in unum,
  25. Per callem rectum vir iustus redit ad unum.  
Hic igitur talis summae cultor deitatis  
Omne veracis censetur simplicitatis.  
Fratribus optatis bona dando simplicitatis,  
Per quam mundatis species claret deitatis,
  30. Simplicibus, non duplicibus requies tribuetur,  
Nam Dominus cum simplicibus fari perhibetur.  
Simplicitas recta devitat devia secta,  
Pluribus abiecta salvandis est via recta.  
Non quaerens rimam sedem sibi collocat imam,
  35. Dando stolam primam regionem reddit opimam,  
Incautos munit, discordes ipsa cunit,  
Quos socians unit, contra temptamina munit.  
Elevat ex undis mundi nos ipsa profundis,  
Spiritus mundis mundi quoque iungit in undis.
  40. Fallere non novit, procul a se nova removit,  
Lites submovit, quia pacis gaudia novit.  
Lampas calcata nunc est fulgore parata,  
Quando die grata pax fiet multiplicata.  
Ergo Deo grati, per aquam flatumque renati.

Cod. Zwettalen. 70. saec. 14. in. — Das Gedicht trägt die Aufschrift „Versus de sancta cruce“, ist indes ein moralisierendes Lehrgedicht. Vers 1—3 bilden sichtlich eine Invocatio als Exordium.

## 220. De Forma vivendi Monachorum.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Christus nobis tradidit<br>formam hic vivendi<br>Et exemplo docuit<br>viam gradiendi, | Ut mundana vanitas<br>possit vilipendi,<br>Et aeterna bonitas<br>queat apprehendi, |
|--|--|

2. Christus quidquid fecerat,  
nostra est doctrina,  
Quidquid ipse pertulit,  
nostra medicina.  
Omnia patrata sunt,  
nos ut a ruina  
Salvaret clementius  
pietas divina.
3. Eia, ergo, monache,  
verus miles Christi,  
Qui te spreto saeculo  
Deo spondidisti,  
Age nunc viriliter,  
sicut incepisti,  
Ipse te non deserit,  
cui te dedisti.
4. Quidquid tibi accidit,  
quidquid patieris,  
Christum semper respice  
ipsumque sequeris,  
Forma vitae tuae sit,  
sicque semper eris  
Patienter sustinens,  
ut tu coroneris.
5. Cum in choro steteris  
laude in divina,  
Vagam mentem erige,  
ne ruat supina  
Cogitando vanius,  
de mundi sentina  
Ad laudis dulcedinem  
mentis cor inclina.
6. Longis in vigiliis  
choro stans ligatus  
Cogitabis, qualiter  
Christus flagellatus  
Pro tuo peccamine  
sitque morti datus,  
De tali spectamine  
sit tuus cogitatus.
7. Quando in capitulo  
eris proclamatus  
Et propter invidiam  
forte accusatus,  
Durusque tibi fuerit  
praesidens praelatus,  
Patienter sustine,  
et eris beatus.
8. Christi patientiam  
volve tunc in mente,  
Qui damnatus fuerat  
pessima a gente,  
Turpiter adloquitur  
ipso nil loquente,  
Ut agnus obmutuit  
coram se tondente.
9. In labore manuum  
quamvis tu graveris,  
Omni patientia  
fac, quod tu iuberis,  
Et hoc voluntarie  
dono ne priveris,  
Sic perfectus monachus  
coram Deo eris.
10. Laborando cogites,  
quod Christus non quievit,  
Suae carnis commoda  
otiando sprevit,  
Portans crucem propriam  
mandatum implevit,  
Sic exemplum exhibens  
omnia complevit.
11. Dum in refectorio  
non bene condita  
Dantur necessaria  
languescente vita,  
Benedicas Domino,  
a quo sunt largita,  
Patienter sustinens  
cogitabis ita:
12. Brevis erit terminus  
Huius malae vitae,  
Christus hoc sustinuit,  
sustine tu rite,  
Magnum erit praemium,  
quies sine lite,  
Dulcis vox: ad gaudium,  
dilecti mi, venite.

13. Dum in tuo lectulo  
sunt stramenta dura,  
Et labore lassa sunt  
genua et crura,  
Nihil vani cogites  
pensans mente pura,  
Et de rebus saeculi  
non sit tibi cura.
14. Tua meditatio  
sit de cruce Christi,  
Omnibus quae durior,  
quae tu pertulisti,  
Qualiter redemptus sis,  
quod non meruisti,  
Inque tuo lectulo  
sint tractatus isti.
15. Si te temptat Dominus  
per infirmitatem  
Vel dolorum gravium  
per diversitatem,  
Habe patientiam  
atque pietatem,  
Dominus te visitat  
ad utilitatem.
16. Christus personaliter  
pertulit dolores  
Et dolere patitur  
suos cariores,  
Ut dolendo iugiter  
fiant puriores  
Et cum caeli civibus  
habeant honores.
17. Cum praelatos videris  
splendida in mensa  
Delicate vivere  
plurima expensa,  
Pauperum penuria  
illic vilipensa,  
Caveas a murmure  
et in corde pensa:
18. Pro tuis miseriis  
habebis tu mercedem,  
In caelesti gaudio  
claritatis sedem,
- Hic vivendo misere  
impetrabis aedem  
Angelorum, ideo  
siste tuum pedem.
19. Abbas si te diligit  
una cum priore,  
Hoc servare studeas  
summo cum timore,  
Hos turbare caveas  
mente, corde, ore  
Et sincere diligas  
omni cum honore.
20. Ioseph Christi fuerat  
pater putativus,  
Quem Christus dilexerat,  
quamvis genitivus  
Ipsius non fuerat,  
tamen subiectivus  
Esse sibi voluit  
formam positivus.
21. Summe tamen caveas  
esse adulator,  
Falsum verum dicere,  
et falsificator,  
Ne placendo ipsis sis  
pauperum damnator,  
Mortem prius elige,  
quam sis criminator.
22. Talis Iudas exstitit  
dispensator Christi,  
Quem mercando tradidit,  
sic sunt omnes isti,  
Qui pro gula pauperes  
damnant voce tristi,  
Hos in poenis pessimis  
Deus iubet sisti.
23. Si non habes gratiam  
forte praelatorum,  
Manus tunc incidere  
timeas eorum  
Et Christo adhaereas  
frequentando chorum,  
Ipse te custodiet,  
qui spes est iustorum.

24. Christus, Dei filius,  
doctor veritatis,  
Reclamavit publice  
viam falsitatis,  
Propter hoc displicuit  
scribis et praelatis,  
Talia si sustines,  
hoc non erit gratis.
25. Si pro negligentia  
fueris argutus,  
Habe patientiam,  
tace quasi mutus,  
Respondendo frivole  
non sis dissolutus,  
Sciens linguam regere  
eris semper tutus.
26. Iesus, puer parvulus,  
salus nostrae spei,  
Virgam matris timuit  
oboediendo ei,  
Non loquendo moritur,  
impii Iudaei  
Dum cruci affigerent  
verum natum Dei.
27. Quando tu ab aliquo  
fueris turbatus,  
Tu debes ignoscere,  
quamvis non rogatus,  
In bono malum vincere  
semper sis paratus,  
In tali patientia  
felix monachatus.
28. Sic te Christus docuit,  
verus rex caelorum,  
Patienter tacuit,  
quando Iudaeorum  
Pertulit opprobria,  
nihil servans horum  
Patiendo supplicat  
memor miserorum.
29. Si quemquam de fratribus  
videris errare,  
Hunc in mansuetudine  
debes increpare,  
Tua propter monita  
si non vult cessare,  
Tibi sit sicut ethnicus,  
et hoc dico quare.
30. Christus multos docuit,  
qui non sunt salvati,  
Quibus pie profuit,  
non fuerunt grati,  
Caute arguendi sunt,  
qui non sunt sensati,  
Ne te tractent turpiter,  
qui nil volunt pati.
31. Si in vehementia  
aliquem turbasti  
Signo, verbo factoque,  
quidquid perpetrasti,  
Roga, ut dimittat hoc,  
in quo tu peccasti,  
Et emendare studeas  
instar viri casti.
32. Quem Christus non laeserat,  
habuit placatum,  
Inimico blandiens  
efficit beatum,  
Hoc exemplum exhibens  
ob tuum reatum,  
Tuum adversarium  
duc ad bonum statum.
33. Si arrident prospera,  
tu non exalteris,  
Semper te humilia,  
caute glorieris,  
Deus dat haec omnia,  
quem tu deprecaberis,  
Quid sis, qualis, intra te  
Semper memor eris.
34. Christus, rex altissimus,  
non se exaltavit,  
Sed pro te humiliter  
se humiliavit,  
Quidquid es, ab ipso es,  
ipse te creavit,  
Illi te humilies,  
qui te sic beavit.



35. Si praecellis alios  
aliqua virtute,  
Noli hos despiciere  
te regendo tute,  
Sed collauda Dominum  
tua pro salute,  
Non spernendo aliquem,  
sic servabis tu te.
36. Non spremit altissimus  
viles peccatores,  
Hinc nos docens clarius,  
quod inferiores  
Non debemus spernere  
neque viliores  
Exhibendo iugiter  
omnibus honores.
37. Si tuo iudicio  
iam simpliciores  
Praeferuntur aliis  
et sunt digniores,  
Quorum tibi displicet  
tam vita quam mores,  
His, si Deum diligis,  
exhibe honores.
38. Qui sua potentia  
caelum, terram rexit,  
Regi a simplicibus  
pro te non despexit,  
Crucis mortem pessimam  
pro te non neglexit.  
Quid pro illo sustines,  
qui te sic dilexit?
39. Illud semper cogita,  
ad quid tu venisti,  
Cui servis, propter quid,  
quae tu quaesivisti;  
Et labores maximos,  
quos tu pertulisti,  
Noli gratis perdere  
stans in laude Christi.
40. Quid ad te, si alii  
currunt indirecte?  
Gressus tuos dirige,  
ambula perfecte,
- Christus viam docuit  
ambulandi recte,  
Quem sequendo iugiter  
cor et crura flecte.
41. Christus pro te pertulit  
plurima tormenta,  
Et ei compassa sunt  
cuncta elementa,  
Quae in tuo saepius  
corde representa,  
Patienter sustinens,  
pauca temptamenta.
42. Si commotus fueris,  
ille perturbatus,  
Verbera si sustines,  
ille flagellatus,  
Iuste si argueris,  
hic male tractatus,  
Quidquid mali sustines,  
ille plus tristatus.
43. Deo semper servias  
cum stabilitate,  
Stabiliri expetas  
sua pietate,  
Ne perdas miserias,  
quas cum gravitate  
Acquisisti longius,  
has non move a te.
44. Nil valet incipere,  
nisi compleatur,  
Laus in fine canitur  
et corona datur,  
Christus post miserias  
caelo coronatur,  
Noli retrospicere,  
merces ne perdat.
45. Tua consolatio  
sacra sit scriptura,  
In qua saepe studeas  
perlegendo plura,  
Multa tu invenies,  
quae sunt placitura,  
Quae te a multiplici  
liberabunt cura.

46. Nihil est utilius  
sacra lectione,  
Vel orare saepius  
cum devotione,  
Ista reddunt monachum  
habilem coronae,  
Ergo tuum studium  
in istis compone.
47. In perturbationibus,  
pauper monachelle,  
Invoca auxilium  
inclitae puellae  
Mariae, ut adiuvet,  
ne laedant procellae,  
Ipsa te eripiet  
a doloris felle.
48. Quidquid facis, ubi sis,  
claustro vel in via,  
Illa semper tecum sit  
dulcis vox: Maria.
- Haec est custos pauperis  
et matrona pia,  
Haec tuum viaticum,  
tua melodia.
49. Deum patrem gloriae  
lauda omni hora  
Et credendo firmiter  
debite honora,  
Qui te sibi similat  
specie decora,  
Cui ut tu placeas,  
sedule labora.
50. Eius quoque filium,  
nostrum consolamen,  
Prece pia invoca  
atque sacrum flamen,  
Ut nos omnes adiuvet,  
qui timent turbamen,  
Et a malo liberet  
in aeternum. Amen.

Cod. Altovaden. 31. saec. 15. A. — Cod. Sangallen. 925. saec. 15. B. — Cod. Sangallen. 933. anni 1401. C. — Cod. Sangallen. 930. saec. 15. D. — Clm. Monacen. (ol. Augustan.) 3594. saec. 15. E. — Clm. Monacen. (ol. Pollingen) 11724 saec. 15. F. — Clm. Monacen. (ol. Emmeramen.) 14793. anni 1488. G. — Clm. Monacen. (ol. Roten.) 15611. saec. 15. H. — Clm. Monacen. (ol. Emmeramen.) 14357. saec. 15. I. — Clm. Monacen. (ol. Tegurin.) 19902. saec. 15. K. — Cod. Valentianen. (ol. Spanheimen.) 244. saec. 15. L. — Cod. Palat. Vindobonen. (ol. Lunaelacen.) 3848. M. — Cod. Palat. Vindobonen. 4121. saec. 15. N. — Clm. Monacen. 641. saec. 15. O. — Cod. S. Petri Salisburgen. b IV 3. saec. 15. P.

1, 2 formam hanc O; hanc formam BE; formulam vivendi C; regulam vivendi P. — 1, 5 Ut humana BE. — 2, 1 quidquid fecit A; quidquid docuit O. — 2, 2 nobis est O. — 2, 3 Et quod ipse O. — 2, 4 est medicina C. — 2, 5 parata O. — 3, 1 ergo clerice BE. — 3, 2 verus gerres B, heres E. — 3, 4 Deo sponondisti C. — 3, 5 fideliter A. — 3, 8 te dedisti A. — Str. 4 fehlt O. — 4, 1 Quidquid acciderit C. — 4, 5 Norma C. — 6, 3 Cogites tu O. — 6, 4 fuerit flagellatus O. — Nach Str. 6 Si per negligentiam etc. O. cfr. Str. 25. — 7, 4 forsán O. — 7, 5 Durus quoque tibi sit O. — 8, 3 damnatus exstitit BE. — 8, 5 illuditur C, Korrektur wegen der falschen Passivform? — 8, 8 coram praesidente C. — 9, 3 Fac cum patientia A; Omni cum patientia C. — 9, 4 uti tu iuberis A; tu fac quod B. — 9, 5 Sed et voluntario A. — 9, 6 dono ne C. — 9, 7 Sicque A; perfectus clericus B. — 10, 2 quod fehlt BC. — 10, 3 Vilis carnis ABC. — 10, 4 occidendo O. — 10, 8 facere consuevit O. — Str. 1-10 fehlen D. — 11, 1 Cum in C; Cumque in A. — 11, 2 bene non O. — 11, 7 sufferens A. — 12, 4 Sustinebis rite. — Str. 13-16 hinter Str. 36. O. — 13, 1 Cum in BC. — 13, 6 pausans O. — 14, 3 quod durior C; Omnibus opprobriis O. — 22, 4 quam tu O. — 14, 7 In tuoque BC; In tuo quoque O. — 15, 1 Dominus temptat E. — 15, 6 senti pietatem A. — 16, 3 pariter B. — 16, 4 quos scit cariores B. — 16, 6 clariores B. — 17, 1 Dum praelatos D; Cum praelatum E. — 17, 5

praesentia A. — 18, 4 claritatum BCE. — 18, 5 sq. Illic tuum protinus colloca sic pedem O. — 18, 7 sq. Hic vivendo misere impetrabis aedem O. — 19, 1 Praelatus si te BCE. — 19, 3 Hos servare BE. — 19, 4 cum honore O. — 19, 5 Hoc turbare A. — 19, 8 cum timore C. — Str. 20 hinter 48 C. — 20, 2 palatinus E. — 20, 5 sq. Ipse non tamen fuerat subicativus B; Ipse non fuerat CDE. — 20, 8 exemplar positivus B; positivus = ponens, proponens. — 21, 3 Falsam rem dicere BC. — 21, 5 Et placendo impiis O; Ut placendo ipsis sis A. — 21, 8 quam talis sis truncator AO. — 22, 1 Iudas dicitur A. — 22, 3 Cum mercando A. — 22, 4 Sicut omnes isti O. — 22, 5 pauperem O. — 22, 6 Damnant vultu Christi A. — 22, 7 in poenis tartari O. — 22, 8 iudex iubet A. — 23, 2 tuorum praelatorum ABC. — 24, 4 caveas eorum O. — 24, 8 qui est rex caelorum O. — Str. 24 fehlt BCO. — Str. 25. fehlt O. — 25, 2 redargutus B. — Str. 26 fehlt O. — 26, 1 Christus puer B. — 26, 7 affixerant A. — 27, 3 Ignosce illi subito A; Debes ei ignoscere BC. — 27, 5 In bonum malum vertere A. — 27, 8 Verus monachatus C; est sanctus monachatus O. — Str. 28 fehlt O. — 28, 3 doluit BC. — 28, 6 nil servans B, nil reservans C. — 29, 1 Si aliquem de ABC. — 29, 3 cum mansuetudine O. — 30, 3 Quibus ipse profuit O. — 30, 4 manserunt ingrati O. — 30, 5 Qui redarguendi sunt O. — 30, 6 qui sunt insensati B; non bene sensati O. — 30, 7 te tradant O; turpiis O. — Str. 31—34 incl. fehlen O. — 31, 6 in quem A. — 32, 2 ut habuit BC. — 32, 6 optimum reatum B. — 34, 3 propter te A. — 34, 5 ab eo es BC. — Str. 35 und 36 stehen hinter Str. 23. O. — 35, 3 despernere O. — 35, 4 regendo te A. — 35, 6 de tua virtute O. — 35, 8 sic salvaberis ABC. — Str. 37 und 38 fehlen O. — 37, 7 diliges B. — 37, 8 magnos exhibe C. — 38, 1 Quia sua E. — 38, 7 pro isto A; sustinens C. — 39, 2 propter quod venisti O. — 39, 4 quem tu A; vel quae quaeivisti O. — Str. 40—43 incl. fehlen O. — 40, 6 ambulando A. — 40, 7 Quam A. — 41, 3 sunt compassa A. — 41, 5 Quae in corde saepius BC. — 41, 6 tuo repraesenta C, repensa B. — 42, 3 sustinens B. — 42, 7 male sustinens B. — 43, 3 exspectes A. — 43, 8 moveas a te A. — 45, 2 sit sacra A. — 45, 6 quae sint O. — 45, 8 liberant A. — 46, 3 orare Dominum A. — 46, 7 Crucem tuum studium A. — 46, 8 in illis BC; ministerii sic A. — 47, 1 In tribulationibus BC; In tribulatione tua E. — 47, 2 pauper tu clerice B, clericule E. — 47, 3 Implora tu O. — 47, 5 ut te adiuvet AO. — 47, 6 te laedant A. — 48, 5 pauperum O. — 48, 6 patrona O. — 48, 8 tua fehlt O, sit melodia O. — 49, 5 simulat O. — 49, 7 Cui tu ut O. — 50, 1 Huius quoque E. — 50, 2 nostrumque solamen O. — 50, 3 Pia semper invoca O. — 50, 5 Ut et omnes O.

Der Str. 1 gehen in A folgende zwei Strophen voraus:

Qui transitis, monachi, omnes huc venite  
Et virtutum floribus caput redimite,  
Si audire cupitis nobile Venite,  
Cum in fine dicetur reprobis Abite.

Haec doctrina instruit cor humiliare  
Et in schola Domini caute ambulare,  
Hanc tabulam tu, monache, noli declinare,  
Sed perlege iugiter atque meditare.

In M geht dem Gedichte die Bemerkung voraus: „Incipit formula domini Petri, abbatis Aulae Regiae [Königssaal oder Zbraslaw a. d. Moldau bei Prag], composita ad aedificationem fratris et monachi devoti.“ Dann folgen die Verse:

O bone claustralis, Christi protectus sub alis,  
Per celerem cursum properans ad praemia sursum,  
Nulla sinistrorum te flectant, nulla retrorsum  
Gaudia terrena, licet haec videantur amoena.  
Moribus insiste, vitii orando resiste,

Motibus resiste pravis, bonus est labor iste.  
 Despice ridere, cum psallis, ne tibi digne  
 Cum reprobris barathri ardere contingat in igne.  
 Dum cantas hymnos, noli proferre cachinnos,  
 Non vult, quem quaeris, ut eum ridendo preceris,  
 Fletum ridenti promittit, gaudia fletu.  
 Flentes exaudit, pietatis viscera claudit  
 His, qui non plorant, vel eis, qui segniter orant.

Daran schließt sich „Christus nobis tradidit“ etc., welches mit der Angabe schließt: *Explicit formula domini Petri, abbatis Aulae regiae, composita in aedificationem monachi devoti.* Diese Angabe scheint sich wohl nur auf obige gereimten Hexameter beziehen zu können, da als Verfasser der „*Forma vivendi*“ *Henricus de Hassia* genannt wird: „*Hainrici de Hassia versus de forma vivendi*“ E; „*Hainrici de Hassia dicta*“ G. — Vgl. F. W. E. Roth, zur Bibliographie des *Henricus Hembuche de Hassia, dictus de Langenstein.* Leipzig 1888, p. 13.

## 221. Exhortatio ad Monachos de contemptu saeculi.

### I.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Si vis esse coenobita,<br/>         Huius vitae vitam vita,<br/>         Ut sis re et nomine,<br/>         Tuae mentis sordes munda,<br/>         Ut sit Deo laus iucunda<br/>         In utroque homine.</p> <p>2. Solus Deus diligatur,<br/>         Cui soli relinquatur<br/>         Omnis laus et gloria,<br/>         Honor, virtus et potestas<br/>         Ipsi sit, cuius maiestas<br/>         Replet regit omnia.</p> <p>3. Non est tuum honorari,<br/>         Non affectes hoc laudari,<br/>         Cum sis vitae miserae;<br/>         Quidquid hic honoris captas,<br/>         Si non Deo totum aptas,<br/>         Perdis tuum vivere.</p> <p>4. Non tam facile honores,<br/>         Si sentirent et labores,<br/>         Affectarent clerici,<br/>         Qui praeesse non prodesse<br/>         Quaerit, perdit suum esse,<br/>         Poena dignus duplici.</p> <p>5. Ad honores sunt parati,<br/>         Dono Dei sunt ingrati<br/>         Iuvenes cum senibus,<br/>         Totum datur dignitati,<br/>         Parum aut nil sanctitati<br/>         His nostris temporibus.</p> | <p>6. Sicque vita laicorum<br/>         Parum distat a porcorum<br/>         Consuetudinibus,<br/>         Supra modum epulantur,<br/>         Intus foris excaecantur,<br/>         Pleni malis moribus.</p> <p>7. De salute animarum<br/>         Rarus sermo, sed terrarum<br/>         Amplitudo quaeritur;<br/>         Qui nunc potest plus ditari,<br/>         Vel in altum sublimari,<br/>         Hic beatus dicitur.</p> <p>8. Mundus finem iam minatur,<br/>         Qui tot malis inquinatur,<br/>         Quod praedixit veritas;<br/>         Caritas iam refrigescit,<br/>         Omnis sanctus obmutescit,<br/>         Abundat iniquitas.</p> <p>9. Potens ridet impotentem,<br/>         Sic astutus innocentem,<br/>         Adulescens veterem,<br/>         Vir a fratre supplantatur,<br/>         Puer patri adversatur,<br/>         Dives spernit pauperem.</p> <p>10. Sanctus hodie putatur,<br/>         Qui non nimis inquinatur<br/>         Malis criminalibus,<br/>         Normam vitae si requiris,<br/>         Non hanc quaeras iam in viris<br/>         Sed in voluminibus.</p> |
|--|--|

11. Perit lex a sacerdote,  
Pereunt virtutes totae,  
A sene consilium;  
Multos habemus doctores,  
Sed paucissimos factores  
In vita mortalium.
12. Hanc vitae captivitatem,  
Si manentem civitatem  
Hic haberem, plangerem;  
Fertur plane captivitas,  
Ubi nescitur veritas;  
Vae, si semper viverem!
13. Heu, heu, homo cur creatur,  
Qui tot malis captivatur,  
Velit nolit moritur?  
Quod est malum, hoc vitare,  
Vel, quod bonum, hoc amare  
Vix infelix cogitur.
14. Unde nemo iam gravari  
Debet, si sic consolari  
Omnis iustus renuit;  
Immo satis est dolendus  
Et a Deo respuendus,  
Qui non mundum respuit.
15. In hoc tamen consolatur  
Vere sanctus et laetatur,  
Quia mundus transiet;  
Flere de occasu mundi  
Debent peccatis immundi,  
Quorum dolor veniet.
16. Ad te ergo revertere,  
Homo, prostratus miser,  
Cur sis factus, considera;  
Te Deus sibi similem  
Fecit, sed tu dissimilem  
Te facis augens scelera.

17. Consors quondam angelorum  
Legem tenes iumentorum  
Ipsis factus similis;  
Esca ventri, venter escis  
Hunc et has frenare nescis,  
Propter quod es fragilis.

II.

18. Surge, miser, quid dormitas?  
Imitare coenobitas  
Antiquorum temporum,  
Qui tenentes viam vitae  
Contempserunt non invite  
Opes, vires corporum.
19. Erant mundo crucifixi,  
Mundus ipsis, et transfixi  
Caritatis gladio,  
Vitam hanc parvi pendebant,  
Nam caelesti adhaerebant  
Magno desiderio.
20. Corpus satis castigabant,  
Lectionibus vacabant,  
Et orabant iugiter,  
Nunquam erant otiosi,  
Omnibus affectuosi;  
Vade, fac similiter.
21. Et conserves te devotum,  
Quidquid vides, fuge totum,  
Paupertatem elige;  
Non te locus vilitatis  
Angat vel extremitatis,  
Sed nesciri dilige.
22. Te praelato subiugabis,  
Quidquid iubet, observabis,  
Et hoc voluntarie;  
Noli facta iudicare  
Praelatorum, sed vitare  
Debes fel invidiae.
23. Temet ipsum reprehende  
Diligenter et attende,  
Ne quem unquam iudices,  
Pro te reddes rationem,  
Nunquam proferas sermonem,  
Ut te ipsum vindices.

24. Erit tibi salutare,  
Si amari et amare  
Omni hora studeas;  
Quidquid facis, reprobatur  
Apud Deum nec laudatur,  
Nisi pacem teneas.
25. Diligantur iuniores,  
Venerentur seniores,  
Esto carus omnibus,  
Non accipies personam,  
Sed amabis vitam bonam  
In cunctis hominibus.
26. Sic gaudere cum gaudente  
Bonum est Paulo dicente  
Et flere cum flentibus,  
Ordinatus ordinatis,  
Patiens inordinatis  
Eris tuis fratribus.
27. Corporum infirmitates,  
Sed et morum paupertates  
Patienter tolera,  
Neque velis apparere  
Magnus nec laudem habere  
In hac vita misera.
28. Cave, ne sis singularis,  
Sed, quodcumque operaris.  
In communi facias;  
Lege, canta, psalle, ora  
Sicut omnes et labora,  
Vive et non alias.
29. Primus cris ad laborem,  
Tardus autem ad honorem  
Et ad iram ultimus,  
Omnibus subiciaris,  
Nunquam aliud loquaris,  
Quam quod habet animus.
30. Omnem horam occupabis  
Hymnis, psalmis, et amabis  
Claustrale silentium,  
Super hoc orationem  
Diliges et lectionem,  
Nutricem claustralium.
31. Habens victum et vestitum,  
Quale fuerit largitum,  
Nihil quaeras amplius,  
De colore non causeris,  
Si sit vilis, tunc laeteris,  
Et sic eris sobrius.
32. Cave, ne sis curiosus  
In vestitu vel gulosus  
In diversis epulis,  
Sic non eris somnolentus  
Nec in potu vinolentus  
Nec vacabis fabulis.
33. Nimis est periculosum  
Esse monachum verbosum,  
Cum silere debeat;  
Ioci quidem sunt ferendi,  
Nunquam tamen referendi,  
Quos proferre pudeat.
34. Omne fugias peccatum,  
Si videre vis pacatum  
Salvatorem omnium;  
Ipsum corde, ore ora,  
Ut in tuae mortis hora  
Tibi sit auxilium.

Cod. ms. Palatin. Matriten. 2 N 4. saec. 13/14. A. — Collect. ms. Campense saec. 14/15. Cod. Palat. Vindobon. 883. B. — Collect. ms. incert. orig. saec. 15. Clm. Monacen. 641. C. — Str. 1—6 fehlen A. — 1, 6 utroque hodie B. — 2, 2 Cui solus C. — 2, 5 cuius potestas C. — 2, 6 Replet et C. — 3, 2 Velle bono vel laudari C. — 5, 2 Ad labores sunt ingrati C. — 6, 1 Sic a vita C. — 6, 2 distat aut porcorum C. — 6, 6 malis omnibus B. — 9, 4 a pari C. — 9, 5 Puer matri B; Patri puer C. — 10, 2 Qui nunc AC. — 10, 4 Formam BC. — 11, 6 In terra B. — 12, 4 Datur plane B; Hic est plane C. — 12, 5 In qua BC. — 13, 1 homo cum A. — 13, 2 malis inquinatur C. — 13, 4 Hoc quod malum est vitare A; Quod sit B. — 13, 6 sqq. fehlen A. — 13, 6 Vix infidelis B. — 14, 1 iam mirari C. — 14, 2 si hic C. —

15, 4 De hoc casu fieri B. — 16, 4 sq. Sibi te fecit similem Deus tibi dissimilem B; Deus te sibi similem Sed tu sibi dissimilem C. — 17, 2 tenens C. — 17, 4 Esca venter ventri B. — 17, 5 Has et hunc C.

Mit Str. 18 beginnt ein neues Lied C. — 18, 1 Ergo surge qui dormitas B. — 18, 2 Meditare A. — 18, 3 Antiquorum operum B. — 18, 6 viresque C. — 19, 2 In vitiis necnon B; Cum vitiis et C. — 19, 6 sqq. fehlen A. — 21, 1 conserva C. — 23, 2 Et diligenter B. — 28, 2 Venerentur et priores B. — 28, 4 psalle canta C. — 30, 2 Psalmis hymnis C. — 30, 3 Tenere silentium B; Habere silentium C. — 39, 1 vestitum et victum A. — 39, 2 Secundum apostoli dictum A; Ut fert apostoli dictum C. — 39, 5 Qui si vilis A. — 33, 2 Esse claustralem C. — 34, 2 vis paratum A. — 34, 6 Sit tibi B.

In B am unteren Rande die Aufschrift „Dictamen cuiusdam monachi Claraevallensis ad monachos de contemptu saeculi.“

## 222. Speculum Claustralium.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Ad vitam claustralium<br/>quilibet vocatus<br/>A saeculi miseriis,<br/>ut purget reatus,<br/>Sit, quae dicam breviter,<br/>implere paratus,<br/>Et fruatur gaudiis<br/>summis laureatus.</p>           | <p>5. Daemonis tyrannidem<br/>vincit humilitas,<br/>Et carnis lasciviam<br/>ciborum parcitas,<br/>Spernit mundi gloriam<br/>perfecta caritas,<br/>Quia solum quaerit haec,<br/>quae zelat deitas.</p> |
| <p>2. Primo transitoria<br/>plene refutare,<br/>Nil de pompis saeculi<br/>debet cogitare,<br/>Ad caeli delicias<br/>semper anhelare,<br/>In sancto proposito<br/>mentem radicare.</p>                        | <p>6. Debet ergo primitus<br/>sic humiliari,<br/>Quod nunquam superbiam<br/>sinat dominari<br/>In gestis, in actibus,<br/>nec superba fari<br/>Quaerat ullo tempore<br/>neque meditari.</p>           |
| <p>3. Sic mores et opera<br/>curet ordinare,<br/>Ut his regem gloriae<br/>valeat placare<br/>Et exemplum proximo<br/>sanctae vitae dare,<br/>Sic magnus vocabitur<br/>in supremo lare.</p>                   | <p>7. Si multis virtutibus<br/>fulgeat praeclare,<br/>Ut forma, scientia,<br/>cantu, se levare<br/>Inde super ceteros<br/>neque se iactare<br/>Debet, immo Domino<br/>gratias libare.</p>             |
| <p>4. Tamquam miles strenuus<br/>ad bellum paretur,<br/>Hostes tres nequissimos<br/>vincere conetur,<br/>Mundum, carnem, daemonem,<br/>contra quos armetur<br/>Optimis virtutibus,<br/>et palma fruatur.</p> | <p>8. Virtutes destruit<br/>cunctas superbia,<br/>Ad horribilia<br/>ducit supplicia,<br/>Vehit humilitas<br/>ad caeli gaudia,<br/>Virtutes congregat,<br/>consumit vitia.</p>                         |

9. Oboedientiam  
superioribus  
Semper exhibeat  
et senioribus  
Honorem maximum,  
simul et paribus  
Placere studeat  
in bonis omnibus.
10. Confratres singulos  
amet communiter,  
Nullum despiciat  
neque carnaliter  
Haerebit cuiquam,  
dico salubriter,  
Quod Deo displicet  
zelare taliter.
11. Pro cunctis fratribus  
legere, cantare  
Devote studeat  
atque ministrare,  
Quod monet regula,  
iugiter servare,  
Salutis monita  
nunquam reprobare.
12. Opus caritatis  
impendat omnibus  
Atque pietatis  
puris affectibus  
Precetur pro malis  
et persequentibus,  
Glorificetur  
sic in caelestibus.
13. Caritas virtutum  
tenet principatum,  
Illa reddit hominem  
salvatori gratum,  
Cum qua quod facimus,  
erit approbatum,  
Sine qua non proderit  
opus consummatum.
14. Saepe confiteri  
peccata levia  
Debet, nec scrupulum  
in conscientia
- Ullum permaneat,  
sic cum fiducia  
Tractare poterit  
Dei mysteria.
15. Vitae puritatem  
teneat sincere,  
Spernat hominibus  
sanctus apparere,  
Nullus hypocrita  
Dominum videre  
Valebit, qui solum  
his studet placere.
16. Diebus et noctibus,  
cum debet psallere,  
Quod profert labiis,  
mente revolvere,  
Divinis laudibus  
debet intendere,  
In quibus caveat  
fictus existere.
17. Quaecunque poterit,  
instanter agere  
Conetur, optima  
studens perficere;  
Ignorat quilibet,  
si diu vivere  
Vult eum Dominus  
an mori propere.
18. Ubique velit se  
mature gerere,  
Quietem diligit,  
spernat discurrere,  
Piis affectibus  
salutem quaerere  
Et preces Domino  
devotas fundere.
19. In bonis in claustro  
quaerat occupari,  
Cantum repetere  
vel quid operari,  
Multi per otium  
feruntur damnari,  
Virtutum quod solet  
noverca vocari.



20. Instructus ad plenum  
nitatur discere,  
Ut sacra doctrina  
possit instruere  
Alios et sancte  
tempus expendere,  
De quo rationem  
se sciat reddere.
21. In locis debitis  
servet silentium,  
Quod pacis nutrix est  
et custos mentium,  
Ubique caveat  
garrere nimium,  
In multiloquio  
non deest vitium.
22. Sit in capitulo  
quandoque clamatus,  
Defendat aut neget  
proprius reatus  
Nunquam, sed veniam  
postulet prostratus,  
Ibi cavillator  
nec sit advocatus.
23. In refectorio  
corpus reficere  
Sedens, quod legitur,  
debet attendere,  
Allatis sobrie  
de cibis sumere,  
Quae fratres fercula  
habent, nec quaerere.
24. Devitet crapulam,  
gulam per omnia,  
Quae trahunt homines  
ad multa vitia,  
Furores suscitant,  
lites et odia,  
Ducunt ad inferos,  
claudunt caelestia.
25. In dormitorium  
pergens quiescere,  
Antequam dormiat,  
a Christo petere,  
Ne sibi daemones  
sinat illudere,  
Et somnolentiam  
nitatur fugere.
26. Si magna deprimat  
corpus infirmitas,  
Christo persolvere  
non cesset gratias,  
Quem zelat filium,  
castigat deitas,  
Quem placat nimium  
cordis suavitas.
27. Si quibus de causis  
animus turbetur  
Recurrat ad Christum,  
qui tristi medetur,  
A quo remedium  
pronus deprecetur,  
Et mentis dulcore  
statim potietur.
28. De claustro veniens  
iocandi gratia  
Linguam custodiat,  
ne fetur turpia,  
Nociva, frivola  
neque scurrilia,  
Nam mores optimos  
corrumpunt talia.
29. Nulli detrahere,  
nullum depravare  
Nec in absentia  
quemquam iudicare  
Nec linguam noxiam  
velit auscultare,  
Haec Deus et homines  
norunt reprobare.
30. Nullum deridere,  
nullum provocare  
Nec se de propriis  
gratiis iactare,  
Omnibus minorem  
debet se putare,  
Commotus leniter  
conetur sedare.

31. In corde, labiis  
 non sit invidia,  
 Mordax detractio,  
 nulla superbia,  
 Multos diabolus  
 per ista vitia  
 Mortales pertrahit  
 ad gehennalia.
32. Si videt socium  
 magis honorari  
 Et ad solacia  
 saepius vocari,  
 Non inde dolere  
 debet, sed laetari  
 Tunc gloriosius  
 sciens coronari.
33. Auscultans aliquem  
 fratri detrahere  
 Festinet comminus  
 aurem avertere,  
 Vel eum moneat  
 pie quiscere  
 Addens, quod animam  
 sic potest perdere.
34. In corde nunquam  
 sinistra machinetur,  
 Optima de cunctis  
 semper suspicetur,  
 Sed cordis latebras  
 proprii rimetur  
 Nunquam, fratris quia  
 cor Deus intuetur.
35. Si fratrem quempiam  
 videt delinquere,  
 Secrete leniter  
 debet corripere,  
 Et si renuerit  
 sese corrigere,  
 Superioribus  
 haec innotescere.
36. Si dicat aliquis  
 multa convicia,  
 Sibi respondeat  
 commoto dulcia,
- Eius sedabitur  
 mox iracundia,  
 Et coronabitur  
 pro patientia.
37. Ira si movetur,  
 non hanc procedere  
 Sinat ad odium,  
 sed mox dimittere  
 Ut homicidium;  
 non debet spernere,  
 Si laedat, veniam  
 non tardet petere.
38. Habere cum bonis  
 gliscat consortia,  
 Qui bona praedicant  
 et spiritalia,  
 Malorum penitus  
 vitet colloquia,  
 Ipsum ne maculent  
 sua malitia.
39. Submisce rideat,  
 nolit cachinnare,  
 In loquendo vocem  
 nimis exaltare,  
 Vultumque paululum  
 curet inclinare,  
 Nec sinat oculos  
 undique vagare.
40. Dicta iuramento  
 spernat confirmare,  
 Nam Christus prohibet  
 omnino iurare,  
 Nulli maledicat,  
 nullum flagellare  
 Debet, sed in cunctis  
 sese moderare.
41. Adulationis  
 verba devitare  
 Pravum consilium  
 nulli debet dare,  
 Veritatis tramite  
 nunquam declinare,  
 Ad bonum patrandum  
 cunctos animare.

42. Nil donet nec sumat  
sine licentia  
Neque desideret  
quaeque munuscula  
Ut bursas, knipulos  
et consimilia,  
Paulatim decidunt  
quaerentes talia.
43. Non exteriora  
captet officia,  
Non equos scandere  
pulchros, donaria,  
Diversa gaudia,  
nam sunt inania,  
Elongant eminus  
a vera gloria.
44. In his occupatos  
multos torpescere  
Scimus in divinis  
et fecte psallere,  
Venire tardius,  
redire propere  
Carnis solacia  
cuncta perquirere,
45. Vagari nimium,  
corrupte dicere  
Dei servitium  
pluraque facere,  
Quae Deo displicent,  
quae cesso promere,  
Ergo vitabit haec,  
qui vult proficere.
46. Si roget praelatus,  
in his deservire,  
Ut corvus ab arca  
non debet exire,  
Sed velut columba  
clementer redire,  
Sic securus erit  
in diebus irae.
47. Hinc bene consideret,  
quam brevis gloria  
Est mundi miseri,  
quam deceptoriam,
- Ut finum foetidum  
contemnat omnia,  
Haerebitque claustro  
summa laetitia.
48. Nam claustrum separat  
a vanitatibus  
Saecli, multimodis  
foedis affectibus,  
Pravis auditibus,  
malis faminibus,  
Multum glorificat  
in summis sedibus.
49. Hanc brevem scedulam  
qui vult inspicere,  
Discet, se qualiter  
in cunctis gerere  
Intus, exterius,  
beate vivere,  
Quid sequi debeat  
et quid neglegere.
50. Si mens erigitur  
usque caelestia  
Et quanta cogitet  
fruentur gloria,  
Qui Deo serviunt  
magna constantia,  
Hanc normam sequantur  
tota potentia.
51. Si haec non sapiunt,  
saltem supplicia  
Inferni terreant  
ineffabilia,  
In quibus regularis  
quaerens carnalia  
Magis torquebitur,  
mundique gaudia.
52. Conemur igitur  
illa sic spernere,  
Ita spiritui  
carnem subicere,  
Ut caeli possimus  
cives exsistere,  
Quod nobis tribuat  
regnans in aethere.

223. De Habitu et Conversatione Monachorum.

1. Adeptus quisque munere  
Locum virtutis culminis  
Cautus debet conscendere,  
Vanam cavere gloriam.
2. Bellator contra vitia  
Tumorem mentis deprimat,  
Per quem elatus zabulus  
Caeli reliquit sedibus.
3. Carne devicta anima,  
Magnum laborem dedita,  
Timenda semper vanitas,  
Ne bonum perdat misera.
4. Donum, quod Christus tribuit  
Suisque servis subditis,  
In Dei vertant gloriam,  
Ne magna perdant praemia.
5. Expertus quoque monachus  
Sanctis delectet habitus  
Tantumque fiat humilis,  
Ne mundi quaerat laudibus.
6. Fractus a fame teneat  
Amator abstinentiam,  
Relinquat vita perditam,  
Hypocrisis exempla.
7. Gravis, in mente quietus,  
Religione deditus,  
Aptus in vultu clareat  
Placabilisque omnibus.
8. Humilis in vestibus,  
Sanctis ostendat moribus,  
Ne foris quidem simplicis  
Intus recludat maculas.
9. In bonis currat actibus,  
Qui dudum fuit reprobus,  
Dolens compunctus ambulet  
Et plures fundat lacrimas.
10. Kartarum lector paginis  
Frequenter oret saepius,  
Malis commutet moribus  
Et multum sit pacificus.
11. Lapsus in tactus criminum  
Laudare debet Dominum,  
Non sit securus nimium,  
Ne turbas iungat daemonum.
12. Minus perfectis meritis  
Iugis implorent precibus  
Deumque caeli ditius,  
Qui pius fuit parvulus.
13. Non sit linguosus monachus,  
Sed paucis verbis deditus,  
Suis refrenet labiis  
A pravisque eloquiis.
14. Obscena verba, turpia  
Et risumque moventia  
Tantum vitemus plurimum  
Velut venenum aspidum.
15. Pauper pro Christo subditus,  
Nullum detrahant fratribus,  
Ne post exitum animae  
Possideatur inferus.
16. Quicumque sumptus saeculo  
Pro Christo caret munere,  
Non sit in corde murmurans,  
Ne bonis perdat omnibus.
17. Religione cupidus  
Non multum miret virgines,  
Suos avertat oculos,  
Ne sibi tradat laqueos.
18. Suspecti sint et vigiles  
De suis sanctis meritis,  
Puri, confessi cordibus  
Suis allidant parvulis.
19. Tempusque brevi praestitum  
Nullum ducamus vacuum,  
Finem ornemus operis  
Nostram pensantes temporis.
20. Vita vilescat saeculi  
In sensu quoque monachi,  
Non sit in rebus cupidus,  
Ne mundi quaerat laudibus.

- |   |   |
|---|---|
| <p>21. <i>Xristus nobis prae omnibus</i><br/>Orandus saepe Dominus,<br/>Ut nos infirmos protegat,<br/>Suos conservet famulos.</p> | <p>23. <i>Zelo amoris proximi,</i><br/>Fratres in unum conditi,<br/>Hostem vincamus invidum<br/>In caritatis vinculo.</p> |
| <p>22. <i>Ymnisque Dei plurimis</i><br/>Mente rogemus humili,<br/>Ut taetris quoque daemonum<br/>Sub nostris subdat pedibus.</p>  | <p>24. <i>Gloria tibi, Domine,</i><br/>Gloria unigenito<br/>Una cum sancto spiritu<br/>In sempiterna saecula.</p>         |

Cod. Bruzellen. 8860—67. saec. 10. — 3, 1 *Carmen devicta.* — 5, 1 sq. *Lies Expertum quoque monachus sanctus delectet habitus oder Expertus quoque monachus sancto delectat habitu?* — 6, 1 *Factus a fame.* — 6, 2 *abstinentia.* — 6, 3 *Lies vitam perditam?* — 6, 4 *Lies Hypocrisisque?* — 8, 3 *simplicis.* — 18, 4 *parvolis; lies parvulos?* — 21, 2 *orando.* — 23, 1 *proximus.* — An der eigenartigen Latinität sind vielleicht die wenigen Änderungen schon zu viele.

#### 224. De Patientia habenda in Capitulo.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. <i>Tu, qui digne vel indigne</i><br/><i>Hic fueris proclamatus,</i><br/><i>Tam benigne velut igne</i><br/><i>Caritatis inflammatus</i><br/><i>Respondeas et gaudeas</i><br/><i>Tuis culpis emendatus.</i></p>              | <p>2. <i>Pro te Christus accusatus,</i><br/><i>Flagellatus obmutuit,</i><br/><i>Ad extremum dulce latus</i><br/><i>Aperiri voluit,</i><br/><i>Ut intrares ad cor eius,</i><br/><i>Iter tibi praebuit.</i></p> |
| <p>3. <i>Te nunc precor, ne ingratus</i><br/><i>Tantis donis sis fraudatus,</i><br/><i>Tui memor sis reatus,</i><br/><i>Pati semper praeparatus,</i><br/><i>Cum pro te sit morti datus</i><br/><i>Qui pro se nil meruit.</i></p> |   |

Collect. Cisterciën. Hemmeroden. saec. 15. Cod. Vindobon. Palat. 4781. A. — Collect. ms. saec. 15. Clm. Monacen. 641. B. — Collect. ms. saec. 15. Cod. Graecen. 1294. C. — 1, 1 *digne ut indigne A.* — 1, 2 *hic stas B.* — 1, 3 *Tu benigne BC; velut fehlt C.* — 1, 4 *Claritatis A.* — 1, 5 *Rem videas A; et fehlt C.* — 1, 6 *De tuis A.* — Nach 2, 2 schiebt A ein: *Opprobriis saturatus Clavos, crucem sustinuit.* — 2, 6 *Iter sic A.* — 3, 2 *Tanti doni A; Cunctis fraudatus sis bonis C.* — 3, 4 *semper sis A; Atque pati sis paratus B.* — 3, 5 *Cum sit pro te C.* — 3, 6 *nihil A.* —

In A steht vor dem Liede, in B (unmittelbar) und C (etwas später) nach demselben: „*Stetit Iesus ante praesidem inclinato capite, defixis in terram aspectibus, vultu placido, sermone raro, paratus ad opprobia, promptus ad verbera;* dieses mit einigen unwesentlichen Varianten. Daran schließt sich in C:

*Sic stemus et nos in capitulo*  
*Sicut Christus in praetorio,*  
*Sustinete hic virgam corripientem,*  
*Ne sentiatis malleum percipientem.*

Statt dessen in B:

*Tu quotiens haec toleras,*  
*Diabolum colaphizas.*

Der gleiche Gedanke in C vor dem Rhythmus:

Totiens diabolum percutiemus,  
Quotiens sic humiliter respondemus.

Die Aufschrift des Liedes ist nach B. In A lautet sie: „Venerabilis pater noster sanctus Bernhardus haec metra composuit;“ in C: „Beatus Bernhardus de reverentia capituli. Statt dessen hat B die Aufschrift Ieronymus.

In der „Vita Thomae a Kempis, Francisco Tolensi canonico regulari auctore“, vorgedruckt den „Opera omnia Thomae a Kempis. Coloniae Agrippinae 1788.“, heißt es p. 29: „Habebat [Thomas] pro more certis in septimana diebus se flagro affligere cantilando Hymnum illum „Stetit Iesus“. Ob damit vorstehender Rhythmus nebst der Einleitung eben dieses Anfanges, die in Reimprosa ausläuft, gemeint ist? Daniel (V, 406) citiert die genannte Stelle aus einer Quelle zweiter Hand; Chevalier macht im Repertorium auf dieses hin einfach den Thomas a Kempis zum Verfasser des Hymnus.

## 225. Oratio dicenda in introitu lecti.

### I.

Deprecor, ut damnes phantasmata, sancte Iohannes,  
Dum dormito, meus sis custos, sancte Matthaecus,  
Huic animae praesto defensor, Luca, adesto,  
Quae sunt in felle, procul omnia, Marce, repelle.

### II.

Angele, qui meus es custos, pietate superna  
Me tibi commissum salva, defende, gubernata.

### III.

Ore tuo, Christe, benedictus sit thorus iste,  
Dormiat in Christo, qui lecto dormiet isto.  
Per crucis hoc signum fugiat procul omne malignum  
Et per idem signum salvetur omne benignum.

Brev. Arremarense saec. 15. Cod. Parisien. 1363.

## 226. De bonis operibus.

1. Unicus, ob Christum vivus quem porrigis, assis,  
Cui gravis incumbit pauperies, misero,  
Gratior est Christo, tibi reddituosior ipsi,  
Quam si post mortem mille talenta sinas,  
Vel solidum ex auro tangentem vertice caelum  
Legares montem pauperibus moriens.

2. Passio lacrimulam si Christi evulserit unam  
Plenaque peccatis magna crumena tuis,  
Gratior est Christo, tibi reddituosior ipsi,  
Quam si pro mundo fluxeris in lacrimas,  
Vel si profusis aequaret flumina plorans  
Lacrimulis mundi turbine pressus homo.
3. Verbum, quod nequam dicet tibi proximus ore  
Asperum, si Christi victus amore feras,  
Gratior est Christo, tibi reddituosius ipsi,  
Quam si discrucies omnia membra tibi,  
Vel tot percusso frangas in corpore virgas,  
Quos campus vel quot frondea silva gerit.
4. Somnum rumpe tuum, quo Christum pervigil ores  
Nocte sub obscura, cum magis grata quies,  
Gratius est Christo, tibi reddituosius ipsi,  
Quam si sanctorum mille sepulcra petas,  
Vel si bis saevus miles tua tolleret ossa  
Proque anima peteret trans mare templa tua.
5. Si tua pauperibus peregrinis tecta patebunt,  
Ac eis in cunctis obsequiosus eris,  
Gratius est Christo, tibi reddituosius istud,  
Quam si ieiunes tempus in omne tuum,  
Vel si castiges per singula sabbata ventrem,  
Ut ter ieiunum panis et unda cibet.
6. Si pro te supplex animam corpusque rogando  
Committes Christo voce, fide, gemitu,  
Gratius est illi, tibi reddituosius istud,  
Quam pro te mater si sua sancta roget,  
Vel pro te sanctas rogaret et angelus omnis  
Orans pro culpa proque salute tua.
7. Adversum, quodcunque tibi contigerit, omne  
In dextram partem si tuleris patiens,  
Gratius est Christo, tibi reddituosius istud,  
Quam si nota foret pagina sacra tibi,  
Vel si pro meritis multis virtutibus auctis  
Lux tua se Pauli sublevet usque polum.
8. Laeto fer animo, quaecumque ferre necesse,  
Et tibi sit libitum, quod secus esse nequit,  
Gratius est Christo, tibi reddituosius istud,  
Quam mundo centum visere templa pede,  
Vel peregre errantem fontes liquisse cruoris,  
Qua se cumque pedis verteret umbra tui.

9. Mundanum, quodcunque iuvat, quod praeterit omne,  
Abice nec rebus talibus adde fidem,  
Gratia sola Dei tibi perquiratur, ab ipso  
Quae datur his, illam quaerere qui satagunt,  
Donec inveniant, quoniam non sufficit illam  
Quaerere in extremo, limite tenta venit.

10. Gratius hoc Christo, tibi reddituosius ipsi,  
Quam si concisus vulnera mille feras,  
Vel, si quae ad caelos consurgeret usque columna  
Passim vel clavis obsita vel gladiis,  
Percurrenda tibi noctesque diesque perennet  
Sanguinis exspargens larga fluentia tui.

Orat. ms. Italicum saec. 15. ex. Cod. S. Ignatii Londinen. s. n. — 2, 5  
aequarent. — 6, 1 per te. — 10, 5 diesque permanet. — Aufschrift: „Alber-  
tus magnus episcopus rogans Dominum, ut sibi revelaret, quae ei essent pla-  
cita et homini proficua, infrascripta revelavit Christus.“

### 227. De Paupere reficiendo.

Ad mensam resides sumens epulas potiores,  
Et pauper clamans esurit ante fores;  
Eiusdem carnis, eiusdem conditionis,  
Quae tu fastidis, indiget ille bonis.  
Non tibi quaerit opes nec delicias epularum  
Exspectans modicum, sufficietque parum.  
Da sibi vel modicum, Deus hoc in paupere clamat;  
Ni misereris, odit, si misereris, amat.  
Pauperis esto memor, quia, ni miseri misereris,  
Iudicis ante thronum non miserandus eris.  
Divitis et Lazari memor inter fercula vive,  
Ne sit perpetuo perpetuum tibi vae.

Clm. Monacen. 14843. saec. 14.

### 228. De Humilitate.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Cor tumens superbia,<br>disce non inflari,<br>Non te, quaeso, pigeat<br>Iesum imitari,<br>Quem indigne conspicias<br>viliter tractari,<br>Qui caeli agminibus<br>scitur honorari. | 2. Disce falsam promere<br>gloriam honoris<br>Laudesque contemnere<br>humani favoris,<br>Dum te vilem reputat<br>homo videns foris,<br>Tu te vilem oculis<br>penses creatoris. |
|--|--|



3. Ut quid ergo murmurans  
 miser indignaris,  
 Si coram hominibus  
 vilis reputaris?  
 At magis in oculis  
 Dei reputaris,  
 Coram quo pro meritis  
 vilis comprobaris.

Orat. ms. saec. 16/16. Cod. Sangallen. 517.

229. De Vitiis Capitalibus.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. O vos, quos antiquus hostis<br/>         Fallit, nec errorem nostis,<br/>         Invalidi in lite,<br/>         Qui peccatis adhaeretis<br/>         Et a vobis removetis<br/>         Aeternae regem vitae,<br/>         Ad mea, decepti<br/>         iuvenes, praecepta venite.</p>         | <p>5. Qui tu offendisti Deum<br/>         Arrogando, te da reum,<br/>         Superbiam minores,<br/>         Quae est radix peccatorum<br/>         Portas clauditque caelorum<br/>         Et dirimit honores;<br/>         Inquinat egregios<br/>         adiuncta superbia mores.</p> |
| <p>2. Quamquam decor imperitus<br/>         Homo tu, qui irretitus<br/>         Es sagena doli,<br/>         Aurem praebe meis dictis<br/>         Et docebo dolis lictis<br/>         Perfectam vitam poli.<br/>         Utile consilium<br/>         proborum temnere noli.</p>                    | <p>6. Avaritiam fugato,<br/>         Tuas res partificato<br/>         Illi, qui egescit;<br/>         Miser est, cuius cor rodit<br/>         Cupiditas, quam Deus odit,<br/>         Quae satiari nescit;<br/>         Crescit amor nummi,<br/>         quantum pecunia crescit.</p>    |
| <p>3. Pro peccatis ingemisce<br/>         Fletu fuso et addisce,<br/>         Quantum peccatum olet,<br/>         Deo supplex semper esto,<br/>         Qui est paenitenti praesto,<br/>         Dum pro culpa dolet,<br/>         Per lacrimas flecti<br/>         principis ira solet.</p>         | <p>7. Gaude, noli invidere<br/>         Proximo, cum sit in aere<br/>         Saluteque sublimis,<br/>         Illorum fuge pravitatem,<br/>         Qui propter felicitatem<br/>         Bonorum dolent nimis.<br/>         Invidus alterius<br/>         rebus marcescit opimis.</p>    |
| <p>4. Confitendo te mundato,<br/>         Convertendo cor culpato,<br/>         Quod unquam mala gessit,<br/>         Nisi tu mundatus fias<br/>         Per confessionem, scias<br/>         Nil boni in te crescit,<br/>         Sincerum nisi vas,<br/>         quodcunque infundis, acescit.</p> | <p>8. Ad iram noli provocare<br/>         Aliquem nec irascare,<br/>         Nam Deus amat mites,<br/>         Pax in cellis est protecta,<br/>         Unde ira est proiecta,<br/>         Hinc iram, homo vites;<br/>         Utile sit nobis<br/>         nullas componere lites.</p>  |

9. Fuge crapulae foetores,  
 Quia perdit bonos mores,  
 Virtutis est mendica,  
 Gentem Deus odit plane,  
 Quae vacat gulae, caro mane  
 Nam raro est pudica;  
 Indulgere gulae  
 noli, quia ventris amica.
10. Tu luxuriam obscenam,  
 Quae aeternam infert poenam  
 Toto vites conatu,  
 Honor, vita syncopatur,  
 Bursa nummis vacuatur  
 Luxuriae reatu,  
 Nunquam luxuria  
 parvo contenta paratu.
11. Non acidia graveris,  
 Ad virtutes velox eris  
 Tamquam volans pennis,  
 Qui acidia detenti,  
 Ad virtutes somnolenti,  
 Mergentur in gehennis;  
 Nullus homo segnīs  
 vitae fert dona perennis.
12. Caveas, ne converseris  
 Fatuus, sed imiteris  
 Consortia bonorum,  
 Nam cum sancto sanctus eris,  
 Cum perverso perverteris  
 Consortiis eorum;  
 Semper iniquorum  
 scelus impedit acta bonorum.

Cod. Palat. Vindobonen. (ol. Campen) 883. saec. 14/15.

### 230. De Avaritia.

1. Pratum vidi spatiosum,  
 In aspectu speciosum,  
 Quod nondum ab aestu rosum  
 Florem gessit generosum  
 Et decorem varium;  
 Pascebantur in hoc prato  
 Adam, Abram, Noe, Plato,  
 Legislator, David, Cato,  
 Tam Herodi quam Pilato  
 Id erat solacium.
2. Nulla deerat creatura,  
 Quae terrena colit rura,  
 Et quam rursum dicam plura,  
 Vates et qui norant iura  
 Inibi convenerant;  
 Lingua graeca, plebs Hebraea,  
 Innocentes, turba rea,  
 Publicanus, Cananaea,  
 Iuno, Venus, Pallas dea  
 Cum praemissis aderat.
3. Legebantur prophetiae  
 Danielis, Malachiae,  
 Visiones Isaiae,  
 Dulcis clangor symphoniae  
 Resonabant iugiter,
- Quod Susanna criminatur,  
 Ioseph in Aegyptum datur,  
 Quod Iesus transfiguratur,  
 Romae Petrus exaltatur  
 Est auditum pariter.
4. Monialis, exorcista,  
 Praesul, abbas et artista,  
 Musicus cum citharista,  
 Scriba doctus et sophista  
 Hic gerebant placita.  
 Vasa pulchra, recens merum,  
 Auri cultus, gemma rerum,  
 Forma decens mulierum  
 Et aroma specierum  
 Illic erant posita.
5. Laudula cum philomena  
 Voce concinunt amoena,  
 Non sentitur ibi poena  
 Cunctis animantibus plena  
 Inerat laetitia;  
 Unicornis, cervus, leo  
 Ludos exercebant eo,  
 Recitare tam non queo,  
 Quae creata sunt a Deo  
 Plura animalia.

6. Inter ista sitibundum  
 Monstrum vidi, et rotundum  
 Ventrem gessit et profundum,  
 Quasi rodens totum mundum,  
 Nulla sibi caritas;  
 Venter eius tumefactus,  
 Venenosus et distractus,  
 Odoratus, gustus, tactus,  
 Principalis alter actus,  
 Vanitatum vanitas.
7. Per odorem resitivit,  
 Quod per gustum concupivit,  
 Tactus lucra non odivit,  
 Omne, quod in mundo vivit,  
 Nitebatur rapere.  
 Esse reor hoc avarum,  
 Qui tam dulce quam amarum  
 Alienum putat carum,  
 Sive multum sive parum,  
 Nihil volens spernere.
8. Qui tot coacervat marcas  
 Et recondit has in arcas,  
 Deus, illi nunquam parcas,  
 Sed fac voret illum varcas  
 Sua propter vitia;
- Quanto magis illi datur,  
 Tanto minus satiatur,  
 Satan illud operatur,  
 A quo tandem suffocatur  
 Derelinquens omnia.
9. Sunt custodes idolorum,  
 Caeci, duces sunt caecorum,  
 In conspectu angelorum  
 Corda nunquam psallant horum,  
 Desinit cupiditas,  
 Semper gaudent esse pleni;  
 Vade dicunt et non Veni,  
 Cum auditur vox egeni,  
 Compar est naturae foeni  
 Eorum iniquitas.
10. Flos et foenum virent mane,  
 Vespere marcescunt plane,  
 Sic tales in vita sane  
 Transeunt in vas inane  
 Cum eorum gloria;  
 Sicut arbor resecatur  
 Et in ignem deportatur,  
 Et ut cinis vento datur,  
 Ita puto suffocatur  
 Ipsorum memoria.

Collect. ms. Stiriacense saec. 15. Cod. Stiriacen. L 26 [s. n.]. — 2, 2 colit iura. — 5, 7 in eo. — 8, 4 foret. — 9, 4 Corda nunquam psallat ut horum. — 10, 6 Sicut ergo arbor. — Dies Lied steht fol. 16 b; fol. 19 b steht folgende einzelne Strophe gleichen Versmaßes, die vielleicht der Schlufs zu obigem Gedichte:

O custodes animarum,  
 Pastores ecclesiarum,  
 Imperitum et ignarum,  
 Precor, auscultate parum  
 Et verba attendite;  
 Vos, qui vero insudatis,  
 In ardore caritatis  
 Incorrecta corrigatis  
 Et si dictum non est satis  
 Dictatori parcite.

### 231. De Malo Exemplo.

- Mundus errat, ut apparet,  
 Nam si mundus non erraret,  
 Et nostrorum esset fides  
 Vera nunquam, sicut vides.
5. Clerus gente laicali  
 Viveret vita in tali
- Sicut facit tota die,  
 Nam usurae, simoniae  
 Nec non species ipsarum,  
 10. Quas colere nolunt parum,  
 Alieno palliare  
 Et sic iustas nominare

- |   |  |
|---|--|
| In peccatis sunt adfixi,<br>Crebris usibus obnixi,<br>15. Quod vix usquam invenitur<br>Custos vel sacerdos scitur<br>Seu persona laicalis,<br>Quin sit in his partialis.<br>Hoc mirandum hac de gente | Puro corde et fideli<br>Ut peccataque vitaret<br>Et nos rudes informaret,<br>35. Hoc non timet operari,<br>Non est illud criminari.<br>Et sic peccant plus praelati<br>Clericique literati<br>Isti quam simpliciani,<br>40. Qui scientiis sunt vani.<br>Nam in se et in vulgares<br>Isti peccant et in pares;<br>Multi enim non peccarent,<br>Isti si non inchorarent. |
| 20. Est vulgari, nesciente<br>Textus evangeliorum,<br>Nam cum facit dux eorum,<br>Qui sit iustus et devotus<br>Et perfectus ferè totus,   | 45. Ergo, clere praelecte,<br>Dei sorte vivas recte,<br>Sis ne Simon vel usuraus,<br>Harum species nec curans,<br>Ne damneris et perdantur,  |
| 25. Hoc, quod solet increpare,<br>Arguit et dicit: quare<br>Nos non illud faceremus?<br>Rationem non videmus,<br>Cum sacerdos literatus,  | 50. Qui te in his imitantur.   |
| 30. Qui ad hoc est ordinatus,<br>Ut serviret Deo caeli  |  |

Cod. Palat. Vindobonen. (ol. Campen.) 883. saec. 14/15. — Aus derselben Quelle Huemer, Wiener Studien V, 153.

### 232. Lessus Paenitentis.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Parce flenti et dolenti,<br>Summe rerum arbiter,<br>Nam mandata per te data<br>Sum transgressus nequiter. | 3. Ingens metus atque fletus<br>Meam turbat animam,<br>Pavet sensus, dum suspensus<br>Horam timet ultimam. |
| 2. Erubesco et tabesco<br>Tuam timens faciem,<br>Dum meorum delictorum<br>Perpendo congeriem.                | 4. Quis futurus est securus<br>In illo examine,<br>Quando patent, quae nunclatent,<br>Arguente lumine?     |
| 5. Deo cara, viam para<br>Nobis ad caelestia,<br>Ubi frui Christi tui<br>Mereamur gloria.                    |  |

Cod. Londinen. Ar. 201. saec. 13.

### 233. Lessus Paenitentis.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Vitae dator et plasmator<br>Ac redemptor hominis,<br>Clavis David, quem portavit<br>Venter almae virginis. | 2. Benedicte rex, dimitte<br>Mibi cuncta debita,<br>Quae contraxi, nam haec auxi<br>Semper agens vetita. |
|---|--|

3. Heu, quam male spiritale  
Bibendo mysterium  
Violavi, nam foedavi  
Me per omne vitium.
4. Male feci, quod subieci  
Pravis me spiritibus  
Serviando et favendo  
Sceleratis actibus.
5. Fili Dei, cordis mei  
Dissipa caliginem,  
Ne descendam in horrendam  
Inferni voraginem.
6. Interventu et obtentu  
Matris tuae virginis  
Me timore et amore  
Tui reple nominis.
7. Pius esto, memor esto,  
Quid pro nobis feceris,  
Pro indignis et malignis  
Quanta sustinueris.
8. Preces audi et custodi  
Nos a cunctis hostibus,  
Exoratus et placatus  
Matris tuae precibus.
9. Intercedat haec et reddat  
Nobis te placabilem,  
Quae portavit atque pavit  
Lacte factum humilem.
10. Propter eam, quaeso, meam  
Munda conscientiam,  
Ne offendam reverendam  
Vultus tui gloriam.
11. O beate, pietate  
Tua me iustifica,  
Quid agendum, quid dicendum,  
Mihī semper indica.
12. Deus homo, fac de domo  
Nos exire carceris  
Et iam dones mansiones,  
Quibus ipse cerneris.
13. Tuum vultum innocultum  
Tuis iam fidelibus  
Manifesta atque praesta  
Pacem te colentibus.
14. Fac intrare nos praeclarae  
Tuae domus atria  
Atque bonis mansionis  
Nos supernae satia.
15. Tibi nato cum beato  
Patre laus et gloria  
Flaminique, qui utrique  
Compar est per omnia.

Cod. Londinen. Ar. 201 saec. 13.

### 234. Lessus paenitentis.

1. Clamat, ecce, supplex mea  
Nunc ad te miseria  
Petens, ut digneris tua  
Me misericordia  
Hac respicere in hora  
Torpentem socordia.
2. Age, iam mei mollita  
De cordis duritia  
Educ, quaeso, modo multa  
Lacrimarum flumina  
Ad facinora deflenda  
Simul et flagitia.
3. Graviter peccavit mea  
Nam tibi dementia,  
Fortiter succurrat tua  
Sed mihi clementia,  
Quoniam est tibi tanta  
Ceū nulli potentia.
4. Tu es trinus, tu es unus,  
Tu es potentissimus,  
Ob hoc meis da dignatus  
Flumina luminibus

5. Tu petram in stagna dudum  
Convertisti laticum  
Atque rupem in aquarum  
Fontes multiplicium,  
Tu potes cor ita meum  
Emollire ferreum,
6. Tu pectus adamantinum  
Reddere ut carneum,  
Tu mutare hunc belvinum  
In humanum animum  
Veteremque vel antiquum  
In iam novum spiritum.
7. Ad cadendum sola mea  
Sufficit miseria,  
Ad surgendum eget tua  
Sed misericordia,  
Quia inest mihi multa,  
proh dolor, vecordia.
8. Porridge iam lapso manum,  
Da luctum, da gemitum,  
Dona fletum, dona planctum  
Ploratumque plurimum  
Facque cor humiliatum,  
Conturbatum spiritum.
9. Plorem, pater, vehementer  
Te donante iugiter,  
Plorem, fili patris, semper,  
Flagito suppliciter,  
Plorem, spiritus o sacer,  
Te favente impiger.
10. Lacrimarum indesinenter  
Et incessabiliter  
Lamenter necesse instanter,  
Infatigabiliter,  
Ut post perpetim consoler  
Tecum et exhilarer.
11. Summe pater, miserere  
Ac misericordiae  
Miseranter, quaeso, tuae  
Clemens reminiscere  
Et ad meum me attrahe  
Forti Iesum robore.
12. Tuque, Domine, o Christe,  
O caput ecclesiae,  
Attractum, depono, ad te  
Me dignanter recipe  
Et receptum solidare  
In te noli spernere.
13. Tuque, o spiritus sancte  
Ac dulcis paraclite,  
Mei semper meminisse  
Noli, rex, contemnere,  
Sed da patrem filiumque  
Atque te diligere.
14. Deus trine, Deus une,  
Deus clementissime,  
Trinitas colenda corde,  
Mente atque pectore,  
Unitas amanda valde  
Omni nobis tempore.
15. Qui es quadri diligendus  
Orbis in climatibus,  
Sed mei plus irritatus  
corporis, heu, sensibus,  
Quam sis mundi a totius,  
Credo, peccatoribus.
16. Miserere, quaeso, Deus,  
Miserere concitus,  
Succurre, depono, prius  
Quam inferni abyssus  
Me absorbeat, quo nullus  
Utilis est gemitus.
17. Respice quapropter prius,  
Filius et spiritus,  
Trinus Deus atque unus,  
Pereat quam famulus,  
Quem plasmasti tuis pius  
Miserando manibus.
18. Manuum tuarum opus  
Respice clementius,  
Si respexeris, ploratus  
Sequetur uberrimus,  
Immo simul ululatus  
Erit amarissimus.

19. Ego, pater, ille tuus  
 Prodigus sum filius,  
 Abs te procul exsul factus,  
 Qui fui diutius  
 Meretricibus coniunctus  
 Et consumptis omnibus,
20. Quae tu, bonus, es largitus,  
 Panis miser indigus,  
 Effectus fui subuleus,  
 Saturari cupidus  
 Siliquis, sed dedit nullus,  
 Quae dabantur suis.
21. In me autem nunc reversus  
 Cum sim mendacissimus  
 Cumque tuae sciam prorsus  
 Multos penetrabilibus  
 Mercenarios in domus  
 Abundare panibus,
22. Reminiscens, quod benignus  
 Es atque piissimus,  
 Pietate tua fisus,  
 Quamvis indignissimus  
 Nomine servi misellus  
 Filiique penitus,
23. Advolutus clamo tuis  
 Eiulans vestigiis:  
 Pater mi, peccavi meis  
 In caelum miseris  
 Atque coram te delictis  
 Gravibus et nimiis.
24. Non sum dignus dici tuus  
 Servus ne dum filius,  
 Sed iamiam dignetur meus  
 Pater clementissimus  
 Tractare suam benignus  
 Pietatem citius.
25. Eripe de portis mortis  
 Me, pater amabilis,  
 Pereat ne tui iuris  
 Suis plasma meritis,  
 Abest panis, adest famis,  
 Pestis miserabilis.
26. Nemo panem habet vitae  
 Praeter te, altissime,  
 Quem nunc cernor esurire  
 Indignus percipere,  
 Sed gratuito largire  
 Tu, pius, hunc munere.
27. Saginatus est occisus  
 Fratri meo vitulus,  
 Qui fuit peregrinatus  
 A patre diutius,  
 Cum multis luxuriatus  
 Miser meretricibus.
28. Qui ad te ubi reversus  
 Fuit mendicissimus  
 Consumptis paternis rebus  
 Atque bonis omnibus,  
 Indigens suis victus  
 Sed carens hoc funditus,
29. Inops panis, dives famis,  
 Ut est patris oculis  
 A longe respectus, priscis  
 Est donatus oculis,  
 Amplexatus et benignis  
 Vehementer brachiis.
30. Aliud nil fuit fessus,  
 Quod esset et filius  
 Eius ultra iam indignus,  
 Servis a fidelibus  
 Prima stola est indutus,  
 Inde manu annulus
31. Est confestim sibi datus,  
 Tegumenta pedibus,  
 Pariterque saginatus  
 Est occisus vitulus,  
 Sicque fuit epulatus  
 Tecum, pater, filius.
32. Ergo, quia est inventus,  
 Fuerat qui perditus,  
 Rediit resuscitatus  
 Et revixit mortuus,  
 Gaudio magno gavisus  
 Est cum servis dominus.

33. Igitur ego ipsius  
Nunc ad te fraterculus  
Clamo tuis advolutus,  
Pie pater, pedibus,  
Tuus, fateor, indignus,  
Nihil minus filius.
34. Ecce, petit miser Hugo  
Veniam sceleribus  
Pro suis, offensum quibus  
Te tristatur pluribus,  
Quam polus ipse depictus  
Splendeat sideribus.
35. Ergo, sicuti tunc pius  
Nihil eras amplius,  
Tam clementer es misertus  
Nato currens obvius,  
Miserere sic dignatus  
Modo mei ocus.
36. Et quidem nil eo minus,  
Verum multo amplius,  
Peccavi tibi protervus  
Diebus ac noctibus,  
Ad bonum, proh nefas, tardus,  
Ad malum promptissimus.
37. Iustificavi misellus  
Meis facinoribus  
Peccatores omnes, mundus  
Quos tenet quadrifidus,  
Proinde peto prostratus,  
Miserere citius.
38. En, Iesu, quadriduanus,  
Bone pastor, Lazarus  
Mortis in sepulcro situs  
Iamque nimis foetidus,  
Monumento quamvis pressus,  
Iamiam scatens vermibus;
39. Ecce, iacet interemptus  
Multis pro eriminibus,  
Quae gessit e contra stultus,  
Segnis, hebetissimus,  
Privatus velut ambobus  
Cum sensu luminibus.
40. Freme, freme, bone Iesu,  
Ac turbare spiritu,  
Lacrimare pio fletu  
Servi pro interitu,  
Propria qui semet manu  
Interemit iamdiu.
41. Clama, clama, Iesu Christe,  
Voce magna, Domine:  
Prodi foras, tumulate,  
Veni foras, Lazare,  
Exi, exi ac procede  
Iam mortis de carcere.
42. Si clamaveris me, Christe,  
Redemptor piissime,  
Exibo leto repente  
Ac procedam propere,  
Quin vita servum vocante  
Fugiet mors rapide.
43. Ligatus pedes et manus  
Faciemque Lazarus  
Prodiit ille antiquus  
Voce Dei excitus;  
Sic ego, plus licet vinctus,  
Non prodiibo tardius.
44. Fili Dei, Christe, vivi,  
Iube tui Lazari  
Pedes, manus, ora solvi  
Et abire desini  
Et vestigiis advolvi  
Sui sacris domini.
45. Tam tibi tuoque patri  
Quam sancto spiritui,  
Trino Deo atque uni  
Corde, ore supplicii  
Grates ago, voce tali  
Honore sub triplici:
46. Benedictus sit excelsus  
Genitor et genitus  
Spiritus necnon et sanctus,  
perdulcis paraclitus,  
Per quem suus est secundus  
Suscitatus Lazarus,



47. Manicis qui magnis vinctus,  
Constrictus compedibus,  
Flammiferis destinatus  
Poenarum ultricibus,  
Quaetormentis exstant prorsus  
Plenae multiplicibus.
48. Gloriam cantabo sane  
Omni tibi tempore,  
Si digneris evocare  
Mortis me de limine,  
Cui est vita cum patre  
Et regnum cum flamine.
49. Tange, tange, Iesu Christe,  
Meos clementissime  
Oculos et squammas inde  
Serpentinas abice  
Fluminaque multa valde  
Lamentorum elice.
50. Factor, terge et reterge,  
Quo plus fluant lacrimae,  
Fluant nocte, fluant die,  
Ut possint restringere  
Flammas, quae sunt mihi iure  
poenis meis debitae.
51. Spiritus o sancte, pia  
Respice me gratia  
Et mersum mortis in ima  
Me, precor, vivifica  
Ac vivificatum tua  
Luce iam illumina.
52. Gratis nam fecisti tua  
Me misericordia,  
Gratis, flagito, reforma  
Demum et resuscita;  
Gratis tua dantur dona,  
Hinc dicuntur gratia.
53. Memento, Domine Deus,  
Quod gignens ac genitus,  
Ut est potens atque pius,  
Sic tu nihilominus  
Ante saecula benignus,  
Mitis, potens, validus;
54. In quemcunque enim spiras,  
Statim hunc vivificas,  
Cum patre, cum prole tonas,  
Regis et illuminas,  
Gratiam cuivis donas,  
Solidas et vegetas.
55. Quos placet, benigne vocas,  
Vocatos sanctificas,  
Humiles pius exaltas  
Et altos humilias  
Immundosque quosvis mundas,  
Impuros purificas.
56. Quid plura? leprosos mundas,  
Impios iustificas,  
Cum patre proleque cunctas  
Quasvis mentes recreas,  
Insuper et recreatas  
Pariter glorificas.
57. Quam ob rem te, Deus pie,  
Postulo humillime,  
Cito mihimet succurre  
Cum patre, cum subole  
Et ovi nimis infirmae  
Gratiam iam tribue.
58. Da, precor, in te clamare  
„Abba, pater, Domine“,  
Necnon atque „Iesu Christe“  
simul, quaeso, dicere,  
Quin et te, o flatus alme,  
Vocare humillime.
59. Da timere, da amare,  
Da frequenter colere  
Patrem, prolem sanctum atque  
Da flatum diligere  
Toto corde, tota mente  
Toto necnon pectore.
60. Esto mihi timor ingens  
Atque amor vehemens,  
Diligam te nimis timens  
Timeamque diligens  
Serviamque contremiscens,  
Contremiscam serviens;

Exue me, peto, meis,  
Domine, flagitiis.

Collectaneum ms. Bernen. AA 90 I. saec. 10. — 2, 6 flatitia. — 5, 3 rupim. — 6, 1 adamantinum. — 6, 3 nunc beluinum. — 6, 5 Veteramque. — 13, 1 o sancte spiritus. — 17, 3 Trine Deus atque une. — 17, 5 plamasti. — 21, 5 domos mit überschriebenem u auf der Endsilbe. — 22, 5 serve. — 23, 4 In fehlt. — 28, 5 Indigens sumilli iunctus (oder vinctus?). — 29, 2 est panis oculis. — 29, 3 pristinis. — 29, 5 Amplexans. — 37, 1 misella. — 37, 5 prostrata. — 38, 1 En fehlt. — 42, 3 loeto. — 43, 1 manus et pedes. — 47, 3 Flamiferam. — 47, 6 Plena. — 49, 6 elue. — 50, 5 Flamma. — 53, 3 Ut es. — 57, 1 Quem. — 59, 6 Tete (oder Tote?). — Das Lied scheint unvollendet zu sein. Ob der 34, 1 sich nennende Hugo der Verfasser ist, wird dadurch zweifelhaft, weil der Name den Reim stört, vielleicht also nur dem Schreiber angehörte. — Vgl. Huemer in Wiener Studien V, 145 ff.

235. Lessus Paenitentis.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. O Deus omnipotens,<br/>             rex archangelorum,<br/>             Tu creator omnium,<br/>             dominus caelorum,<br/>             Tua magna gloria<br/>             sit desuper thronum,<br/>             Dona mihi veniam<br/>             scelerum meorum.</p>        | <p>5. Vaeh, vaeh mihi misero,<br/>             multum sum turbatus<br/>             Propter prava opera,<br/>             in quibus sum lapsus;<br/>             Unde meus animus<br/>             multum est gravatus,<br/>             Quia dono Domini<br/>             factus sum ingratus.</p> |
| <p>2. Vaeh, vaeh mihi misero,<br/>             multum nam deliqui,<br/>             Vitae innocentiam<br/>             penitus amisi,<br/>             [Atque multa] scelera<br/>             turpiter commisi,<br/>             [Haec agendo per]didi<br/>             viam paradisi.</p> | <p>6. Lingua, manus, oculi<br/>             Deum offenderunt,<br/>             Pedes, crura, viscera<br/>             equidem fecerunt,<br/>             Aures impiissimae<br/>             mala audierunt,<br/>             Membra quidem omnia<br/>             valde peccaverunt.</p>            |
| <p>3. Vitiorum totus sum<br/>             sordibus pollutus,<br/>             Multis malis vitiis<br/>             multum sum imbutus,<br/>             Unde meus animus<br/>             intus est confusus,<br/>             Coram tuis oculis<br/>             non appareo tutus.</p>   | <p>7. Dignus sum omnimodo<br/>             poena infernali<br/>             Propter opera huius<br/>             prava mundi [mali],<br/>             Que dilexi nimium,<br/>             studio carnali<br/>             Vixi tamquam pecudum<br/>             mente bestiali.</p>                 |
| <p>4. Vaeh, vaeh mihi misero,<br/>             quis me adiuvabit<br/>             Nisi Christus Dominus?<br/>             quis humiliabit<br/>             . . . . .<br/>             Mortuus sum, impium<br/>             hostem superabit.</p>   | <p>8. Nosco certe, Domine,<br/>             nosco mea mala,<br/>             Qui sum malus nimium<br/>             multum et avarus,<br/>             Ipse iam confiteor<br/>             tibi voce clara,<br/>             Ut dimittas omnia,<br/>             quae commisi vana.</p>              |

9. Sis mihi remedium  
in confessione,  
Ut valeat confessio  
in oratione  
Florere, o Domine,  
pro devotione,  
Fac me tecum vivere  
in regno [Sione].
10. O redemptor omnium,  
actor pietatis,  
O salvator omnium  
(et) dator sanitatis,  
Lava meas maculas  
[Et] salva me miserum  
a meis peccatis.
11. Tu de caelis veniens  
pie descendisti,  
De Maria virgine  
carnem suscepisti,  
Et crucis patibulum  
[libens subiisti],  
Pretiosum sanguinem  
tu pro me fudisti.
12. Ergo, sancte Domine,  
plenus bonitate,  
Dona mihi veniam  
tua pietate,  
Imple meam animam  
tua sanitate,  
Fac me tecum vivere  
in regno beate.
13. O vos sancti angeli  
et virtutes caeli,  
Adiuvate miserum  
vos, amici Dei,  
State in auxilium  
peccatoris mei,  
Ut per vos inveniam  
locum requiei.
14. (O) vos sancti apostoli,  
Iesu Christo cari,  
Martyres, scholastici,  
confessores clari,  
Rogo a periculis  
per vos liberari,  
Ut in caelis merear  
semper coronari.
15. O vos sanctae virgines,  
castae purissimae,  
Mihi quoque misero  
pie subvenite,  
Me indignum famulum  
vestrum custodite,  
Facite participem  
gloriosae vitae.

Cod. ms. Univ. Bononien. 2825. saec. 15. — 1, 1 O fehlt. — 1, 3 Deus caelorum. — 1, 8 scelerum horum. — 2, 1 ein vae fehlt. — 2, 2 me deliqui. — 2, 3 Vitam. — 2, 6 amisi. — 3, 1 sum fehlt. — 3, 2 sum pollutus. — 4, 1 ein vae fehlt. — 4, 8 hostium. — 9, 5 Flore o Domine. — 9, 8 in regno pro oratione. — 11, 7 Pretiose. — 12, 8 in regno sanctae trinitatis. — 14, 4 Dei confessores. — 14, 5 Rogo, ut a. — 15, 5 Me dignum. — 15, 7 Facite me.

### 236. Lessus Paenitentis.

1. O pater Deus aeternae,  
De caelis altissime,  
Respice iacentem multis  
Perforatum iaculis,  
Singultibus in extremis  
Suspirantem ultimis.
2. Invoco te, Iesu Christe,  
Fili patris unice,  
Cui est substantialis  
Deitate similis,  
Pietate factus homo  
Virginis ab utero.

3. Advocatum te subnixæ,  
Spiritus paraclite,  
Procedentem ab utroque  
Flagito sanctissime,  
Per te patrem filiumque  
Credam omni tempore.
4. Unus es in trinitate,  
Trinus unus, Domine,  
Fabricator sempiternæ  
Lapsū stude reformare,  
Prostratum erigere.
5. Heu, miser per peccatum  
Attraxi exordium,  
In peccatis sum conceptus  
Parentum sceleribus,  
Huic natus luctuosæ,  
Proh dolor, miseriae.
6. Ex quo natus visum cepi,  
Auditum obtinui,  
Tactum, gustum, odoratum  
A te, factor omnium;  
Talibus ditatus donis,  
studui lasciviis.
7. Beneficium accepi,  
Non servans, ut debui,  
Sed perverse errabunda  
Defluxit infamia,  
Quod ad bonum datum fuit,  
In malum se contulit.
8. Sicque crescendo decrescens,  
Multa mala peragens,  
Quae me vexit cum perversa  
Gravitas infantia,  
Hanc post sibi effrenata  
Rapit pueritia.
9. Adulescens perpetravi  
Mala quaeque potui,  
Verbis, factis, totus foedus  
Cogitationibus,  
Vitia sic sum lucratus  
Miser pro virtutibus.
10. Iuventute iam constrictus  
Peccatis, sceleribus,  
Catenatus sum inductus  
Servus ut emptitius  
Volens, nolens per diversa  
Reatus facinora.
11. Unde magna cum virtute,  
Heu, cepi deficere  
Amans malum, vitans bonum  
Deserensque optimum,  
Mensque fuit ruitura  
Per quaeque flagitia.
12. Iam tunc coepi cogitare  
Saeculo me tradere,  
Delectari atque eius  
Oblectationibus,  
Adversa nec ulla timens,  
Salutem despiciens.
13. Hierusalem linquens sanctam,  
Civitatem optimam,  
Verae quae est pacis visio,  
Descenderam Iericho,  
Huius mundi ad defectum  
Totum dedi animum.
14. Insperate laqueatus  
Cecidi improvidus  
In manus tandem latronum  
Dire saevientium,  
Me quaerentium devorare  
Leonina rabie.
15. Captum, caesum, vulneratum,  
Spoliatum miserum  
Reliquerunt semivivum  
Ad terram depositum,  
Duris flatibus spirantem  
Paeneque exanimem.
16. Sic et omnis male captus,  
Saeculo qui deditus  
Sanctae pacis visionem  
Dimittit Hierusalem,  
Iericho lunae defectum  
Adhuc tenens noxium,

17. Inde cadet in latrones  
Videlicet daemones,  
Vitiis misellum plagant,  
Virtutibus spoliant,  
Immortalitatem demunt,  
Rationem nequeunt.
18. Iam velut ille captivus,  
Cui nullus proximus,  
Parens, notus et amicus;  
Doloris quis conscius,  
Nisi pius Deus meus,  
Super omnes providus?
19. Sacerdos currens transivit,  
Viso me praeteriit,  
Perdedit compassionem,  
Non sciens se hominem,  
Pietatem habens nullam  
Seu misericordiam.
20. Ut sacerdos, sic levita  
Ipsa tenens devia,  
Minor gradu, par in actu,  
Simili exhibitu,  
Mente transit ipse prava  
Cordis cum duritia.
21. Transiens Samaritanus  
Visum flexit placidus  
Et respexit me iacentem,  
Lividum et debilem,  
Magna sua pietate  
Accessit humillime.
22. Custos qui Samaritanus,  
Christus Dei filius,  
Peccatores sauciatos  
Respexit ut filios,  
A respectu pio cuius  
Recreatur spiritus.
23. Secum ducens in iumentum  
Corpus quidem carneum,  
Ecclesiae quo sanandum  
Ducimur ad stabulum,  
Plagis aptans legis vinum  
Gratiaeque oleum.
24. Respice nunc, Iesu Christe,  
Pietatis unicae  
Flecte visum tuum ad me,  
Flagito, piissime,  
Ut respectus queam mea  
Plangere facinora.
25. Respexisti quondam Petrum  
Peccato obnoxium,  
Qui respectus flevit dure  
Divino ex munere,  
Ad gratiam restauratus  
Permansit apostolus.
26. Respexisti et latronem  
Sceleratum hominem,  
Ut te Deum maiestatis  
Fateretur humilis,  
Meruit sic paradisi  
Portas tecum ingredi.
27. Respexisti et Mariam,  
peccatricem animam,  
Quae compuncta sub momento  
Haud se dedit nuntio,  
Pedibus sed provoluta  
Deflevit flagitia.
28. Lacrimis eos rigavit  
Et capillis abluit,  
Frequentibus stillans guttis,  
Ut careret maculis,  
Perunxitque pretiosi  
Fomento antidoti.
29. Multum est sibi dimissum,  
Quod dilexit plurimum,  
Passionem veneratur  
Huius, a quo diligitur,  
Eius capiti unguentum  
Superfundens pisticum.
30. O sancta tua voluntas,  
Creator, et bonitas,  
Respicis qui te sperantes,  
Ut a morte revoces,  
Bonus pastor, oves tuas  
Reportas in umeris.

31. Sic, sic, pastor nunc iacenti  
Languido ac debili  
Elevandum manum praebe,  
Velis me erigere,  
Ut erectus possim stare  
Coram te, dulcissime.
32. Plagas meas simul omnes,  
Novas atque veteres,  
Studeas sic tu curare,  
Quaeso, bone medice,  
Sim ut per te hinc securus,  
Sanatus languoribus.
33. Oleum infundens sanctum,  
Vinum simul optimum,  
Tuum ponens in iumentum  
Perducas ad stabulum,  
Pellens mortem, donans vitam,  
Fac, tecum ut veniam.
34. Duobus largitis nummis  
Donis fulto mysticis  
Stabulario committe  
Mei curam gerere,  
In tua reversione  
Respice me, Domine.
35. Hoc Deus, pater ingenite,  
Natus unigenite,  
Par spiritus ab utroque  
Procedens paraclite,  
Deus unus, sempiternae  
Regnator per saecula.

Cod. Admonten. 664. saec. 11. — „Rhythmus papae Leonis IX“. — 11, 5 fit ruitura. — 15, 5 suspirantem. — 16, 5 Hierusalem lunae. — 18, 1 ille fehlt. — Interessant ist die Endassonanz der katalektischen und akatalektischen Verse.

### 237. Lessus Paenitentis.

„Confessio Imbriconis episcopi Wirceburgensis.“

- Cum bene perpendo, quid sim, mala semper agendo,  
Nunquam cessando sed prisca novis cumulando,  
Tunc me praeteritae confundit ineptia vitae,  
Et lacrimas fundo sic ore loquens tremebundo:
5. Summe Deus, quid agam, quid agam, quia sentio plagam,  
Plagam feralem, plagam, Deus, exitialem?  
Nam, quod me laesit, penetrali cordis inhaesit.  
Cuius plaga mali nisi cedat ab hoc penetrali,  
Quis me curabit, quis saucia cordis levabit?
10. Tu solus, Domine, cuius praestant medicinae,  
Ut desperatis redeat vigor integritatis.  
En, ego confusus antiquos cogito lusus  
Quaeque per aetates varias feci levitates.  
Nil non temptavi sed nec fore dulce putavi,
15. Nilque fuit blandum, nisi quod patet esse nefandum.  
Gustus et olfactus, auditus, visio, tactus

- Nil mihi fecerunt aliud, nisi quod nocuerunt.  
Nam, dum per gustum gula ventrem replet onustum,  
Impletus venter mala suggerit impatienter,
20. Et Veneris telum pectus transfigit anhelum;  
Dumque libido furit ac me velut ignis inurit,  
A turpi Venere me non posset cohibere  
Transfodiens hasta Phinees male corpora casta.  
Sed nec odoratus caret in me labe reatus,
25. Quo sic erravi, quod ut Dathan superavi,  
Qui luit erratum terrae subito per hiatum.  
Insuper auditus semper peccare peritus  
Uno tam diram verbo mihi concitat iram,  
Ut pacis foedus non redderet hic citharoedus,
30. Qui tangendo lyram regis compeccavit iram.  
Quando per historiam lego caecatam Sedechiam,  
Miror, tam vani quod sunt oculi mihi sani;  
Sed quia iustitia tunc usus es in Sedechia,  
Nunc me clementer supportas et patienter,
35. Si tactus modicus in Oza reputatur iniquus,  
Arcam, ne caderet, dum sustentando teneret,  
Dicere quid possum, quoniam miser inter eos sum,  
Qui sacramenta tua tractant mente cruenta?  
Num talis laicus merito non esset iniquus?
40. Ast, ego peccator videor legis fore lator  
Et sublimatus per honorem pontificatus,  
Cuius honoris onus multo fero crimine pronus.  
Quippe quod iniunctum mihi sit scio per caput unctum,  
Et quia lege data mihi sit manus ista sacrata,
45. Cur per ornatus, cur scandalis decoratus?  
Sed quae praetendo specie cultuque verendo,  
Non ago, non operor super hoc ergo mihi metor  
Et dolor est mentis magnus quasi percutientis.  
Verbum doctrinae si tali claudere fine
50. Assidue cuperem, quod ego bona cuncta docerem,  
Ipse prior facerem, tibi sic fortasse placerem.  
Sed neque dicendo placeo tibi nec faciendo,  
Verbo non prosum, reus autem si taceo sum;  
Sic miser ignoro, quid agam, dubiusque laboro.
55. O quam mole gravi premitur mens conscia pravi!  
Hei mihi, quid feci, quae qualia semina ieci!  
O, quales messes meterem nisi tu pius esses!  
Nullus damnatus fuit unquam tam sceleratus,  
Sed neque damnandos adeo reor esse nefandos;
60. Nemo meis igitur par peccatis reperitur.  
Nec despero tamen, sed adhuc exspecto iuvamen  
Voce loquens humili: fer opem, patris unice fili,

- Ad te suspiro, Deus, et tua dona requiro,  
 Qui desperatis confers tua munera gratis.
65. Tu condemnasti merito crimen protoplasti,  
 Sed licet iratus fueris, tamen es miseratus,  
 Quippe videns hominum genus ad mala quaeque supinum  
 Ire sub inferna pro traditione paterna,  
 Ut nos eligeres caeloque locare valeres,
70. Caelo descendis homo factus pro redimendis,  
 Natus mirifice de virginea genetrice,  
 Quae vitae porta, quamvis sit regibus orta.  
 Quando narratur stirps regia vel numeratur,  
 Thamar in hac serie censetur et uxor Uriae,
75. Utique peccatrix, legis sacrae violatrix.  
 O quam prudenter factum, quam convenienter,  
 Ut peccatores habuisses progenitores,  
 Per quem salvandus peccator erat miserandus!  
 Numquid, flos Iesse, non vis huius memor esse?
80. Annon et memor es, quantos in carne labores  
 Propter me tuleris? Non ergo mei misereris,  
 Pro quo sudasti, flagra, sputa, crucem tolerasti?  
 Ne, quaeso, Domine, me proicias sine fine,  
 Quem moriens redimis de mortis faucibus imis;
85. Et memor esto satis, precor illius pietatis,  
 Qua latro salvatur, cum discipulus reprobatur.  
 Haec etiam, care Iesu, pariter memorare,  
 Quod, cum vicisti mortem victorque redisti,  
 Quam tu mundasti, de qua prius ipse fugasti
90. Septem daemonia, te vidit primo Maria.  
 Quo facto pandis, quod iniquis iustificandis  
 Omnia fecisti, Iesu, quaecumque tulisti,  
 Quidquid fecisti, nobis factum voluisti.  
 Natus, passus obis, surgis, subis aethera nobis,
95. Ut nos eligeres lapsos caeloque locares,  
 Sed cum descendas, ut iusta quibusque rependas.  
 Iudex venturus, sua praemia cuique daturus,  
 Sola redemptorum tunc spes et vita tuorum,  
 Tunc commissorum pariter memor esto meorum.
100. Ne sit cum reprobis in abyssonibus portio nobis,  
 Immo largire tecum simul astra subire,  
 Quo praecessisti, pretium mundi, caro Christi.

Collect. ms. Voraviense saec. 12/13. Cod. Voravien. 33 (111). A. — Collect. ms. inc. orig. saec. 13. Cod. Vindobonen. 878. B. — 1 mala semper B. — 7 adhaesit B. — 15 nisi constitit esse A. — 18 Nam cum B. — 20 Et ventris B. — 21 Cumque B. — 22 possit A. — 23 mala corpora B. — 24 sorde reatus B. — 26 subito terrae per B. — 33 Sed qui B. — 38 pertractant B. — 39 Cum talis B. — 40 Quis ego B. — 45 l. sandaliis? — 50 ego bona sique docerem A. — 56 damnandus B. — 68 pro condicione B. — 72 porta



quamquam A. — 81 mihi misereris A. — 83 Te quaeso Domine ne proicias B. — 85 Et memor esse satis potes A. — 89 pius B. — 97 fehlt B. — 99 Tunc subiectorum pariter memorare meorum B. — 101 tecum super astra B. — Imbrico v. Leiningen war Bischof von Würzburg 1125—1146.

238. De Accusatione hominis erga Deum.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Audi me, Deus piissime,<br/>Impie vivendo peccavi<br/>Nimis,<br/>Mortem consecutus sum,<br/>Oboediendo satanae<br/>Captus sum.</p>           | <p>7. Gravia enim delicta<br/>Gravia quaerunt lamenta,<br/>Sic et in me,<br/>Incesti quoque oculi<br/>Fluunt mihi amariter<br/>Undique.</p>         |
| <p>2. Bone plasmator, audi me,<br/>Longe factus sum a te,<br/>Piissime,<br/>Peccata mea ligant me,<br/>Ut revertar ad te,<br/>Aduva me.</p>        | <p>8. Haec erat lamentatio<br/>In alienis opibus<br/>Et non in meis,<br/>Aliena congregavi,<br/>Caeli thesaurum perdidi,<br/>Heu me!</p>            |
| <p>3. Coepi servire Domino,<br/>Invidia diaboli<br/>Vicit me,<br/>Donum Dei habui,<br/>Dies meos neglexi,<br/>Heu me!</p>                          | <p>9. Infra sancta regula<br/>Nutritus fui dulciter,<br/>Postmodum<br/>Omnia mala perfeci,<br/>Te solum non negavi<br/>Omnipotens.</p>              |
| <p>4. Deus invisibilis,<br/>Qui sursum sedes, vide<br/>Humilem,<br/>Cor contritum, plango ad te,<br/>Miserere super me,<br/>Quia plasmasti me.</p> | <p>10. Kalumnia super calumnia,<br/>Fui super omnia<br/>Ego miser,<br/>Si peccavi graviter,<br/>Iam flebo amariter<br/>Indulge me.</p>              |
| <p>5. Exeant peccata,<br/>Quae sunt in me confixa<br/>Misero,<br/>Abrenuntio diabolo<br/>Et omnibus eius actibus<br/>Aduvante te.</p>              | <p>11. Lux desiderabilis,<br/>Scio me longe a te,<br/>Piissime,<br/>Si avertis faciem.<br/>Ubi peto veniam,<br/>Nisi a te?</p>                      |
| <p>6. Fiant mihi lacrimae<br/>Panis die ac nocte<br/>Cotidie,<br/>Omnia mea crimina<br/>Veniant in memoria<br/>Ante te.</p>                        | <p>12. Mihi lamentatio<br/>Plura fiat prae omnibus<br/>Pro delictis meis.<br/>De tuis quod perdidi,<br/>In quo mihi recuperem,<br/>Nisi per te?</p> |

- |   |   |
|---|---|
| <p>13. Non mereor, ut mihi,<br/>Parcas, nisi fuerit<br/>Pietas tua.<br/>Hoc precor, ut memineris,<br/>Quod pretium me emisti,<br/>Redemptor vitae.</p>  | <p>18. Sancte et immortalis,<br/>Indulge meis peccatis,<br/>Altissime,<br/>Omnia mea crimina<br/>Reduco in memoria<br/>Ante te.</p>               |
| <p>14. O mira exspectatio<br/>Et cordis lamentatio<br/>Pro delictis meis,<br/>Omnia mea crimina<br/>Reduco in memoria<br/>Coram te.</p>                 | <p>19. Tibi refero gloriam,<br/>Qui me exspectas per tempora,<br/>Domine,<br/>Porriges auxilium,<br/>Eripe me de exsilio,<br/>Quo captus sum.</p> |
| <p>15. Peccavi cum peccantibus,<br/>Nullus est, qui adiuvet<br/>In planctibus,<br/>Qui mihi sunt consimiles,<br/>Planxi incessabiliter<br/>Apud me.</p> | <p>20. Uni Deo per omnia<br/>Agimus paenitentiam<br/>Vivendi,<br/>Ut maior iracundia<br/>Culpa inquirat gratiam,<br/>Indulge me.</p>              |
| <p>16. Quare non fui mortuus,<br/>Dum fui in sacris fontibus<br/>Ego miser?<br/>Vel cui sum consimilis<br/>In tam malis criminibus<br/>Ego miser?</p>   | <p>21. X Y et Z<br/>Concludunt ista verba<br/>Simplicia.<br/>Omnes intente audite,<br/>Paenitentiam agite<br/>Et vivite.</p>                      |
| <p>17. Revertere ad me, Domine,<br/>Ne pereamus invicem,<br/>Succurre nobis,<br/>Redemptor vitae maxime,<br/>Quid sum dicturus ante te,<br/>Domine.</p> | <p>22. Gloria Deo coaevo,<br/>Cui honorem semper do,<br/>Altissime,<br/>Una cum Dei filio<br/>Et cum sancto spiritu.<br/>Amen.</p>                |

Cod. Bruxellen. 8360—67. saec. 10. — 5, 5 Et omnes eius actibus. — 6, 2 dies ac nocte. — 18, 6 Ante te Domine.

### 239. Modus confitendi.

#### I.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Recognosco, quod erravi,<br/>Deus pater, et peccavi<br/>Ultra, quam possum fari;<br/>Verum dico, cum meorum<br/>Nullus possit peccatorum<br/>Horrorem meditari.</p> | <p>2. Tam sum rea, tam maligna,<br/>Quod revera non sum digna<br/>Te patrem appellare,<br/>Tamen his conabor verbis<br/>Dolorosis et acerbis<br/>Me tibi accusare.</p> |
|---|--|



17. Deus, tibi movi bellum,  
Tuum ponens in castellum  
Signum daemoniorum,  
Hoc infelix acceptavi,  
Quando caput decoravi  
Ornatu mundanorum.
18. Per hoc stultam me monstravi,  
Quando carnem adornavi,  
Animam deturpando  
Meque tam rem pretiosam  
Deoque tam gloriosam  
Pro vili laude dando.
19. Proh dolor, quod non attendi,  
Summe Deus, quod offendi  
Sic tuam maiestatem,  
Heu, mecum sic superbivi,  
Vae, vae, cur non resilivi  
In meam parvitatem?
20. Multis aliis foedavi  
Vitiis me, quae patravi  
Sordens per superbiam,  
Deus pater, miserere,  
Fac confessam obtinere  
De his indulgentiam.

II.

1. Per invidiam caecata  
Sum de bonis contristata  
Gavisaque de malis  
Adversatrix boni Dei,  
Imitatrix Cain rei,  
Daemonibus aequalis.
2. Heu, per odium nolebam  
Bonum, malum cupiebam  
Natura renitente  
Et perverti rerum statum  
Per hoc pessimum peccatum  
Deordinata mente.
3. Vestimenti aliquando  
Praelatorum susurrando  
Fimbriam praecidebam  
Hoc peccato, sed et multis  
Mordens odiis occultis  
Et detrahebam aperte.
4. Vindicare cum irata  
Me non possem, veterata  
Ira traxit odium,  
Per quod alios correxi,  
Quorum bonum non dilexi,  
Sed prodebam vitium.
5. Me in bonis praecellentes  
Quando vidi vel habentes  
Dona, quae non habui,  
Gratiarum vel naturae,  
Literarum vel scripturae,  
Contabescens dolui.
6. Bona certa minoravi  
Dubiaque iudicavi  
Saepe in deterius,  
Famam bonam supprimebam,  
Malum autem deferebam  
Undique celerius.
7. Per istius corruptelam  
Morbi opem et suadelam  
Denegavi pluribus,  
In praelatos murmuravi,  
Pacem turbans concitavi  
Iram coaequalibus.
8. Sic de bono sum turbata  
Quasi noctua caecata  
De solis claritate  
Atque mortua de vita,  
Sicut aeger de mellita  
Cibi suavitate.
9. Ista tibi confitendo,  
Deus clemens, reprehendo  
Fomittem invidiae,  
Irae gladium suspende,  
Reae fletibus intende,  
Praebe locum veniae.

III.

1. Deus, mundi fabricator,  
Mitis, clemens miserator,  
Suavis, dulcis, patiens,  
Pium patrem te per iram  
Meam irritavi diram  
Ultionem capiens.
2. Saepe mentis per tumorem  
Sprevi minas et terrorem  
Me maiorum hominum,  
Immo furens nec te Deum  
Reverebar, verum meum  
Patrem atque Dominum.
3. Indignata crebro signis  
Vindicavi me malignis,  
Quibus extra patuit,  
Quod intus deordinata  
Fueram et effrenata  
Super id, quod decuit.
4. Rixans multos conturbavi,  
Quando factis vindicavi  
Illatam laesionem,  
Quam debbam portavisse  
Ac per tuam remisisse  
Benignam iussionem.
5. Fui contumeliosa,  
Me per verba exprobrata  
In secreto vindicans,  
Rea facta sum clamorum,  
Mala auribus multorum  
Per clamorem implicans.
6. Blasphemavi tibi Deo  
Vivo, creatori meo,  
Dicens impropria,  
Per quod rea et maligna  
Nimis sum aeterna digna  
Perpeti supplicia.
7. Per hanc iram malum feci  
In cubili cordis caeci  
Anhelans ultionem,  
Post hoc ore promulgavi  
Ac per manus consummavi  
Crudelem actionem.
8. Cedens irae stimulantī  
Saepe conquassavi sancti  
Spiritus palatium,  
Hoc effeci concitando  
Lites pacemque turbando  
Quietorum cordium.
9. Irae vitio subacta  
Sacrorum templorum facta  
Sum incendiaria  
Et quodammodo irata  
Deo fregi dedicata  
Saepius altaria.
10. Sic per iram deliravi,  
Quod divinum usurpavi  
Temere iudicium,  
Per quod patet, quam horren-  
dum,  
Quam sit provide cavendum  
Talis irae vitium.
11. Hac infecta passione,  
Non frenata ratione  
Feci, quod non debui,  
Tamquam stolidi effecta  
Fui, quod videre recta  
Neque vera potui.
12. A quo iuris lex absolvit,  
Ira praeceps me involvit  
Metu indiciorum,  
Per quod iuste condemnabor  
Per te, Deus, et privabor  
Consortio iustorum.
13. Haec me ira peccatricem  
Nimis facit infelicem,  
Nam fornax commutavit  
Mihi aurum in aes vanum,  
In culmum, flagellum, granum,  
Me luna inquinavit.
14. Irae scelus confitenti,  
Iesu bone, reae menti  
Pande sinum veniae,  
Cor per iram inquinatum  
Lava, unge induratum  
Oleo laetitiae.

IV.

1. Deus, qui vis creaturam  
Laborare per culturam  
Primarum actionum,  
Carnis commoda quaesivi,  
Per acidiam omisi  
Spirituale bonum.
2. Heu, de tuis diffidebam  
Viribus et metuebam  
Aggredi salubria,  
Sic in turpibus fovebat  
Et a probis cohibebat  
Me tenens acidia.
3. Per hanc saepius dolebam,  
Quando poenam providebam  
Boni exercitii  
Et proclivis residebam  
Ad quietem, quam quaerebam,  
Carnalis solacii.
4. Per hanc malum machinando  
Aliis vel cogitando  
Incidit malitiam,  
Quam ex ea dicunt nasci  
Viri docti atque pasci  
Tamquam primam filiam.
5. Hac invidente desperavi  
Saepe, quando cogitavi  
Tot mala me fecisse,  
Per quod fateor maiorem  
Culpam atque graviorem  
Me poenam meruisse.
6. Pravitatem intuendo  
Operum et sentiendo  
Meam fragilitatem,  
Velut stupida effecta  
Mente incidi deiecta  
Pussillanimitatem.
7. Hac rancorem enutrivit,  
Quo meorum exquisivi  
Laesorum nocumenta,  
Quos consuevi clam odire  
Neque potui punire  
Vindicta violenta.
8. Ex hac incidi torporem,  
Per quem renui suasorem  
Audire praeceptorum  
Atque viam vitae nosse  
Et incendere pro posse  
Saluti proximorum.
9. Per acidiam tristata  
Intus, foris evagata  
Quaesivi consolari  
Et caelestium oblita,  
Mundi sordibus nutrita  
Consuevi delectari.
10. Per hanc spreto praeceptore  
Deo vesci in sudore  
Vultus pane nolui  
Atque murmuris afflicta  
Vitiis ut maledicta  
Ficus fructu carui.
11. Isto vitio naturae  
Usum atque creaturae  
Quodammodo turbavi,  
Cum a Deo constitutum  
Et a brutis exsecutum  
Laborem recusavi.
12. Nugis vacans otiosa  
Tempora per pretiosa  
Perdere non timui  
Et, cum culpam abolere  
Poteram et obtinere  
Gratiam, evanui.
13. In plateis circumspexi  
Vagabunda et neglexi  
Lucrum spirituale,  
Vanis gaudiis intendi,  
Quod amisi, non perpensi  
Solamen aeternale.
14. Velut aqua nunquam mota  
Ex quiete sedens tota  
Indui putredinem  
Et ut ferrum quiescendo,  
Sic per otium torpendo  
Attraxi rubiginem.

15. Mundi ludicris intenta  
Vigil fui, somnulenta  
In bonis operibus,  
Sacra meditatione,  
Missa, precibus, sermone  
Atque Dei laudibus.
16. Stans in choro dissoluta  
Fui gestu, cantu muta  
Ut idolum Iunonis,  
Gravis corde, silens ore,  
Sine Domini timore  
Expers devotionis.
17. Sicut porcus, qui servatur  
Ad mactandum, impinguatur  
Per quietem otii,  
Sic quiescens per torporem  
Me nutriti ad dolorem  
Ultimi supplicii.
18. Per quietem et torporem  
Provocavi temptatorem,  
Qui ut musca tepidam  
Ollam intra labris sugit,  
Bullientem procul fugit  
Praeteritque frigidam.
19. Pigra morem pervertebam,  
Quia metere volebam  
Non semen terrae dare,  
Sum ut cactus, qui non gerit  
Curam capere, sed quaerit  
Salmones manducare.
20. Contra furem fodientem  
Et cotidie tollentem  
Unum domus asserem  
Opportune vigilare  
Nolui neque instare,  
Furem ut repellerem.
21. Sicut navis in carina  
Ex concursu fit sentina  
Plurimarum sordium,  
Sic per otii teporem  
Lutum traxi et foetorem  
Vitiorum omnium,
22. Quod est instabilitatis,  
Fraudis et malignitatis  
Saecli et tristitiae,  
Luxus et mollitiei,  
Raptus alienae rei  
Firmiter malitiae.
23. Famis, sitis, egestatis,  
Erroris, garrulitatis,  
Nugarum et nequitiae,  
Horum omnium fomentum  
Solum intus est retentum,  
Vitium acidiae.
24. Perhaec stultam me prodebam,  
Deus, quando non surgebam  
Tuum ad clamorem,  
Qui tot excitas doctrinis,  
Donis, monitis et minis  
Acidiae torporem.
25. Stultus fui sicut ille  
Piger, qui ad lapsum stillae  
Distulit avertere  
Aperturam oculorum  
Sive facilem membrorum  
Medicinam quaerere.
26. Numquid stultus, qui redire  
Domum quaerit vel finire  
Longae viae taedium,  
Et hodie facit passum  
Unum et hunc satis lassum,  
Vix post annum alium?
27. Sic et ego intellectu  
Passum feci, sed affectu  
Sequi differebam,  
Stulta dedita torpori  
Meritorio labori  
Me dare metuebam.
28. Iesu Christe, fili Dei,  
Precor, miserere mei  
Parcendo confitenti  
Culpam cordis in dolore  
Et de otii torpore  
Resurgere volenti.

V.

1. Deus, conditor benigne,  
Fac me confiteri digne  
Crimen idolatriae,  
Quod commisi diligendo  
Prae te mundum vel studendo  
Lucris avaritiae.
2. Te contempto, Deus bone,  
Fide, ope, dilectione  
Creatis inhaerendo  
Fidem veram denegavi  
Et quodammodo peccavi  
Ut idola colendo.
3. Te avara irritavi,  
Immo legem violavi  
Totius creaturae,  
Quae compellitur sedare  
Gratis et communicare  
De naturali iure.
4. Ex hac peste generata  
Me constrinxit scelerata  
Cordis obduratio  
Et recessit egenorum  
A me atque miserorum  
Debita compassio.
5. Per hoc crimen rapiendo  
Violenter et nocendo  
Factis palam nocui,  
Sic per verba innocentes  
Saepe in occulto mentes  
Fallere non timui.
6. Mente inhians lucrando  
Inquieta me nefandis  
Pollui mendaciis,  
Verbis lites excitavi,  
Festa factis violavi  
Crebris et periuriis.
7. Fallax fraudem committebam,  
Factis cum decipiebam  
Quemquam in praesentia,  
Tam per factum quam sermonem  
Intendi perditionem  
Nocens in absentia.
8. Heu, quid agam maledicta,  
Per hoc scelus tot addicta  
Culpis et miseriis?  
Nam lucrata cum labore  
Iugi servo cum timore,  
Perdo cum tristicis.
9. Mente mergor in profundum,  
Terminum perdo iucundum,  
Lucrum devotionis,  
Curis pungor lacerata  
Atque privor excaecata  
Splendore rationis.
10. Per hanc intima proieci  
Atque vacuum me feci  
Ut telam aranea  
Texens muscam ad lucrandum  
Et ad se eviscerandum  
Evomens intranea.
11. Vitio proprietatis  
Votum sanctae paupertatis  
Amara violavi,  
Praetextu necessitatis  
Negotium voluptatis  
Mendosa obumbravi.
12. Saepe magis concupivi  
Et ardentius quaesivi  
Rem prorsus otiosam,  
Quam fortassis saecularis  
Rex palatii regalis  
Structuram fastuosam.
13. Peccavi desiderando  
Alienum et mutando  
Munera muneribus  
Sive res pro rebus dando  
Et hoc ipsum palliando  
Variis ambagibus.
14. Saepe velle praelatorum,  
Ad quod volui, meorum  
Astuta declinavi  
Et, quod facere nolebam,  
Fugi, quodque cupiebam,  
Iniungi procuravi.



15. Eia, miserator pie,  
Fili virginis Mariae,  
Praebe locum veniae  
Peccatrici suspiranti  
Hisque verbis accusanti  
Scelus avaritiae.

VI.

- |  |  |
|--|--|
| 1. De gula me reddo ream<br>Atque confitendo meam<br>Damno voracitatem,<br>Per quam limites naturae<br>Praeterivi et mensurae<br>Iustae modicitatem.   | 6. Sum oblita irae Dei,<br>Mortis atque status mei,<br>Amisi rationis<br>Usum, hebes sum effecta<br>Verbis turpibus illecta,<br>Expers compassionis.     |
| 2. Ventrem cibus oneravi<br>Vilibus et excitavi<br>Palatum delicatis,<br>Dum abusa pretiosis<br>Ferculis et fastuosis<br>Arteque praeparatis.          | 7. En, quot malis me infecit<br>Gula, quae Adam deiecit<br>De loco voluptatis,<br>Evan pomo sauciavit<br>Lente Esauque privavit<br>Iure primaevitatis.   |
| 3. Ante tempus comedendo<br>Meum fregi ac bibendo<br>Saepius ieiunium,<br>Tam per mensae venustatem<br>Quam per cibi suavitatem<br>Sum laetata nimium. | 8. Facta prima inter Deum<br>Foedera et Adam reum<br>Hoc vitium destruxit,<br>Mortem culpae ac naturae<br>Poenaeque non finiturae<br>Viventibus induxit. |
| 4. Sine facibus accensa<br>Verba saepius in mensa<br>Protuli scurrilia,<br>Vana, nimium iocosa,<br>Detrahentia mendosa<br>Et adulatoria.               | 9. Heu, gulosa totum dedi<br>Cibum ventri, cum comedi<br>Oblita cibum mentis,<br>Mortem non consideravi<br>Neque famem cogitavi<br>Christi esurientis.   |
| 5. Extra habui ineptam<br>Laetitiam, qua conceptam<br>Prodidi lasciviam,<br>Cibo potuque repleta<br>Pretioso sine meta<br>Fovi immunditiam.            | 10. Multo amplius peccavi,<br>Quam his verbis enarravi,<br>Gulae inquinamentis;<br>Pater pie, curam gere,<br>Pereuntis miserere<br>Sui non miserentis.   |

VII.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Vitae caelibis [sacror],<br>Deus, auctor atque dator<br>Sanctae continentiae,<br>Me confiteor temptatam<br>Saepius et inquinatam<br>Vitio luxuriae. | 2. Cui forte si non actu,<br>Corde, ore, visu, tactu<br>Tamen dedi operam<br>Et per aliqualem motum<br>Contra castitatis votum<br>Feci, quod promiseram. |
|--|--|

- |  |  |
|--|--|
| <p>3. Per hanc mente excaecata<br/>Levis, inconsiderata<br/>Fui atque garrula<br/>Et amore capta mei<br/>Odium habebam Dei<br/>Praeceptis in pericula.</p> <p>4. Saeculum hoc affectavi,<br/>Ad fruendum desperavi<br/>De futuris gaudiis,<br/>Tota corporis iucundi,<br/>Foedis carnis atque mundi<br/>Dedita deliciis.</p> <p>5. Tibi Deo hoc infecta<br/>Vitio atque illecta<br/>Feci contumeliam<br/>Templum cordis violando,<br/>Tuum quod inhabitando<br/>Efficis per gratiam.</p> <p>6. Per hoc studui lenire<br/>Bechmoth, qui solet dormire<br/>Locis in humentibus,<br/>Proximum scandalizavi,<br/>Ipsam me damnificavi<br/>Nocumentis pluribus.</p> | <p>7. Isto volui nocere<br/>Mihī morbo, adhibere<br/>Nolui remedia,<br/>Quae sunt: carnem macerare,<br/>Bonis actibus instare,<br/>Fugere consortia,</p> <p>8. Hominum et sine mora<br/>Mox temptationis hora<br/>Motibus resistere,<br/>Non occasiones dare,<br/>Pro suffragio rogare,<br/>De se non confidere.</p> <p>9. Hoc infelix non curavi,<br/>Sed omittens adgravavi<br/>Malignitatem meam,<br/>Quam concordans cum dolore<br/>Confitensque cum pudore<br/>Me culpans reddo ream.</p> <p>10. O benigne condonator<br/>Culpae, poenae mitigator,<br/>Distributor gratiae,<br/>Dilue, quod inquinavit,<br/>In me redde, quod privavit,<br/>Vitium luxuriae.</p> |
|--|--|

VIII.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Nunc conabor confitendo,<br/>Quae per linguam committendo<br/>Peccata perpetravi;<br/>Primum ergo reprehendo,<br/>Debitam quod in loquendo<br/>Mensuram non servavi.</p> <p>2. Saepe contra rationem<br/>Linguam movi ad sermonem<br/>Rationis praevium,<br/>Quod debebat oboedire<br/>Rationi et exire<br/>Eius ad imperium.</p> <p>3. Linguam cum sit rationis<br/>Organum, contagionis<br/>Expertem decet esse,<br/>Nam hoc membrum qui creavit,<br/>Hominem nobilitavit<br/>Prae ceteris expresse.</p> | <p>4. Multis tamen hanc immersi<br/>Sordibus nec plus peperci,<br/>Quam porcus parcit ori,<br/>Qui ut sordibus includit<br/>Pedem, sic et os intrudit<br/>Cuilibet foetori.</p> <p>5. Sum et canem imitata,<br/>Qui fert sanguine foedata<br/>De macello labia,<br/>Et, quod plus est, lambo lutum,<br/>Immo diaboli sputum,<br/>Cum loquor nefaria.</p> <p>6. Membrum datum ad orandum<br/>Et ad Christum manducandum<br/>A Deo deputatum<br/>Organumque Dei vivi<br/>Neglegenter custodivi,<br/>Foedavi per peccatum.</p> |
|--|---|

7. Unde iuste recusatur  
Meum os seu reprobatur  
Orans, laudans, commedens  
Deum Dominum cunctorum,  
Christum, qui est angelorum  
Panis vitam conferens.
8. Sicut nimium peccarunt,  
Qui sacratum inquinarunt  
Calicem pulveribus,  
Sic et ego plus peccavi,  
Qui tot meum os foedavi  
Verbis indecentibus.
9. Ad laudandum deputata  
Deum verba sunt sacrata  
Et sanctitatem oris,  
Sanctam et devotam mentem  
Atque vitam innocentem  
Requirunt laudatoris.
10. Ista quia non servavi  
Deum laudans, plus peccavi  
Nec rogans exaudiri  
Digna fui, immo vere  
Rea merui severe  
Pro laudibus puniri.
11. Portas oris si clausissem,  
Animam custodivissem  
Ab incursu hostium,  
Quae nunc ut urbs immunita  
Patet vel platea trita  
Pedibus calcantium.
12. Istud gravat culpam meam,  
Quod, cum scirem linguam ream  
Pronam ad cadendum  
In tam multiplex peccatum,  
Et eidem cruciatum  
Tam durum inferendum,
13. Linguae quoque custoditae  
Cautae et occultae rite  
Fructum tam copiosum,  
Tamen tollere neglexi  
Sterilem neque despexi  
Utile vel damnosum.
14. Bonus esse vel manere  
Nemo potest nec placere,  
Linguam ni custodiat,  
Custodire quamvis onus  
Linguam sit, tamen vir bonus  
Debet, ne decipiat.
15. Linguam monent custodire  
Exempla et quod transire  
Verba per iudicium  
Dei debent, ponderanda  
Ideo sunt et limanda  
Nostrum per scrutinium.
16. Haec infelix quamvis nossem  
Atque custodire possem  
Linguam, tamen renui,  
Unde stricte iudicari  
Et aeternis poenis dari  
Hac pro culpa merui.

IX.

1. Quamvis culpa blasphemorum  
Gravi nimis tormentorum  
Sit poena compensanda,  
Tamen ista non pensavi,  
Sed factorem blasphemavi  
Per verba detestanda.
2. Conditor quod honoravit  
Amplius, inhonoravit  
Amplius conditorem,  
Lingua cum sagitta fixit  
In Deum, quem maledixit  
Rapta per furorem.
3. Plus peccavi blasphemando  
Quam fur vel quis perpetrando  
Quodvis homicidium,  
Nam hi rebus sive servis  
Dei actibus protervis  
Faciunt contrarium.
4. Ego in persona Deo  
Propria factori meo  
Dico contumeliam  
Atque malum, quod impendo,  
Principaliter intendo  
Eius ad iniuriam.

5. Dolet audiens Iudaeus,  
 Quando blasphematur Deus  
 Scinditque vestimenta,  
 Gravior quam in Iudaea  
 Ego sum peccati rea  
 Blasphemiis intenta.
6. Canis renuit mordere  
 Beneficum, sed mulcere  
 Vult caudae blandimentis,  
 Ego verbis mei oris  
 Iram provoco factoris  
 Tot bona largientis.

7. Patrem meum blasphemari  
 Cum audirem, indignari  
 Blasphemis recusavi,  
 Per quod me adulterinam  
 Filiam et concubinam,  
 Non sponsam demonstravi.

X.

1. Quamvis arguentis dure  
 Vetent murmura scripturae,  
 Attamen murmuravi  
 Et benignum patrem meum,  
 Omnia scientem Deum,  
 Per murmur irritavi.
2. Dathan, Abiron et Chore  
 Murmurantes in furore  
 Divino arguuntur,  
 Patientes Iob, Tobias,  
 Lazarus et Ieremias  
 Ad regnum assumuntur.
3. Hoc et simile pensatum  
 Mihi murmuris reatum  
 Auxit, mitigare  
 Poenam soleat flagelli  
 Atque contra metum belli  
 Electos confortare.
4. Ego murmurans de cibo  
 Digne satis interibo  
 In bello spiritali,  
 Eius primo in congressu  
 Cadens privor in recessu  
 Honore triumphali.
5. Victa cessi fuga vili  
 Querulosa de exili  
 Solacio subtracto  
 Voluptatis corporalis  
 Vel pro rei temporalis  
 Damno quando[que] facto.
6. Quod vexata murmuravi,  
 Vacuum me demonstravi  
 Aquis Dei gratiae,  
 Plenum dolium non sonat  
 Ictu, sed inane tonat,  
 Sic expers patientiae.
7. Ego pro iumentū mei  
 [Esca] suavitatis Dei  
 Vendidi delicias,  
 Quando murmurans supernas  
 Escas sprevi et internas  
 Totidem tristitias.
8. Carnis seu boni terreni  
 Gustum quaerens Galieni  
 Facta sum discipula,  
 Stulam Christi abnegavi,  
 Quando carnis disputavi  
 Discernendo saecula.
9. Pro me loquens intromisi  
 Me de me licet illisi  
 Dominium maiorum,  
 Dolo et rapina plena  
 Usurpavi aliena  
 Ad modum invasorum.
10. Saepe murmurans sequebar  
 Ducem, per quem seducebar,  
 Hoc est sensum proprium,  
 Qui claustrales, quos deludit,  
 Saepe in horrendum trudit  
 Culpaе praecipitium.

- |  |   |
|--|---|
| <p>11. Quando queror pro defectu<br/>Temporali vel despectu<br/>Seu pro quovis commodo,<br/>Quasi nihil reputarem<br/>Caelum, terram seu curarem<br/>Facio quodammodo.</p> <p>12. Vel si modo in his bonis<br/>Causam consolationis<br/>Putarem exhibendum,<br/>Quantum filiis corvorum,<br/>Quibus regnum est caelorum<br/>In fine praecludendum.</p> <p>13. Procuratio negatur<br/>Servo, cui magnum datur<br/>Pretium in vespere,<br/>Quando illi providetur,<br/>Qui mercedem prohibetur<br/>Aliam recipere.</p> <p>14. Multum ideo peccavi,<br/>Qui pro eo murmuravi,<br/>Quod mali prosperantur,<br/>Mihî nullae cum in mundo<br/>Nec in caelo his iucundo<br/>Mercedes debeantur.</p> | <p>15. Cum iumentum reputari<br/>Digne possum, admirari<br/>Satores valerent,<br/>Quando loquor murmurando,<br/>Usum tamen si nefando<br/>Opere non haberent.</p> <p>16. In hoc plurimum peccavi,<br/>Quod medelam recusavi<br/>Murmuri apponere,<br/>Deum poenas inferentem<br/>Neque Christum patientem<br/>Nolui recolere.</p> <p>17. Gratiae divinae rorem<br/>Contra murmurum ardorem<br/>Neglexi postulare,<br/>Nec a pio conditore<br/>Quanto tangerer amore,<br/>Facta recogitare.</p> <p>18. Ecce, murmuris peccatum<br/>Reprehendo adgravatum<br/>Istis circumstantiis,<br/>Pro quo peto iudicari<br/>In praesenti, non servari<br/>Ultimis scrutiniis.</p> |
|--|---|

XI.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Saepe malum, quod patravi<br/>Studiose excusavi<br/>Tegens per astutiam,<br/>Per quod infamavi Deum<br/>Sive criminabar eum<br/>Meam per malitiam.</p> <p>2. Adae par in pravitate,<br/>Qui cum non in potestate<br/>Par fieri valeret<br/>Deo, contendit, ut eum<br/>Sibi pravitatis reum<br/>Consimilem haberet.</p> | <p>3. Immo omnis creatorem<br/>Boni mali patratores<br/>Quodammodo monstravi,<br/>Meque culpas tot habentem<br/>Velut agnum innocentem<br/>Deceptrix simulavi.</p> <p>4. Non sic Christus faciebat,<br/>Qui peccatum non habebat,<br/>Attamen similari<br/>Peccatoribus volebat,<br/>Quando hostiam sinebat<br/>Peccati pro se dari.</p> |
|--|--|

XII.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Malum feci per sermonem,<br/>luctam iurationem<br/>Quotiens violavi,<br/>Vel quia iuravi, quando,<br/>Quod oportet, in iurando<br/>Incauta non notavi.</p> | <p>2. Prona fui et consuevi<br/>Pro re vana sive levi<br/>Assidue iurare,<br/>Sed nunc iurans veritatem,<br/>Iudicium, aequitatem<br/>Nolebam observare.</p> |
|--|--|

3. *Manu illa cum tangebam  
Sancta Dei, cum sciebam  
Me falsum affirmare  
Vel negare veritatem,  
Certum est per falsitatem  
Diabolo me dare.*

4. *Ergo cum benedicebam  
Hac me signans faciebam  
Cum manu hac maligni,  
Per quod pensent pares mei,  
In iurando quam sint rei  
Quantisque poenis digni.*

XIII.

1. *Rea nimis coram Deo  
Pio conditore meo  
Dolenter reprehendo,  
Quam per verba, facta, signa  
Ego fallax et maligna  
Peccavi mentiendo.*

2. *Per quod Dei adversatrix  
Facta sum et imitatrix  
Versuti seductoris,  
Qui, cum mentiens seduxit  
Evam, opera destruxit  
Benigni conditoris,*

3. *Est mendacium iocosum  
[Opus] vile ac damnosum,  
Quorum quovis genere  
Infinities peccavi  
Neque miseram expavi  
Animam occidere.*

4. *Adhuc mendax et versuta  
Contra iura sum locuta  
Falsum testimonium,  
Per quod proximum laedebam,  
Me occidi, incurrebam  
Grave Dei odium.*

XIV.

1. *Nunc ad pessimum accedo,  
Quod plus detestandum credo  
Crimen detractionis,  
Per quod pluribus nocebam,  
Immo nullis deferebam  
Nec rebus nec personis.*

2. *Per hoc surdis maledixi,  
Cum absentibus infixi  
Male linguae iaculum,  
Sic et, quando detrahebam  
Insciis, anteponebam  
Caecis offendiculum.*

3. *Detrahendo criminatrix  
Facta sum et imitatrix  
Serpentis tortuosi,  
Nam incipiens a laude  
Post hoc ore pleno fraude  
Innocuos corrosi.*

4. *Femori infixum gerens  
Telum canis plangit maerens  
Studetque remove,  
Sic et malum, quod cupivi,  
Dum de aliis audivi,  
Non potui silere.*

5. *Sicut porcus intrans hortum  
Florem deserit exortum  
Recurrens ad foetores,  
Sic et ego proximorum,  
Bonos deserens eorum,  
Sequebar malos mores.*

6. *Detrahendo sequi volo  
Viperam, quae flatu solo  
Novit tres interficere,  
Ita scio me praesentem  
Auditorem et absentem  
Uno verbo perdere.*

7. *Bestia sum, quae gerebat  
Circa caput et habebat  
Ordines tres dentium,  
Nam tres modos detrahendi  
In me esse deprehendi,  
Quibus innocentium*

8. *Bona mordens immoravi,  
Mala finxi et negavi  
Bona talia patrata,  
Unde sum pro tam enormi  
Culpa bestiae triformi  
Satis apte comparata.*

9. Recte possem pro foetore,  
 Qui a [meo prodit] ore  
 Sepulcro [as]similari,  
 Ad quod vivi accedentes  
 Et foetorem sentientes  
 Deberent detestari.
10. Saepe, quando ieiunavi,  
 Tamen cornes manducavi  
 Humanas detrahendo,  
 Quibus sulsam admiscebam,  
 Quos detrahere sciebam,  
 Libenter audiendo.
11. Parum dixi, cum subacta  
 Huic vitio sum facta  
 Daemonum dapifera,  
 Cum humanas offerebam  
 Carnes simul et edebam  
 Contra legis foedera.
12. Immo nec peperci patri  
 Spirituali neque matri,  
 Quin eos comederem,  
 Et quod plus est, proponebam  
 Tali quatenus (con)fidebam,  
 Eos ut reficerem.
13. Quamvis iuris disciplina  
 Vetet atque lex divina  
 Patribus detrahere,  
 Ego tamen non vetavi,  
 Immo plures instigavi  
 Praelatis maledicere.
14. Forsan minus non peccavi,  
 Cum libenter auscultavi  
 Narrantem detractorem,  
 Quia utique sileret  
 Detractor, si non haberet  
 Paratum auditorem.
15. Saepe malum adfirmanti  
 Falso testi vel erranti  
 Plus credidi de bonis,  
 Quam [si] decem excusarent  
 Malum et pro bonis starent  
 Idoneis personis.
16. Proximis iniuriosa  
 Facta sum et odiosa  
 Deo per hoc vitium  
 Tamque praesens quam futu-  
 rum  
 In aeternum duraturum  
 Merui supplicium.
17. Quod ut possem declinare,  
 His querelis accusare  
 Me sponte praelegi,  
 Per hoc sperans coram Deo  
 Iudici debere meo  
 Peccata mea tegi.

XV.

1. Corde malum cogitavi,  
 Volui, desideravi,  
 Consensi temptatori,  
 Infidelis, indevota,  
 Odio et ira mota  
 Invidi meliori.
2. Male me humiliavit  
 Timor atque inflammavit  
 Amor inordinatus,  
 Dolor vanus conturbavit,  
 Prudor strinxit, excaecavit,  
 Me rancor obduratus.
3. Praesumpsi et desperavi  
 Perfidaque exsultavi  
 In adversis proximi,  
 Cuius in prosperitate  
 Marcui et bonitate  
 Corporis vel animi.
4. Sprevi pauperum personas  
 Divitumque minus bonas  
 Plus iusto honoravi,  
 Bonos atque spirituales  
 Parvipendi, sed carnales  
 Parentes affectavi.

5. Tumens fui et elata,  
Perplexa et obstinata  
Et habebam taedium  
Saepe boni spiritualis  
Gaudiique mundialis  
Iuge desiderium.
6. Per hypocrisim timebam  
Displicere et studebam  
Excellens apparere,  
Humilem contempsi statum  
Et ambivi dignitatum  
Fastigia tenere.
7. Quod malitia vexabat  
Meum cor, hoc adgravabat  
Praeceptis inconstantia,  
Vana gloria foedavit,  
Ira movit, induravit  
Immisericordia.

XVI.

1. Verbis Deum blasphemavi,  
Iuramentis incitavi  
Crebris et periuriis,  
Murmuravi contra Deum  
Saepe et instruxi eum  
De aura et aliis.
2. Quando debui laudare  
Deum verbis vel orare,  
Distracta fui mente,  
Atque stabam sine metu  
Ad laudandum Deum coetu  
Angelico praesente.
3. Veritatem impugnabam  
Agmina et propalabam,  
Mendacia comperta,  
Plus vel minus enarravi  
Referens, quod afirmavi,  
Dubia vel certa.
4. Alios vituperavi,  
Maledixi, infamavi,  
Fui contentiosa,  
Ante unxi blandiando,  
Quod post punxi detrahendo,  
Per hoc proditiosa.
5. Susurrando mussitavi,  
Litigando seminavi  
Rixas et discordias,  
Falsa sum testificata  
Aliisque comminata  
Dixi contumelias.
6. Verbis asperis confixi,  
Exprobravi, contradixi,  
Vacavi conviciis,  
Verba dixi otiosa,  
Vana, levia, iocosa,  
Nocui consiliis.
7. Sum locuta nimis multa  
Verba impia et stulta,  
Iniqua et dolosa,  
Derisoria, polita,  
Inconcinna, imperita,  
Amara, curiosa.
8. In aliis reprehendi  
Verbis, quos in me defendi,  
Defectus probitatis,  
Plus quam decuit ridebam,  
Contumax contradicebam  
Magistris et praelatis.
9. Loquens nimium clamavi,  
Verbis iram concitavi  
Vel inimicitias,  
Cantus saeculi cantavi,  
Per quos graves excitavi  
Mentes ad lascivias.
10. Cum intendere debebam  
Feriis, tunc proferebam  
Saepius scurrilia,  
Verba bonis inimica,  
Nocua et impudica  
Dixi atque turpia.



11. Haec et alia peccata  
Linguae vitio patrata  
His arguens conficior,  
Malens modo iudicari,  
Quam perpetuis servari  
Poenis, ad quas teneor.

XVII.

1. Multa scelera patravi  
Opere, quia peccavi  
Gula et luxuria;  
Commisi ebrietatem,  
Rapinam, proprietatem,  
Furta, sacrilegia.
2. Vota fregi, simoniam  
Feci et apostasiam  
Atque sortilegia,  
Indigne communicavi  
Et festorum violavi  
Dierum sollempnia.
3. In officio divino  
Gravis fui et omnino  
Plerumque dissoluta,  
Quando Deum invocare  
Debui et collaudare  
Tacebam quasi muta.
4. Homines scandalizavi  
Pluries et molestavi  
In rebus et personis,  
Traxi, trusi, detrahebam  
Et exemplis corrumpebam  
Perversae actionis.
5. Aliquando subtrahebam  
Necessaria, sumebam  
Corpori superflua,  
Consuetudine peccavi,  
Recidebam, attemptavi  
Supra vires ardua.
6. Me minores opprimebam,  
Ad quod non suspiciebam,  
Tenui officium,  
Velle proprium implevi  
Et meorum saepe sprevi  
Maiorum imperium.
7. Visu, auditu, olfactu,  
Gustu, dono, prece, tactu,  
Scriptis atque mandatis  
Dedi multis digna poenis  
Propriis et alienis  
Materiam peccatis.
8. Praebui occasionem  
Culpae et temptationem  
Saepe praeveniebam,  
Et, quod minus tolerandum  
Est, me ipsam ad peccandum  
Quodammodo cogebam.

XVIII.

1. Nunc confiteor peccata  
Per multiplicem patrata  
Boni omissionem,  
Gratiarum nunquam Deo  
Egi creatori meo  
Condignam actionem.
2. Nunquam Deum cogitavi,  
Timui nec adamavi  
Digne neque colui,  
Nunc ad eum referebam  
Omnia, quae faciebam,  
Opera, ut debui.
3. Ad divinam capiendam  
Gratiam me vel habendam  
Neglexi praeparare,  
Nec sum bene usa ea  
Nec curavi mortis rea  
Acceptam conservare.
4. Neque studio sollerti  
Meum ad divinum verti  
Cor inspirationem,  
Pro peccatis non dolebam  
Digne satis nec sumebam  
Sacram communionem.

5. Blasphematum non defendi  
Deum, nec cantans attendi  
Vel laudans, quid dicerem,  
Nec conabar, disciplinae  
Voluntatique divinae  
Ut conformis fierem.
6. Ad commissa non respexi,  
Vitam moresque neglexi  
Sive conscientiam,  
Mala mea non deflevi  
Digne neque adimplevi  
Datam paenitentiam.
7. Propriam conversionem  
Culpaque confessionem  
Ultra tempus distuli,  
Templa, praedicationem  
Fugi nec temptationem  
Deum orans reppuli.
8. Parentes non honoravi,  
Fidem datam non servavi,  
Me nolui cognoscere,  
Recusavi congaudere  
Laetis, maestis condolere,  
Debita remittere.
9. Omittebam visitare  
Aegros et lites sedare,  
Devios corrigere,  
Non volebam tribulari,  
Desolatos consolari,  
Nescios instruere.
10. Monitis non acquievi,  
Imperata non implevi,  
Renui consilia,  
Non iniurias ferebam,  
Lites fugi, subtrahebam  
Miseris auxilia.
11. Nunquam poenas infernorum  
Neque gaudia caelorum  
Nec Christi passiones  
Digne satis cogitavi,  
Immo nec minas curavi  
Neque promissiones.
12. Quid eram, quid sum, quid ero,  
Nosse parvam curam gero  
Nec magnam adhuc gessi,  
Ergo manens in tepore  
In propositi fervore  
Sancti non processi.
13. Renuebam meditari,  
Unde poteram solari  
Doloribus subacta,  
Unde iuste durae menti  
Se a fonte avertenti  
Vena manet subtracta.
14. Fugi contemplationem,  
Verbum Dei, lectionem  
Atque sacra monita,  
Per quae poteram armari  
Contra mala, detestari  
Quaelibet fortuita.
15. Navem imbecillae mentis  
Flatibus fortunae ventis  
Amplius exposui,  
Cum periculum exortum  
Fugere et tutum portum  
Quaerere plus debui.

XIX.

1. Rea nimis et iniqua  
Nova simul et antiqua  
Praecepta violavi,  
Tam ea, quae vis naturae  
Docuit quam lex scripturae,  
Nequaquam observavi.
2. Fieri quod non volebam  
Mihi, saepe faciebam  
Aliis hominibus,  
Sic et, quod desideravi  
Mihi fieri, negavi  
Naturae consortibus.

3. Quasi novum adoravi  
Deum, quando praecamavi  
Creaturam creatore,  
Sic et, quando periuravi,  
Deum frustra nominavi  
Non parcens reo ori.
4. Festa non sanctificavi  
Nec parentes honoravi,  
Feci homicidium  
Vel per linguam detrahendo  
Vel mortem non repellendo  
Seu per cordis odium.
5. Forte thorum violavi  
Alienum vel peccavi  
Carnis per contagium,  
Alienum sum furata  
Falsum et testificata,  
Res cupivi plurium.

XX.

1. Fidei integritatem  
Per errorum vanitatem  
Varia violavi,  
De credendis et sperandis,  
Timendis atque amandis  
Quoniam dubitavi.
2. Multisque superstitiosis  
Consensi atque mendosis  
Adinventionibus,  
Perfidorum per errata  
Sum decepta, inquinata  
Variis haeresibus.
3. Credidi falsidicorum  
Dictis, vi[sis] somniorum,  
Vanis phantasmatis,  
Variis deliramentis,  
A daemonibus inventis,  
Fatis atque sortibus,
4. Volucrum atque [brutorum]  
Hominumque diversorum  
Variis occursibus,  
Et in avium garritu  
Volatuque sive situ,  
Canum ululatus.
5. Sum abusa medicina,  
Quam ars sive disciplina  
Ignorat medicorum,  
Tuli scriptis exaratos  
Characteres reprobatos  
Fide catholicorum.
6. Quod in nocte equitent  
Quaedam, tempus immutarent  
Mulieres credidi,  
Per quod turpiter illusa,  
Rea nimis et confusa  
Veram fidem perdidit.
7. Annis, horis, aura, ventis  
Quattuorque elementis,  
Nube, rore, pluvia,  
Ac multarum usu rerum  
Diversarum specierum  
Feci sortilegia.
8. Et ad cumulum malorum  
Multa genera errorum  
Incidit contraria  
Fidei atque divinis  
Legibus sive doctrinis  
Veris dissonantia.

XXI.

1. Baptismale inquinavi  
Lavastrum, quando peccavi  
Actu voluntario,  
Sic reatum contrahebam,  
Quando Christum commedebam  
Inquinata vitio.
2. Sumque facta nimis rea  
In confessione mea,  
Qua debui lavari,  
Postquam fui confirmata,  
Non cessavi per peccata  
Iterum infirmari.

- |  |   |
|--|---|
| 3. Meam consecrationem<br>Per iniquam actionem<br>Plerumque inquinavi<br>Neque copulata Deo,<br>Immortali sponso meo,<br>Fidelem me servavi. | 4. Et extremam unctionem<br>Per diguam devotionem<br>Fortassis non quaesivi,<br>Adhuc contra sacramenta<br>Scelerum inquinamenta<br>Innumera commisi. |
|--|---|

XXII.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Nunc protestor, quod sum rea,<br>Peccans singula per mea<br>Membra corporalia,<br>Caput collumque erexi<br>Atque oculis respexi<br>Nocumenta varia.      | 5. Aures meas non saepivi<br>Spinis, quotiens audivi<br>Verbum detractionis,<br>Saepe malum concupivi,<br>Corda fortia molivi<br>Voce blanditionis.           |
| 2. Facie, qua renitebam,<br>Forte multa occidebam<br>Corda intuentium,<br>Fronte, naso, mento, genis<br>Rubicundis et amoenis<br>Excitavi vitium.           | 6. Malum feci per maxillas,<br>Pectus, brachia, mamillas<br>Ac tactus digitorum,<br>Sum per manus operata<br>Malum, per pedes portata<br>Ad locum peccatorum. |
| 3. Forsan laesi intuentes<br>Per os, labia vel dentes<br>Vel gutturis alborem,<br>Feci pluries peccatum<br>Per linguam atque palatum<br>Et crinium decorem. | 7. Ad decorem naturalem<br>Membris his accidentalem<br>Adposui ornatum,<br>Per quod Deum provocavi,<br>Proximum scandalizavi,<br>Meum auxi reatum.            |
| 4. Sic per verticem erectam<br>Atque faciem detectam<br>Vel expansa tempora<br>Absque mei cordis cura<br>Forsan inquinavi pura<br>Aliorum pectora.          | 8. Per abusum aliorum<br>Feci plurima membrorum<br>Peccata similia,<br>Quorum pro deletione<br>Assis mihi, Iesu bone,<br>Domini cum gratia.                   |

XXIII.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Virtutibus inserendis<br>Vitiisque expellendis<br>Raro dedi operam,<br>Inchoatum deserebam<br>Bonum, saepe resumebam<br>Malum, quod omiseram.       | 3. Dereliqui caritatem,<br>Disciplinam, bonitatem,<br>Ausum, fortitudinem,<br>Iustitiam, aequitatem,<br>Timorem, humilitatem,<br>Usum, gratitudinem; |
| 2. Bonam saepius extinxi<br>Voluntatem, quia finxi<br>Calviam occasionem,<br>Quam intenta cum quaerebam,<br>Boni non inveniebam<br>Veram perfectionem. | 4. Prudentiam, veritatem,<br>Virginalem castitatem,<br>Modum, temperantiam,<br>Modestiam, pronitatem,<br>Esum et sobrietatem,<br>Pacem, patientiam;  |

5. Ordinem, religionem,  
Votum ac confessionem  
Ac oboedientiam,  
Sanctam consolationem,  
Laudem et orationem  
Veramque laetitiam;
6. Gratiarum actionem,  
Sanctam meditationem  
Mentisque constantiam,  
Debitam confessionem,  
Veracem compunctionem,  
Rectam paenitentiam;
7. Culpae satisfactionem,  
Studium et lectionem,  
Fructum devotionis,  
Sanctam contemplationem,  
Zelum et correptionem,  
Frenum discretionis;
8. Sancti spiritus fervorem,  
Mentis robur et vigorem,  
Illuminationem,  
Providentiam, cautelam,  
Consiliorum sequelam  
Et circumspeditionem.
9. Praeter haec omisi multa  
Bona nimis ego stulta,  
Quae possunt appellari  
Miseratio, affectus  
Pius, verus intellectus,  
Recte commemorari;
10. Laetis pie congaudere  
Tristibusque condolere,  
Fides et dilectio,  
Bonum velle et prodesse  
Omnibus, nulli obesse,  
Foederis impletio;
11. Amicitiam servare,  
Inimicos adamare,  
Malorum oblivisci,  
Ultimorum memorari,  
Nocumenta detestari,  
Debíti redditio;
12. Hospitari, sepelire,  
Visitare et vestire,  
Totum dare, pascere,  
Carceratos liberare  
Inopesque defensare,  
Inscios instruere;
13. Relaxare, consolari,  
Tegere, auxiliari,  
Orare, consulere,  
Medicinam adhibere  
Aegris, mala remove, re,  
Bona introducere;
14. Sancti spiritus habere  
Septem dona, possidere  
Octo beatitudines,  
Bona nostra velle, scire  
Deum solum et nescire  
Adulantes homines;
15. Iussa Dei adimplere  
Et prohibita cavere,  
Bona vere facere,  
Patriam desiderare,  
Mala poenae formidare,  
Mala culpae fugere.
16. Haec de arte paenitendi  
Acta legant imbuendi  
Parvuli haec parvula,  
Nam et similis perfectis,  
Forte tamen imperfectis,  
Proderit doctrinula.
17. Supplex supplico lecturis  
Scriptum hoc vel audituris,  
Ut laudent creatorem,  
Pie corrigant erratum  
Inscium et occupatum  
Excusent dictatorem.

Collect. ms. Campen. saec. 14/15. Cod. Palat. Vindobonen. 888. — I. 8, 6  
intime. — III. 4, 2 Meum possum. — 4, 3 Illetam. — IV. 5, 1 Verschrieben,  
eine Silbe zu viel; lies Haec videndo? — 10, 4 Et murmuris. — 22, 3  
saeculi. — VIII. 2, 3 Rationis praesentium. — 12, 2 Quod cum starem. —

13, 5 Lies: respexi? — IX. 6, 1 Carnis renuit. — 7, 3 Blasphemus. — X. 3, 4 Lies: Poenam solet quod flagelli? — 11, 3 quomodo. — 15, 3 Sathores. — XII. 3, 1 Manumillam quando. — XVI. 4, 5 Quod plus punxi. — 5, 1 Susurrando inusitavi. — 9, 6 Ad mentes lascivias. — XVIII. 3, 1 sq. Ad divinam gratiam me capiendam vel habendam. — 5, 1 Blasphemantum. — 5, 2 nec curans attendi. — XXII. 4, 3 tympera. — XXIII. 9, 5 et intellectus. — 16, 4 Lies: profectis? — 17, 4 Pie arguant erratam corrigant. — Am Schlusse: „Explicit modus confitendi rignicus.“

## 240. De Commendatione uniuscuiusque animae.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Age, Deus, causam meam,<br/>Ne reputes facta mea,<br/>Tibi commendo animam,<br/>Aeterne rex, Deus.</p>                                 | <p>9. Immensae divinitatis,<br/>Lapsos revoca a peccatis,<br/>Indulge sceleratis,<br/>Fidem reforma desperatis,<br/>Iuste iudex, Deus.</p>            |
| <p>2. Benedicte, sancte pater,<br/>Qui regnas in trinitate,<br/>Tu dona in terra pacem,<br/>Benigne, fortis Deus.</p>                        | <p>10. Karitate nos illustra<br/>Iter rectum nobis demonstra,<br/>Gradiamur via angusta,<br/>Klarissime Deus.</p>                                     |
| <p>3. Caelos fecisti gloriare,<br/>Domine, per tuum natalem,<br/>Fac nos gaudentes celebrare,<br/>Clementissime Deus.</p>                    | <p>11. Lacrimantem consolasti<br/>Mariam, te deprecantem<br/>Indulgentiam donasti,<br/>Misericors, et nobis parce,<br/>Lux et lumen, Deus.</p>        |
| <p>4. Deus, qui regnas in altum<br/>Et coronas omnes sanctos,<br/>Libera nos a malo actu,<br/>Dominator Deus.</p>                            | <p>12. Magnam suscepisti in cruce<br/>Latronis confessionem,<br/>Dedisti remissionem,<br/>Aufer nobis peccati molem,<br/>Magne magister, Deus.</p>    |
| <p>5. Ecce, in die iudicii<br/>Qualis ego ero miser,<br/>Qui tanta peccata feci,<br/>Excelse iudex, Deus?</p>                                | <p>13. Ninivitarum pepercisti,<br/>Paenitentes exaudisti,<br/>Iram tuam avertisti,<br/>Et nobis miserere, Christe,<br/>Nec nos derelinquas, Deus.</p> |
| <p>6. Fortis fuisti in cruce,<br/>Domine, per tuam virtutem<br/>Tu nos perduc ad veram lucem,<br/>Fortissime Deus.</p>                       | <p>14. Omnibus auxiliasti,<br/>Prostratum David levasti,<br/>Paenitentem exaltasti,<br/>Sanctum spiritum redonasti,<br/>Omnipotens Deus.</p>          |
| <p>7. Gemma, iudex, iudica me,<br/>Quem peccantem non punisti,<br/>Exaudi paenitentem, Christe,<br/>Gloriose Deus.</p>                       | <p>15. Petri luctum acceptasti,<br/>Tu negantem non culpasti,<br/>Demergentem liberasti,<br/>Nobis indulge, pater sancte,<br/>Pater noster, Deus.</p> |
| <p>8. Hodie redemptor venit,<br/>Ovem perditam requirit,<br/>Quam reportet ad ovile,<br/>Tu nobis veniam concede,<br/>Honor regni, Deus.</p> |   |

- |   |  |
|---|--|
| <p>16. <b>Quatriduanum iam sepultum</b><br/>Excitasti de sepulcro,<br/>Pristinum dedisti vultum,<br/>Remitte crimina, indultor,<br/>    <b>Qui nos creasti, Deus.</b></p> | <p>20. <b>Uidiam audisti fientem,</b><br/>Filiam te prosequentem<br/>Suscitasti rex excelse,<br/>Audi orantes paenitentes<br/>    <b>iustus et misericors Deus.</b></p>                      |
| <p>17. <b>Regulum te deprecantem</b><br/>Filiam resuscitasti,<br/>Sanguinis fluxum constagnasti,<br/>Exaudi nos te deprecantes<br/>    <b>Rex et rector, Deus.</b></p>    | <p>21. <b>Xriste, qui es venturus iudex,</b><br/>Audi precem peccatoris,<br/>Libera a temptatione<br/>Et ab inferno inferiore,<br/>    <b>Xriste, filius Dei.</b></p>                        |
| <p>18. <b>Surdis auditum dedisti,</b><br/>Caecis lumen reddidisti,<br/>Claudis gressum direxisti,<br/>Facinora nostra dimitte,<br/>    <b>Salvator mundi, Deus.</b></p>   | <p>22. <b>Ymnum dicant paenitentes,</b><br/>Laudes canant convertentes,<br/>Tua promissa retinentes,<br/>Qui non vis mortem delin-<br/>    quentis,<br/>    <b>Ymmense et nunc Deus.</b></p> |
| <p>19. <b>Tolle lectulum, mandasti,</b><br/>Paralyticum sanasti,<br/>Incredulis fidem donasti,<br/>Misericors et nobis parce,<br/>    <b>Trinus et unus Deus.</b></p>     | <p>23. <b>Zelator est invidus draco</b><br/>Videns gregem liberatum,<br/>Quem ligaverat in peccato;<br/>Adiuva nos, mundi salvator,<br/>    <b>Zelotis nomen, Deus.</b></p>                  |

Cod. Bruxellen. 8860—67. saec. 10. — 1, 3 animam meam. — 1, 4 Rex aeterne. — 5, 1 Ecce in illa die. — 9, 2 Lapsas. — 10, 1 Caritate. — 10, 2 demonstravit. — 10, 4 Clarissime. — 12, 4 Aufert a nobis. — 13, 1 Nenivitarum. — 15, 2 negentem. — 16, 1 Quatriduanum. — 17, 4 deprecantem. — 22, 2 canunt. — 23, 1 Zelator et. — Rundreim nach jeder Strophe: Tibi commendo animam meam, tu creasti eam.

#### 241. De Contemptu omnium vanitatum.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. <b>Vanitatum vanitas</b><br/>Carnis ingenuitas<br/>    Est et fortitudo,<br/>Vana sunt et omnia<br/>Mundi transitoria,<br/>    <b>Fallax pulchritudo.</b></p>           | <p>3. <b>Oppressus miseria</b><br/>Suspirat ad gaudia<br/>    Aeternae salutis,<br/>Mundo languet subditus<br/>Et sub iugo positus<br/>    <b>Gemit servitutis.</b></p>      |
| <p>2. <b>Homo miser nascitur</b><br/>Humo, de qua dicitur<br/>    Rectam per figuram,<br/>Semper mortem metuens,<br/>Semper suam intuens<br/>    <b>Fragilem naturam.</b></p> | <p>4. <b>Cum peccato concipit</b><br/>Mulier et parturit<br/>    Natum cum dolore,<br/>Profert cum angustia,<br/>Nutrit cum instantia,<br/>    <b>Servat cum timore.</b></p> |

5. Sed cum tanto tempore  
Fragili sub corpore  
Tenere nutritur,  
Quasi flos egreditur,  
Crescit, floret, teritur  
Et non invenitur.
6. Nudus mundo nascitur  
Nudus et regreditur  
Pauper et accedit.  
Iam pro suo merito  
Victurus de cetero,  
Pauper hinc recedit.
7. Mortuus deicitur,  
Terra circumcluditur,  
Luto collocatur,  
Foenum sui lectuli  
Corrodunt vermiculi,  
Quibus pratum datur.
8. O quam fallax gloria,  
Quam fallax fiducia  
Carnis in decore,  
Quae nullum dat alium  
Fructum nisi vermium  
Massam cum foetore.
9. Ergo, si cor verterem  
Et mente revolverem  
Stridorem futurum,  
Nulla me lascivia  
Flecteret aut gloria  
Iamiam moriturum.
10. Certe meum gaudium  
Ibit velut somnium  
A florenti mundo,  
Et mea memoria  
Transibit de patria  
Mecum in profundo.
11. Meum trahit spiritum  
Pronum ad illicitum  
Dulcedo peccati,  
Et subiugant misere  
Carnis motus tenerae  
Mundi voluptati.
12. Omni turpitudine  
Plenus atque crimine  
Miser quo parebo?  
Iudicem terribilem  
Et ignem flammibilem  
Undique videbo.
13. Ibi stridor dentium,  
Fletus et incendium  
Impios torquebunt,  
Et iusti per saecula  
Post mortis umbracula  
Cum Christo gaudebunt.
14. Eia, rivos spargite  
Cor meum et tundite,  
Fontes lacrimarum,  
Ut per vestrum gurgitem  
Mearum rubiginem  
Purgetis culparum.
15. Tu solus, qui fragilis  
Dies carnis stabilis,  
Nostris miserere,  
Et me prorsus miserum  
Pressum mole scelerum  
Sicut ovem quaere.

Cod. Palat. Matriten. 2 N 4. saec. 13/14. — 14, 1 Eva rivos.

#### 242. De Vanitate Mundi.

1. Qui rerum considerat  
omnium eventum,  
Una dies melior  
olim, quam nunc centum,  
Et hoc multi sentiant  
per experimentum,  
Quod, qui vivit hodie,  
suffert detrimentum.



2. Ordo rerum vertitur,  
sapiens fit stultus,  
Et mundus prosternitur  
vitio sepultus,  
Exsulat iustitia,  
cessat Christi cultus,  
In omni provincia  
oritur tumultus.
3. Mundus ad interitum  
vergit his diebus,  
Dii facti sunt iterum  
Iuppiter et Phoebus,  
Nam qui nummos possidet  
et abundat rebus,  
Hic ut deus colitur  
miris speciebus.
4. Loquitur apostolus  
cum sermone tali,  
Dicens, quod velociter  
dies instant mali,  
Et nos libro legimus  
in proverbiali,  
Quod homo nil amplius  
habet animali.
5. Iuxta evangelii  
vocem sic dicentem  
Exsurgit cotidie  
gens adversus gentem,  
Pauperes superbiunt  
erigentes mentem,  
Divites exacuunt  
in egenos dentem.
6. Secundum veridicam  
vocem Ieremiae  
Omnis clerus seminat  
semen simoniae,  
Sed non simul pereunt,  
nam quorundam viae  
Magis sunt flexibiles  
ad vivendum pie.
7. Is[te] sanctus etiam  
dicit hos sermones,  
Quod omnes desiderant  
retributiones,  
Nam adoptant homines  
plus possessiones,  
Quam suorum scelerum  
satisfactiones.
8. Et quae theologicae  
virtutes vocantur,  
Fides, spes et caritas  
fere suffocantur,  
Fraus et avaritia  
et, quae derivantur  
Ex istis, in saeculo  
toto dominantur.
9. Si sim ortu nobilis  
et vultu serenus,  
Si benignus, humilis,  
moribusque plenus,  
Haec mihi nil proderunt,  
quod si sim egenus,  
Nam sola pecunia  
formam dat et genus.
10. Ergo dum sum splendidis  
vestibus ornatus  
Et multa familia  
sum circumvallatus,  
Prudens sum et sapiens  
et morigeratus,  
Ego tuus nepos sum,  
tu meus cognatus.
11. Ista cum defecerint,  
protinus marcescit  
Nostra consanguinitas  
et paulatim crescit  
Inter nos remotio  
ita, quod me nescit,  
Qui, dum dives fueram,  
surgens mihi cessit,
12. O miranda vanitas,  
o divitiarum  
Amor lamentabilis,  
o virus amarum!  
Cur tot viros inficis  
faciendo carum  
Hoc, quod transit citius  
quam flamma stupparum?

13. Si nummus divitibus  
tria posset dare:  
Iuventutem floridam  
et mortem vitare,  
Pulchram et durabilem  
prolem procreare,  
Bene possent divites  
nummos congregare.
14. Homo miser, cogita,  
mors omnes compescit,  
Quis est ab initio,  
qui morti non cessit?  
Quando moriturus est,  
omnis homo nescit,  
Sed qui vivit hodie,  
cras forte putrescit.
15. Qui de morte cogitat,  
miror, quod laetatur,  
Cum sic genus hominum  
morti deputatur,  
Quo post mortem transeat  
homo, dubitatur,  
Unde quidam sapiens  
ita de se fatur:
16. De morte dum cogito,  
contristor et ploro,  
Verum est, quod moriar,  
sed tempus ignoro,  
Alterum, quod nescio,  
quorum iungar choro,  
Ut suis iungi merear  
servis, Deum oro.
17. Quando domi summitas  
super nasum iacet,  
Totum mundi gaudium  
velut lutum placet,  
Non est, qui tunc frivolus  
sive ludis vacet,  
Ibi viget bonitas,  
et fraus omnis tacet.
18. Non ibi prudentia  
dolus reputatur,  
Nec voluntas insuper  
lex est, nec vocatur  
Praeda perquisitio,  
sed lex ibi datur,  
Quae dat unicuique  
prout operatur.
19. Quodsi in cor hominis  
scelus occultatur,  
Hoc districto iudici  
secum declaratur,  
+ + + + +  
+ + + + +  
+ + + + +  
+ + + + +
20. Rogemus propterea  
regem supernorum,  
Ut det nobis fugere  
vitam perversorum  
Et, qui mole premimur  
scelerum nostrorum,  
Mereamur scandere  
ad alta polorum.
21. Et, virgo piissima,  
natum tuum ora,  
Ut ipsius gratia  
in meae mortis hora  
Relaxentur omnium  
peccatorum lora,  
Et me velit ducere  
secum sine mora,
22. Ut non cruciatus sim  
infernali poena,  
Mea nec sit anima  
Deo aliena,  
Sed semper cum angelis  
decantet amoena,  
Ubi semper cantica  
laudibus sunt plena.
23. Quisquis haec audierit,  
antequam recedat,  
Non ipsius animam  
daemon unquam laedat,  
Qui cum ferventi baculo  
ipsum nunquam laedat,  
Ex ipsius labiis  
sacrum Amen edat.

Collect. ms. Campense saec. 14/15. Cod. Vindobonen. 883. A. — Collect. ms. Gottscheen. saec. 15. Cod. Vindobonen. 4493. B. — Cod. S. Petri Salisburgens. b VI 3. saec. 15. C. — Clm. Monacen. (ol. Emmeramen.) 14343. anni 1351. D. — 1, 5 Ex hoc A. — Str. 1 fehlt BCD. — Str. 2 lautet in BCD:

Ecce, mundus moritur vitio sepultus,  
Ordo rerum vertitur, cessat Christi cultus,  
Exsulat iustitia, sapiens fit stultus,  
In omni provincia oritur tumultus.

[1 vitii suffultus D. — 2 Error, verum vertitur D. — 3 Exiit iustitia B; est stultus D.] — 3, 1 in interitum BCD. — 3, 3 Dii sunt iterum D; Dum facti sunt iterum B; Cum facti sunt C. — 3, 5 possident C. — 3, 6 abundat et rebus C. — 3, 8 septus aciebus BC; sceptris aciebus D. — Str. 4, 5, 6 und 7 fehlen BCD. — 8, 4 vere suffocantur C; saepe suffocantur B. — 8, 5 Ira, avaritia D. — 8, 6 his praehonorantur B. — 8, 7 Ex his iam in C; Ex hoc iam in D; Et sic iam in B. — 9, 1 Si sis BCD. — 9, 2 si vultu BCD. — 9, 4 moribus es plenus A; moribus et plenus D. — 9, 5 Haec tibi nil CD; nil tibi B: prodeunt D. — 9, 6 si tu sis BC; si factus sis D. — 10, 1 Cum sum modo splendidus B; Dummodo sum splendidis C; Si modo sim splendidis D. — 10, 4 sim D. — 10, 5 Dives sum et A. — 10, 7 Tunc ego tuus A. — 10, 8 et tu D. — 11, 1 Ista dum A; cum deficient D. — 11, 4 paulatim decrescit D. — 11, 5 obliuio C. — 11, 7 cum D. — 11, 8 dates mihi cessit A. — 12, 5 tot vires B; tot carnes C; tot caros D. — 12, 7 Id, quod BCD. — 13, 1 nummi BC; Sed mundus divitias D. — 13, 2 tibi possent D. — 13, 5 Pulcrem et amabilem D. — 13, 6 generare C. — 14, 2 oppressit D. — 14, 5—8 fehlen B, lauten in

C: Hic, quisquis sit hodie,  
cras forte putrescit,  
In hac vita cuiquam  
parcere mors nescit.

in D: Hic, qui vivit hodie,  
cras forte putrescit,  
In hac vita cuiquam  
parcere [mors] nescit.

15, 1—4 fehlen B. — 15, 2 mirum, quod C. — 15, 4 morte A. — 15, 6 homo, ignoratur C. — 15, 8 de se ita C. — 16, 1 De morte cum D, Cum de morte C. — 16, 3 Unum est BCD; quod fehlt B; morior B. — 16, 4 et tempus C. — 16, 5 Ultimum, quod nescio A; Secundum, quod B; Tertium, quod C; Tertium est quod D. — 16, 6 iungor C. — 16, 7 Sed ut suis merear B; Sed ut suis mereor C; Sed ut sanctis iubar iungi D. — 16, 8 iungi Deum B; iugi Deum C; Deum semper oro D. — 17, 1 Cum domi D. — 17, 4 Velut pisum placet BC; nihil sibi placet D. — 17, 5 Non est tunc quod frivolis D. — 17, 7 Ibi urget veritas D; Ubi viget veritas C. — 17, 8 et omnis fraus C. — 18, 1 Nam ibi D. — 18, 4 est verum vocatur A; lex est non D. — 18, 5 Praedae A; prosectio B; persecutio C; Praeclara perquisitio D. — Str. 19 ff. fehlen BCD. In D schließt das Gedicht nach Str. 18 mit folgender Schlusstrophe:

O felix condicio pecorum brutorum,  
Cadunt cum corporibus spiritus eorum,  
Nec post mortem subeunt loca tormentorum;  
Talis esset utinam finis impiorum!

In BC folgen auf Str. 18 die folgenden Strophen:

Adamantes Dominum, suum genitorem,  
Et eiusdem filium, Christum salvatorem,  
Atque sacri pneumatis mellicum odorem  
Contemplantes Christi sunt, ut discant rumorem.

Ut refert Ieronymus, hic rumor est verus,  
Ad hoc testimonium perhibet Homerus,  
Iustis et malevolis hoc exponit clerus,  
Sed est peccatoribus hic rumor severus.

Homerus discipulo suo dixit vere,  
 Dictis meis, fili mi, debes adhaerere,  
 Diligenter super hoc a me modo quaere,  
 Sic tibi volociter possum respondere.

Cum finem audieris huius rei verae,  
 Ut credo, veraciter te docebit flere  
 Pro angore spiritus et carnis severe,  
 Huic morbo, Domine, rex regum, medere.

C allein hat noch eine weitere Strophe:

Est mortis haec condicio, qua spiritus separatur  
 A carne, ne supplicio perpetuo tradatur,  
 Cuius sic descriptio carnis adnotatur,  
 Ut ab omni vitio hanc sequens retrahatur.

Mit 2, 1 beginnt häufig ein kurzes Gedicht (4 oder 5 Strophen), das sich unter den Werken des hl. Bernhard befindet, Migne PP. LL. 184, 1313. Vgl. Hauréau, Des poèmes attribués à S. Bernard, p. 25. Zu vergleichen ist auch das Lied *Ecce mundus moritur* bei Wright, Poems commonly attributed to Walter Mapes, p. 139 sq. und Huemer in Wiener Studien VI, 287 ff. — Hier folgt das kürzere Lied nach anderen Handschriften:

I.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. <i>Ecce, mundus moritur<br/>             vitio sepultus,<br/>             Ordo rerum vertitur,<br/>             cessat Christi cultus,<br/>             Exsulat iustitia,<br/>             sapiens fit stultus<br/>             In omni provincia<br/>             oritur tumultus.</i></p> <p>2. <i>Mundus ad interitum<br/>             vergit his diebus,<br/>             Dii facti sunt iterum<br/>             Iuppiter et Phoebus,<br/>             Nam qui nummos possidet<br/>             abundat et rebus,<br/>             Hic ut deus colitur<br/>             saeptus aciebus.</i></p> <p>3. <i>Et quae theologiae<br/>             virtutes vocantur,<br/>             Fides, spes et caritas<br/>             fere suffocantur,<br/>             Fraus et avaritia<br/>             et, quae derivantur<br/>             Ex his, iam in saeculo<br/>             toto dominantur.</i></p> | <p>4. <i>Si sis ortu nobilis,<br/>             si vultu serenus,<br/>             Si benignus, humilis<br/>             moribusque plenus,<br/>             Haec nil tibi proderunt,<br/>             si tu sis egenus,<br/>             Nam sola pecunia<br/>             formam dat et genus.</i></p> <p>5. <i>Dummodo sum splendidis<br/>             vestibus ornatus<br/>             Et multa familia<br/>             sum circumvallatus,<br/>             Prudens sum et sapiens<br/>             et morigeratus,<br/>             Ego tuus nepos sum,<br/>             tu meus cognatus.</i></p> <p>6. <i>Ista dum defecerint,<br/>             protinus marcescit<br/>             Nostra consanguinitas,<br/>             et paulatim crescit<br/>             Inter nos remotio<br/>             ita, quod me nescit,<br/>             Qui, dum dives fueram,<br/>             surgens mihi cessit.</i></p> |
|---|---|

II.

- |   |   |
|---|---|
| <p>7. <i>O miranda vanitas,<br/>             o divitiarum<br/>             Amor lamentabilis,<br/>             o virus amarum,<br/>             Cur tot viros inficis<br/>             faciendo carum<br/>             Hoc, quod transit citius<br/>             quam flamma stupparum?</i></p> | <p>8. <i>Si nummi divitibus<br/>             tria possent dare:<br/>             Iuventutem floridam<br/>             et mortem vitare,<br/>             Pulchram et durabilem<br/>             prolem procreare,<br/>             Bene possent divites<br/>             nummos congregare.</i></p> |
|---|---|

9. Homo miser, cogita,  
 mors omnes compescit,  
 Quis est ab initio,  
 qui morti non cessit,  
 Hic quisquis sit hodie,  
 eras forte putrescit,  
 In hac vita cuiquam  
 parcere mors nescit.
10. Qui de morte cogitat,  
 mirum, quod laetatur,  
 Cum sic genus hominum  
 morti deputatur,  
 Quo post mortem transeat  
 homo, dubitatur,  
 Unde quidam sapiens  
 ita de se fatur:
11. Cum de morte cogito,  
 contristor et ploro,  
 Unum est, quod moriar  
 et tempus ignoro,  
 Tertium quod nescio,  
 quorum iungar choro,  
 Sed, ut suis merear  
 iungi, Deum oro.
12. Quando domus summitas  
 super nasum iacet,  
 Totum mundi gaudium  
 velut pisum placet,  
 Non est, qui tunc frivolus  
 sive ludis vacet,  
 Ibi viget veritas  
 et fraus omnis tacet.
13. Non ibi prudentia  
 dolus reputatur,  
 Nec voluntas insuper  
 lex est, nec vocatur  
 Praeda persecutio,  
 sed lex ibi datur,  
 Quae dat unicuique,  
 prout operatur.
14. Adamantes Dominum,  
 summum genitorem.  
 Et eiusdem filium,  
 Christum salvatorem,  
 Atque sacri pneumatis  
 mellicum odorem  
 Contemplantes Christi sint,  
 ut discant amorem.
15. Ut refert Ieronymus,  
 hic rumor est verus,  
 Ad hoc testimonium  
 perhibet Homerus,  
 Iustus et malevolis  
 hinc exponit clerus,  
 Sed est peccatoribus  
 hic rumor severus.
16. Homerus discipulo  
 suo dixit vere:  
 Dictis meis, fili mi,  
 debes adhaerere,  
 Diligenter super hoc  
 a me modo quaere,  
 Ut tibi velociter  
 possim respondere.
17. Et finem audieris  
 huius rei verae,  
 Ut credo veraciter,  
 te docebit flere  
 Pro rigore spiritus  
 et carnis severae  
 Huic modo, Domine,  
 rex regum, medere.

Collect. ms. saec. 15. Cod. Graecen. 1294. A. — Collect. ms. Stiriacense saec. 15. Cod. Stiriacen. L 26 [s. n.] B. — Collect. ms. Carmeli Augustani anni 1474. Clm. Monacen. 3591. C.

1, 2 vitis A. — 1, 3 tollitur B. — 1, 3 und 1, 5 vertauscht. 1, 5 Exsultat C. — 2, 3 Cum facti sint A. — 2, 5 nummos congregat C. — 4, 1 Si sis coetu A. — 4, 5 Ista nihil proderunt B. — 5, 1 sum fehlt A; Dummodo sim B; Dum sum mundo C. — 6, 4 decrescit C. — 6, 5 nos remittit A; In nobis dementia C. — 7, 5 vires BC. — 8, 5 Multum et durabilem. B. — 8, 7 Tunc deberent B. — 7, 5 sq. und 7, 7 sq. umgestellt C. — 9, 1 Sed o tu miser B. — 9, 6 Cras quoque putrescit C. — 10, 3 hominis A. — 11, 3 Certum est B. — 11, 5 Tertius B. — 12, 3 Tunc mundi C. — 12, 4 pisa B. — 12, 6 ludis suis vacet B. — 13, 2 nec dolus C. — 13, 6 lac ibi B. — Str. 14—17 fehlen BC.

In A die Aufschrift: Disputatio corporis et animae rhythmice. Incipit disputatio inter corpus et animam composita per magistrum Rudbertum Grossi capituli, Linthomensem episcopum. An dies Gedicht schließt sich dann

unmittelbar die bekannte „Altercatio“ mit dem Anfange: Vir quidam exstiterat dudum eremita, Pilbertus Francigena etc. Der Zusammenhang dieser Lieder und damit auch die Frage nach der Urheberschaft bedarf noch weiterer Aufklärung.

243. De Vanitate Mundi.

1. Caecus ego sequens caecum  
Cogitare coepi mecum,  
Prope, procul et profunde  
Quaerens, quomodo et unde  
Tanta cordis caecitas.  
Sic dum diu me dolente  
Tota tamen freta mente  
Dies intrat, nox discedit,  
Sol resplendet, error cedit,  
Et apparet veritas.
2. Manifeste monstrat res se,  
Cum cognosco verum esse,  
Quod dudum est prophetatum,  
Quod vanitas vanitatum  
Et omnia vanitas.  
Res mundanae modo vadunt,  
Modo surgunt, modo cadunt,  
Iacet homo, regnat homo,  
Hic in humo, hic in domo,  
Nusquam est stabilitas.
3. Ergo mala sunt mundana,  
Vacua sunt atque vana,  
Falsi flores, quos praemittunt,  
Qui non reddunt, quod pro-  
mittunt,  
Dolus, fraus et falsitas.  
Falsitatem flos fallendo,  
Fraudem fructum non ferendo,  
Dolum facit, sicut patet,  
Quod sub flore spina latet,  
Mira est calliditas.
4. Foris floret, spem praetendit,  
Quo cadente nil rependit,  
Flos pro fructu spinam solvit,  
Fraudem suam sic involvit  
Floris infidelitas.  
Nihil valent res mundanae,  
Nihil quidem, nihil sane,  
Totum vanum et inane,  
Aret sero florens mane  
Rerum universitas.
5. Finem habent, fide carent,  
Vadunt et iam non comparent,  
Nil valoris, nil aetatis,  
Nil in eis veritatis,  
Nec fides nec firmitas.  
Mundi cives in honore  
Metu vivunt et dolore,  
Habent, tenent et amittunt,  
Decedentes nil dimittunt,  
Brevis est utilitas.
6. Labor longus in habendis,  
Timor magnus in tenendis,  
In amissis gravis dolor  
Et, quid ultra iam praestolor?  
Universa vanitas.  
Tu, qui lumen habes sanum,  
Dic, homine quid plus vanum?  
Principatum terrae geris,  
Illa manet et tu peris,  
Vilis tua dignitas.
7. Ergo, miser, quid laboras?  
Cur tu Deum non honoras?  
De labore nihil dato,  
Deo tibi non placato  
Poenas solves debitas.  
Precor, ut non glorieris,  
Iamiam forte morieris,  
Non redibis pulsus foras  
Et tu, miser, quid laboras?  
Magna est fatuitas.
8. Foras pulsus non redibis,  
Non redibis et quo ibis?  
Cur non gemis, cur non ploras,  
Cur pauperum non imploras  
Opem hosque visitas?  
Thesaurizas et ignoras  
Metas vitae, mortis horas,  
Cum nil ferat terrenorum  
Praeter pondus peccatorum  
Carnis tuae gravitas.

9. Tuus erit huc regressus,  
Unde nudus es egressus;  
Quod nunc tenes, erogetur,  
Morientem te sequetur  
Nec aes nec hereditas.  
Moriturum te novisti  
Et idcirco pedes Christi  
Vivens lava, dans egenis,  
Quas relinques alienis  
Res in morte perditas.
10. Da egenti, dum tibi vis,  
Da egenti, dico, si vis  
Cum egenis obtinere,  
Cum egenis possidere  
Mansiones placitas.  
Quae relinques venienti,  
Da praesenti, da petenti,  
Non est nota, non est certa,  
Non asserta, non aperta  
De futuris veritas.
11. Fodere tunc non valebis,  
Quia tempus non habebis;  
Nihil pium, quo festinas,  
Sed terrores atque minas  
Habet taetra civitas.  
Non est locus ille lenis  
In tormentis et in poenis,  
Ubi vermis foetor ignis  
Et quare non dubitas?
12. Vermis nunquam morietur,  
Sed nec ignis extinguetur  
Flammis, quibus combureris,  
Et nequaquam morieris;  
Et quare non dubitas?  
Post tormentum aquae, nivis  
Infernalis miser civis  
Pertrahetur ad calorem,  
Cuius nemo scit ardorem;  
Et quare non dubitas?
13. Ventus, imbres et procella,  
Fames, frigus et flagella,  
Iugis illic nox obscura,  
Ubi non est mors segura;  
Et quare non dubitas?  
O quam tristis est infernus,  
Illic horror sempiternus,  
Stridor dentis, dolor, fletus,  
Sempermaeror, sempermetus;  
Et quare non dubitas?
14. Peccatorum confusio,  
Bonorum desperatio,  
Remordens conscientia,  
Nulla deest miseria;  
Et quare non dubitas?  
Bonum nullum, mala satis  
Aestimanda pro peccatis,  
Et in fine dico tibi,  
Quidquid mali manet ibi;  
Cur ergo non dubitas?

Cod. Parisin. (ol. Victorin.) 15163. saec. 15. — 9, 1 egressus. — 10, 1 degenti.

#### 244. De Vanitate Mundi.

1. Mundus deciduus  
et homo fragilis  
Totus in dubio,  
totus instabilis,  
Tam cito labitur  
ut aqua labilis.
2. Plus crede literis  
scriptis in glacie,  
Quam mundi fragilis  
vanae fallaciae,  
Qui nihil habuit  
unquam fiduciae.
3. Credendum magis est  
auris fallacibus,  
Quam mundi miseri  
prosperitatibus,  
Falsis insaniis  
ac vanitatibus.
4. Dic, ubi Salomon,  
olim tam nobilis,  
Vel pulcher Absalon,  
vultu mirabilis,  
Vel dulcis Ionathas,  
multum amabilis?

- |   |  |
|---|--|
| <p>5. Quo Caesar abiit,<br/>celsus imperio?<br/>Die, ubi Tullius,<br/>clarus eloquio,<br/>Vel dives splendidus,<br/>totus in prandio?</p>     | <p>8. O esca vermium,<br/>o massa pulveris,<br/>O mors, o vanitas,<br/>cur sic extolleris?<br/>Ignoras etenim,<br/>utrum cras vixeris.</p> |
| <p>6. Tot mundi proceres<br/>.....<br/>Totum evanuit<br/>ut ros, ut nebula,<br/>Ut breve theatrum,<br/>ut brevis fabula.</p>                  | <p>9. Nil tuum dixeris,<br/>quod potes perdere,<br/>Nil longum, poterit<br/>quod finis claudere,<br/>.....<br/>.....</p>                   |
| <p>7. Sicut breve festum<br/>est mundi gloria,<br/>Vel breve somnium<br/>sunt eius gaudia,<br/>Quae totum subtrahunt<br/>aeterna praemia.</p> | <p>10. Felix, qui potuit<br/>mundum contemnere,<br/>Felix, qui potuit<br/>summa diligere!<br/>Superna cogita,<br/>cor sit in aethere!</p>  |

Cod. Luciliburgen. 84. saec. 13. — Bearbeitung oder Vorlage des bekannten *Cur mundus militat*. Cf. Daniel II, 379 sq.

#### 245. De Contemptu Mundi.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Si quis aures habeat<br/>Audiendi, audiat,<br/>Excors in se redeat<br/>Et praesens intellegat<br/>Inter nugas, machinas,<br/>Fraudes et versutias,<br/>Aerumnas, immunditias,<br/>Rixas et insidias:</p>                           | <p>3. Quid splendida stratoria,<br/>Cum iocis deceptoriam?<br/>Nonne transitoria<br/>Ut foenum quaeque talia?<br/>O sume sanum studium,<br/>Ab his converte animum<br/>Ad unum necessarium<br/>.....<br/>.....</p>                         |
| <p>2. Quid mundus foedi muneris,<br/>Quid vanus cultus corporis,<br/>Quid fastus massae cineris,<br/>Quid aes immensi ponderis,<br/>Avari quid consilia,<br/>Pomposa quid familia,<br/>Quid lata pascibilia,<br/>Tot quid utensilia?</p> | <p>4. Hoc da, Iesu largiflue,<br/>Rex caeli, dator gratiae,<br/>Virtutum doctor optime<br/>Et vitae fons uberrime,<br/>Tu flos de Iesse virgula<br/>Austro perflante grvida,<br/>Cum quoque patris gloria<br/>Gubernas cuncta saecula.</p> |

Collect. ms. Franciscan. Augustan. saec. 15. Clm. Monacen. 3941. —  
1, 4 et intellegat. — 4, 1 Hoc o Iesu. —



246. Dolus Mundi.

- Viri fratres, servi Dei,  
 Vos non turbant verba mei,  
 Sed audite propter Deum  
 Flebilem sermonem meum.
5. Mundum dolens circuivi,  
 Fidem undique quaesivi,  
 Ubicumque fidem quaero:  
 Vel in plebe, vel in clero,  
 Vel in claustro, vel in foro.
10. Ubi fides sit, ignoro,  
 Fides nullibi apparet,  
 Totus mundus fide caret.  
 Filius non servat patri  
 Fidem neque frater fratri.
15. Heu, de sua sede ruit  
 Fides, quae tam firma fuit  
 Quondam, et pro ea dolus  
 Triumphat per orbem solus  
 Tam potenter et tam dire,
20. Non posset quis contraire.  
 Quidquid dolus iubet esse,  
 Hoc complere est necesse,  
 Clerus populusque totus  
 Dolo subiacet devotus.
25. Dolus papam, cardinales  
 Et episcopos totales  
 Regit et ubique reges,  
 Dolus glosat iura, leges.  
 Dolus omnia pro voto
30. Disponit in orbe toto;  
 Qui cum dolo conversantur,  
 Illi sunt, qui principantur,  
 Sed, qui vere dolum nescit,  
 Est abiectus et vilescit
35. Et vocatur idiota  
 Nec est dignus unci nota.  
 Praelati ecclesiarum  
 Habent dolum valde carum,  
 Nam per dolum praebendantur
40. Et potenter dominantur.  
 Aestimo pro sensu meo,  
 Quod praebendas non pro Deo  
 Pure dant, sed est mos sibi:  
 Da mihi, tunc dabo tibi.
45. Sic ad invicem colludunt  
 Atque pauperes excludunt,  
 Quique donant, illis datur,  
 De egenis non curatur.  
 Heu, quam ob rem non attendunt,
50. Quod sic bona Christi vendunt,  
 Quae praecepit Deus dari  
 Gratis et non venundari.  
 Simonizant, et est aequum,  
 Quod mercedem sumant secum.
55. Miror, quid tunc respondebunt,  
 Ante Deum dum parebunt  
 Responsuri de re gesta,  
 Si sit vilis vel honesta,  
 Ubi genus, res, honores
60. Nemini sunt adiutores,  
 Sed qui bona hic egerunt,  
 Illi soli salvi erunt.  
 Advertatis, vos praelati,  
 Quanta oportebit pati
65. Post hanc vitam pro peccatis,  
 Ut, quae iusta sunt, agatis.  
 Curati et sacerdotes  
 Possidentes amplas dotes  
 De salute animarum
70. Subditorum curant parum,  
 Nihil quaerunt quam habere  
 Et hominibus placere;  
 Non attendunt ad clamores  
 Pauperum, sed claudunt fores.
75. Sic nec subditis, ut debent,  
 Formam bonae vitae praebent,  
 Sed per pravae suos mores  
 Multos ducunt ad errores.  
 Canon regula vocatur,
80. Hinc canonicus dicatur  
 Eo, quod sub regulari  
 Vita debet famulari  
 Cum devotione Deo;  
 Modo nil curant de eo,
85. Sed libentius ad forum  
 Currunt, quam frequentant  
 chorum.  
 Vestes militares ferunt,

- Nibilquam mundana quaerunt,  
Non impertiuntur dignis
90. Suas opes, sed malignis.  
Quidquid eis superesset,  
Hoc pro Deo dandum esset,  
Modo habent tam avarum  
Cor, quod nihil dant vel parum.
95. Item, qui in claustris de-  
gunt,  
Iuxta normam se non regunt,  
Quam patres instituerunt,  
Sed, quae vetita sunt, quae-  
runt.  
Vestes deferunt claustrales,  
100. Sed in mente non sunt tales.  
Namque sub religiosa  
Veste latet mens dolosa,  
Rixas, lites et rancores  
Habent inter se maiores
105. Monachi et moniales  
Quam personae mundiales;  
Qui vult Satanæ servire,  
Claustrum debet introire.  
Item fratres mendicantes
110. Fere omnes sunt trufantes,  
Parent quasi sint devoti,  
Cum sint tamen nequam toti.  
Raro complent actione,  
Quidquid praedicant sermone;
115. Metunt, ubi non sparserunt,  
Semper plus quam sua quae-  
runt,  
Oves alienas tondunt  
Et parochias confundunt.  
Dantibus adplaudunt care,
120. Sed, qui nihil possunt dare  
Vel replere eis manum,  
Illos mittunt ad plebanum.  
Pulchre perorare sciunt,  
Qui his credunt, capti fiunt;
125. Per verborum apparatus  
Aures pruriunt magnatum.  
Valde diligenter notant,  
Ubi divites aegrotant,  
Ibi currunt nec cessabunt,
130. Donec ipsos tumultabunt,  
Sed ad casas miserorum
- Nullus ire vult eorum.  
Puto fere, quod prodesset,  
Si nullus in mundo esset
135. Monachus vel monialis  
Sive secta beginialis.  
Postquam enim sic creverunt,  
Lex et fides perierunt,  
Et totius mundi status
140. Est in malum commutatus;  
Utrum culpa sit eorum,  
Novit conditor cunctorum.  
Caesar, reges, marchiones,  
Duces, comites, barones,
145. Omnes principes terrarum  
Possident de fide parum.  
Inter omnes vix est unus,  
Qui non respicit ad munus  
Et iustitiam postponat
150. Pro eo, qui dona donat.  
Per tyrannidem et guerram  
Dissipant ubique terram,  
Magis quaerunt Christianos  
Debellare quam paganos,
155. Non verentur nec formidant,  
Quod innocuos occidant.  
Cur tam diu sinit Deus,  
Quod occidat iustum reus?  
Quondam milites statuti
160. Erant, ut per eos tuti  
Essent viduae, pupilli  
Clerusque, nunc autem illi  
Tales minime defendunt,  
Sed praedantur et incendunt,
165. Cor eorum magis pronum  
Est ad malum quam ad bonum.  
Cives nobiles, cummunes  
Raro doli sunt immunes.  
Nobiles iniuriantur,
170. Cives vero foenerantur,  
Et de omnibus vix ullus  
Est fidelis sive nullus.  
Nautae maris et coloni,  
Qui fuerunt quondam boni,
175. Sic pervertit eos dolus,  
Quod vix iustus unus solus.  
Item mundi mercatores  
Quid sunt hi quam trufatores?

- Sive emunt sive vendunt,  
 180. Semper fallere praetendunt.  
 Deum sanctosque periurant  
 Et mentiri parum curant.  
 Quando boni nummi vadunt,  
 Statim eos igni tradunt,  
 185. Sicque manet pagamentum,  
 Scoria et non argentum.  
 Sic confundunt mundum to-  
 tum,  
 Istud undique est notum.  
 Pondus, numerus, mensura,  
 190. Simul omnis mercatura  
 Sic per ipsos sunt infectae,  
 Quod vix unus agit recte.  
 Nisi opem Deus praestat,  
 Deperire mundum restat,  
 195. Tot et tanti sunt reatus  
 Et tam gravis nunc est status.  
 Natus ante annos mille,  
 Vere felix fuit ille.  
 O quam venenosa pestis,  
 200. Foenerator, falsus testis,  
 Fur, periurus, latro, maechus,  
 Homicida tantum decus  
 Habet, quantum boni viri.  
 Quidquid potest nunc acquiri,  
 205. Sive bene, sive male,  
 Est hominibus aequale,  
 Nullus devitatur quaestus  
 Quantumcunque inhonestus,  
 Lex et disciplina perit;  
 210. Nemo, quod est iustum, quaerit,  
 Nemo facit id, quod debet,  
 Nemo alteri hoc praebet,  
 Quod habere vult ab eo,  
 Nemo curat iam de Deo,  
 215. Nemo curat modo briam,  
 Nemo tenet rectam viam,  
 Nemo novit misereri,  
 Nemo curat confiteri,  
 Et quamvis confiteatur,  
 220. Parum inde emendatur.  
 Iam nec populus nec clerus  
 Est in suo facto verus.  
 Liquet, fratres, quod erra-  
 mus,  
 Tempus est, ut redeamus,  
 225. Tempus est nunc revertendi,  
 Tempus est nunc paenitendi,  
 Tempus est nunc redeundi  
 Ab errore falsi mundi,  
 Tempus est nos emendandi,  
 230. Vere tempus est plorandi.  
 Scimus nam, quod transit hora,  
 Redeamus sine mora,  
 Redeamus, non tardemus,  
 Vitam nostram emendemus.  
 235. Nemo debet desperare,  
 Nemo debet dubitare;  
 Tam misericors est Deus,  
 Nemo vivit ita reus,  
 Quin, si veniam precetur,  
 240. Deus eius miseretur.

Cod. Berolinen. Fol. 182, anni 1433. A. — Cod. Palat. Vindobonen. (ol. Lunaelacen.) 4117. saec. 15. B. — Collectan. ms. Campen. saec. 14/15. Cod. Palat. Vindobonen. 883. C. — Wattenbach, Monumenta Lubensia, Breslau 1861, p. 26. sqq. W. —

2. Non vos C; Ne vos perturbent B. — Mundum dolosam B. — 8. Vel in populo B. — 13. Filius fidem non servat patri B. — 14. Fidem fehlt B. — 15. Heu, fides deseruit B. — 16. Fides fehlt B. — 17. per eam B. — 18. in domo solus C. — 20. Ne quisquis possit B; Ne quis possit C; Quod nemo possit W. — Nach 20 schiebt C ein:

Si quis dolo non obedit,  
 Non opime sibi cedit.

21. Quidquid solus A; Quidquid dolum B. — 22. Hoc inflatus est necesse A; lies: Impleatur est necesse? — 18. Clerusque populus totus B. — 26. Et ipsos dominicales B. — 28. glosat sibi leges C. — 32. Hi sunt qui B. — 33. Sicut qui me dolum nescit C. — 36. Nec valet vix unci pota A; Et non est dignus unci nota B; Nec est dignus una iota C. — 39. Nam per eum C. — 41. Et scio pro C. — 42. praebendas fehlt B. — 43. Parum dant sed B. — 44. Da mihi nunc et do tibi A; Da mihi, do tibi B. —

45. concludunt B. — 47. Qui redonant ut datur B; Qui redonant illis C; Qui redonat illi W. — 48. nil curatur C. — 50. Christi bona C; Quae sunt bona B. — 55. tunc quid C. — 56. patebunt B. — 57 sq. fehlen B. — 59. Ubi tibi genus, res BW. — 61 sq. fehlen A. — 63. Attendatis W. — 65. vitam properatis B. — 66. Et quae bona B. — 67. Et curati sacerdotes A. — 71. Nihil curant W. — 72. complacere B. — 73. advertunt W. — 77. suos pravos B. — 78. in errores W. — 79. Canones regulae vocantur W. — 80. Inde B; canonicus gignatur A, generatur B, dilatur C; canonici dicuntur W. — 81. Et quod B. — 82. deberet B. — 84. curant nil A; At officio vacare divino B. — 87. militares quaerunt A. — 91—95 fehlen B. — 92. Deo fehlt C. — 95. Illi qui C; Qui claustrum tegunt B. — 96. Iuxta regnula B. — 97. Patres quam C. — 97 sq. fehlen B. — 99. fetida BC. — 100. in fehlt B. — 101. Nam sub veste religiosa BW; Quia sub religiosa C. — 102. Veste fehlt BW; iacet mens B. — 104. inter se atroces B. — 106. Personae quoque sunt mundanae B. — 107. diabolo servire B; Satan contraire A. — 107 sq. fehlen W. — 108. Debet claustrum BC. — 109. Inter fratres B; Isti fratres C; Item monachi mendicantes W. — 110. Fere omnes sunt turbantes A; Vere omnes sunt triumphantes B; Omnes fere C; Quasi omnes sunt plebem vexantes W. — 111. Parent nam quod sint A; Apparent quod sint B; Apparent quasi sint W. — 112. nequam tamen C; tamen in se nequam toti W. — 113 und 114 umgestellt und hinter 116 B. — 114. Quae praedicant B. — 115. Metunt quod non B. — 121. Vel eis replere C; Vel manus eis implere BW. — 122. Illis non dicent miserere B. — 123. applaudare sciunt W. — 124. Et qui credunt, decepti fiunt B; Qui credunt, decepti fiunt CW. — 126. Aures opprimunt W. — 127. diligentes A. — 130. Donec illos B. — 131. Sed ad corpus A; ad gazas B; ad tumulos W. — 132. Nullus vidit ire eorum B; Non accedit quis eorum C. — 133—142 fehlen hier B und stehen (wollt richtiger) vor 109. — 133. Quod nullus B. — 134. Nunc in mundo quod non esset C. — 135. et monialis B; Ullus ordo mendicantis C. — 136. Omnis secta B. — 137. Postquam enim creverunt B; Postquam in mundo creverunt C; Postquam tantum accreverunt W. — 140. conversatur B. — 142. Noscit conditor A; Noscitur conditor ipsorum B; Novit factor conditorum C. — 143. Caesar, rex marchio A; rex, marchiones B. — 144. Dux, comes, miles et baro A; Dux, comes et baro B. — 146. de fehlt A. — 147. non est unus A. — 148. respiciat B; Quin libenter capit munus C. — 149. postponent A; postponunt W. — 150. Pro eius, qui eius dona donant A; Pro his qui dona B; Pro eis vel dona C; donant W. — 151. Propter tyrannidos A; Pro tyrannide B; Per superbiam et W. — 152. Confundunt ubique A; Disponunt ubique B; Undique disponunt C. — 154. Depopulare quam B. — 155. formidunt W. — 156. Cum innocuos B; occidunt W. — 157. tam dire sinit AB. — 158. occidit C; iustum occidit W. — 159. milites secuti W. — 161. viduaeque puellae B. — 162. Et clerus C; Clerici W; nunc nullus est ille B. — 164. Sed ipsas offendunt B. — 165. magis pravum B. — 168. dolo sunt W; Raro sunt unanimes B. — 169—176 fehlen B. — 171. De quibus vel ullus A; De quibus vix ullus C; De omnibus vix ullus W. — 174. quondam fuerunt W. — 176. vix est iustus W. — 177. Isti mundi mercatores C. — 178. Quid sunt quam defraudatores C; Quid sunt nisi fraudatores W; Quid sunt hi defraudatores B. — Nach 178: Dicuntur tamen mercatores B. — 179 sq. umgestellt W. — 180. Semper vendere A. — 182. Et mentis parum A; Et menti B. — 183 sq. fehlen B. — 183. Cum boni A. — 185. Et quod manet W; Sicque manent per augmentum B; Quod manet est pergamentum C. — 185. et non fit A; Scarra est et non W.; Stagnum mutant in argentum B. — 188. est bene notum B; est ubique notum W. — 189 et mensura B. — 190. et omnis B. — 191. per eos B. — 193. opes B; Deus fehlt B; Deus opem W. — 195. Tot et tantus est A; Quod inchoati sunt reatus B. — 196. est nunc C. — 197. Natos B. — 199. venenata A. — 200. Venedatur falsus B; Veneratur W. — 201. Et fur B. — 202. Homicidaeque deditus B; Homicida cui decus C. — 203. Habet

tamquam boni viri A; Hi sunt tamquam boni probi B; Habet tamquam probi viri W; Habent tamquam probi viri C. — 204. Vere quod non potest acquiri B. — 205. Sicut bene sic et male B. — 206. Est omnibus B. — 207. Nullus dicat quaestus B; Nullus dimittit hos gestus W. — Nach 108 schiebt C ein:

Quin accipiunt libenter,  
Quamvis fuit indecenter.

209 sq. fehlen W. — 209. Si lex et B. — 210. iustum est C. — 211. hoc quod debet W. — 212. Alteri nemo W; utilitatem praebet B. — 213. haberi A; Quam habere B. — 213. Ne curat A. — 214. Nemo tenet CW; tenet iam Uriam W. — 216. tenet modo rectam A; Nemo vadit rectam CW. — 219. Et quando A. — 220. Inde parum W; Tamen parum B; Modo parum C. — 221. Sicut populus nec B. — 222. in suo statu B; Vult esse in facto suo verus W. — 223. Licet fratres B; Licet perversi fratres erramus W. — 225. est nos revertendi A, nos convertendi C, nunc convertendi W. — 226. nos paenitendi ABC. — 227. nos redeundi ABC. — 228. falso W. — 229. sq. fehlen B. — 231. nam fehlt A, hora fehlt B; transiit B, pertransit W. — 233. Redeamus et non duremus B. — 234. nostramque B. — 238. Quod nemo vivit ita reus B; Nullus vivit tantus reus W. — 239. Cum sibi veniam petatur B. — 240. ei W.

Aufschrift: Nova metra de diversis statibus B; Sequitur dolus mundi W; Explicit dolus mundi per fratrem hichannem anno 1473 in Guntirszbergk W. — B hat folgende Kapitelsüberschriften: Vor Vers 1: De mundo; vor 25: De Papa; vor 67: De curatis et sacerdotibus; vor 79: De canonicis; vor 95: De religiosis; vor 109: De mendicantibus; vor 143: De magnatibus; vor 159: De militibus; vor 167: De civibus et nobilibus; vor 199: De lenenibus[!]; vor 223: Conclusio totius. — In A geht der Schreibervers voraus:  
Duc, pia virgo, manum, ne possim scribere vanum.

#### 247. De Malitia Temporum.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Alme Christe, rex immense,<br/>Deus exercituum,<br/>Miserere populorum<br/>fletibus dolentium,<br/>Qui te credunt esse Deum,<br/>conditorem omnium,<br/>Et in fine saeculorum<br/>da vitae solacium.</p> <p>2. Bona quondam fuit terrae<br/>nobis habitatio,<br/>Sed destructa iam nunc foetet<br/>celeri contagio,<br/>Iam irruit vir in virum,<br/>proximus in proximum,<br/>Unusquisque falsa pace<br/>fratri praebet osculum.</p> <p>3. Canes tenent caritatem<br/>circa suos dominos,<br/>Flagellati, domo pulsus<br/>insequuntur barbaros,</p> | <p>Homines fide decepti<br/>interimunt socios,<br/>Quorum cibus satiantur,<br/>nec diligunt proximos.</p> <p>4. Devastant pauperes cunctos<br/>potentes in saeculo,<br/>Violatur domus Dei<br/>magno sacrilegio,<br/>Non est honor sacerdotum<br/>nec fides in populo,<br/>Lex divina non amatur<br/>nec vera religio.</p> <p>5. Gladiator honoratur<br/>amans homicidia<br/>Plus quam humilis sacerdos<br/>sacrans sacrificia,<br/>Ac in manus peccatorum<br/>data est ecclesia,<br/>In derisum detinentur<br/>Domini altaria.</p> |
|--|---|

6. **O** benigne Iesu, bone,  
patris verbum, hagię,  
Ne avertas aurem tuam  
a nostro precamine,

Qui venisti quondam nobis  
regnum dare gloriaę,  
Da virtutem resurgendi  
vitato discrimine.

Collect. ms. Gottwicense saec. 12. Cod. Gottwicen. 112. — 6, 8 vitando discrimine. — Scheint ein verstümmelter Abecedar zu sein.

#### 248. De Malitia Temporum.

1. Tota christianitas  
[Nunc] depeioratur,  
Modo regnat falsitas  
Atque dominatur,  
Et in mundo bonitas  
Omnis annullatur,  
Quare rerum paucitas  
Populo donatur.

2. Discordiasque lites  
Video regnare,  
Reges atque principes  
Inter se pugnare,  
Burgenses et milites  
Saepe litigare,  
Satagitque hospites  
Hospes defraudare.

3. Nulla fit iustitia  
In terra baronum,  
Faciunt iudicia  
Falsa propter donum  
Sustinentque, copia  
Magna fit latronum,  
Pleni iniustitia,  
Nullus facit bonum.

4. Mundus modo ponitur  
Totus in errore,  
Natus non diligitur  
A suo genitore,  
Multotiens fallitur  
Sponsus ab uxore,  
Nullus modo utitur  
Fideli amore.

5. Corpus Christi hodie  
Parum honoratur,  
Et pater per filium  
Modicum amatur,  
Socius per socium  
Saepe defraudatur,  
Istud non est dubium,  
Fides annullatur.

6. Totus mundus hodie  
Caret bonitate,  
Plenus est perfidiae  
Nunc et falsitate,  
Nullus est cum alio  
In fidelitate,  
Propter hoc miseriae  
Sic sunt nobis datae.

Cod. Germ. Berolinen. IV° 1105. „Anno [14]75. Philippi et Iacobi.“ — 2, 7 sq. Hospes satagit hospites defraudare. — 3, 7 Pleni insidie.

#### 249. De Malitia Temporum.

1. Utinam attenderet  
Et clerum defenderet  
Populum et regeret  
Servus servorum Dei.

2. Heu, clerus opprimitur,  
Et nefas extollitur,  
Vera fides moritur,  
Exsultant Philistaei.

- |   |   |
|---|---|
| <p>3. Plurimi pontifices<br/>Doli sunt artifices,<br/>Cleros rodunt simplices,<br/>Quos perturbant rei.</p> | <p>5. Quidam semet efferunt,<br/>Cappas amplas deferunt<br/>Et clero se praeferunt<br/>Iudices pharisaei.</p> |
| <p>4. Iudicis malitia<br/>Pervertit iudicia,<br/>Succumbit iustitia,<br/>Nisi detur ei.</p>                 | <p>6. Hi detractationibus<br/>Clerum pungunt gravibus,<br/>Imitantur actibus<br/>Virum Helizei.</p>           |
| <p>7. Lanam, linum colligunt,<br/>Potiora diluunt,<br/>Commoda non neglegunt<br/>Noctis et diei.</p>        |   |

Collect. ms. Campense saec. 14/15. Cod. Palat. Vindobonen. 883. — 5, 2  
Et cappas amplas. — Aus derselben Quelle von Huemer in Wiener Studien  
VI, 289.

#### 250. De Malitia Mundi.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Mundi fides iam frigescit,<br/>Sed in fraude recalescit,<br/>Antiquatur et decrescit<br/>In bonis operibus.</p>    | <p>7. Mundus huic iam contradixit,<br/>Quod de caelo vox praedixit,<br/>Hunc, qui digne papa vixit,<br/>Signis dans et nutibus.</p> |
| <p>2. Mundus formam sui status<br/>Immutavit, ergo datus<br/>Est ruinis et locatus<br/>Iam in suis finibus.</p>          | <p>8. Mundus sedem iam papalem<br/>Ad se traxit et regalem,<br/>Disponendo cardinalem<br/>Suis voluntatibus.</p>                    |
| <p>3. Mundus nequam et dolosus,<br/>Perfidus et odiosus,<br/>Vilis et laboriosus<br/>Est in suis actibus.</p>            | <p>9. Mundus archipraesulatus<br/>Simul et episcopatus,<br/>Abbatias, monachatus<br/>Vendit iam emptoribus.</p>                     |
| <p>4. Mundus risum dat sub fletu,<br/>Dat iocosa, sed sub metu,<br/>Sic ludit in suo coetu<br/>Horis iam in omnibus.</p> | <p>10. Mundus plebem cum pastore,<br/>Mundus virum cum uxore,<br/>Cunctos locat in errore<br/>Suis voluptatibus.</p>                |
| <p>5. Mundus mella dat sub felle,<br/>In sua agnina pelle<br/>Morsum ingerit lupellae<br/>Dentibus crudelibus.</p>       | <p>11. Mundus ius spirituale<br/>Destruxit et saeculare,<br/>Nullis iuste iudicare<br/>Vult, sed falsis artibus.</p>                |
| <p>6. Mundus antiphraſtice,<br/>Quod sit mundus minime,<br/>Dicitur, semper vae, vae<br/>Mundo commanentibus.</p>        | <p>12. Haec de mundo qui praedixi,<br/>Heu, sub mundo totus vixi<br/>Et mundanam mentem fixi;<br/>Nunc precor flebilibus,</p>       |

13. Ut tu, mater Christi pia,  
Nos de mundi huius via  
Transferas, virgo Maria,  
Ne peccemus amplius.

Collect. ms. Stiriacense saec. 15. Cod. Stiriacen. L 26 [s. n.]. — 6, 3  
vae, vae, vae. — 11, 2 Destruxit iam et.

### 251. Status Religiosorum Modernus.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Olim nostrum ordinem<br>principes amabant,<br>Et Romani praesules<br>ipsum honorabant,<br>Grata privilegia<br>gratis nobis dabant<br>Et praeter suffragia<br>nihil postulabant.     | 5. Olim dum simplicitas<br>ordinis vigeat,<br>Nos laudabant homines,<br>nullus nos laedebat,<br>Collectas ab ordine<br>nemo requirebat,<br>Sed ordo pacifice<br>Deo serviebat.                      |
| 2. Nunc est tributarius<br>idem ordo factus,<br>In communem omnium<br>sortem est redactus,<br>Servituti subiacet,<br>totus est confractus,<br>Pro subventionibus<br>ad usuras tractus. | 6. Nunc videntes homines<br>grandes apparatus,<br>Equos et saumarios,<br>splendidos ornatus,<br>Dicant, nisi locuples<br>esset horum status.<br>Non valeret ducere<br>tales equitatus.              |
| 3. Plures domus ordinis<br>debitis gravantur,<br>Et ex hoc pericula<br>magna generantur,<br>Nam ut debitoribus<br>debita solvantur,<br>Oportet, ut redditus<br>vel terrae vendantur.   | 7. Propter terras etiam,<br>vineas et prata,<br>Quae sunt a fidelibus<br>quondam nobis data,<br>Nos rodunt, nos lacerant,<br>dicunt: nimis lata<br>Sunt bona, quae possidet<br>gens haec cucullata. |
| 4. Nostra bona tradita<br>ordini iam pridem<br>Successores filii<br>auferunt eidem,<br>In factis eiusmodi<br>peccant multum quidem,<br>Patrum elemosynis<br>non servantes fidem.       | 8. Ipsi non considerant,<br>quantum laboramus,<br>Non ut nos tantummodo<br>sed multos pascamus,<br>Supervenientibus<br>bona nostra damus<br>Et exinde modicum<br>nobis reservamus.                  |



9. Nos sumus in pluribus  
similes iumento,  
Cui dantur paleae  
excusso frumento,  
Sustentamur etenim  
pane et pulmento,  
Servato hospitibus  
lauto nutrimento.
10. Nos sumus agricolae,  
sed nostra cultura  
Saepe fit inutilis  
nobis propter plura,  
Nam corrupti aeris  
turbata natura  
Modo laedit vineas,  
modo laedit rura.
11. Ea, quae pauperibus  
solebamus dare  
Et in usus varios  
hospitum aptare,  
Cogimur de cetero  
nobis reservare,  
Ne nos haec benignitas  
cogat mendicare.
12. Quid prodest tot vineas,  
tot agros tenere,  
Laborare iugiter  
et semper egere?  
Mendicis ordinibus  
melius est vere  
Quam nobis, qui talia  
videmur habere.
13. Papa nihil appetit  
ab his sibi dari,  
Quia nudus aliquis  
nequit spoliari,  
In hoc solent ordines  
isti gloriari,  
Quod possessionibus  
nolunt onerari.
14. Ipsi nihil possident  
nec sunt indigentes,  
Colunt enim divites  
frequenter petentes,  
Apud eos comedunt  
nihil respuentes,  
Quae sibi conveniunt,  
dapibus utentes.
15. Surgentes a prandio  
remotisque mensis  
Benedicunt Dominum  
manibus extensis,  
Retributis hospiti  
gratiis immensis  
Recedunt nec computant  
de factis expensis.
16. De ista materia  
plura non loquamur,  
Sed omissis aliis  
ad nos revertamur,  
Poenas huius temporis  
laete patiamur,  
Ut bonis caelestibus  
frui mereamur.
17. Signum est, quod Dominus  
non vult nos perire,  
Qui nos tamquam filios  
non cessat ferire,  
Ipse per haec tristitia  
det nobis transire,  
Quod ad vera gaudia  
possimus pervenire.
18. Amen, Amen dicite  
Fratres, Benedicti  
Patris qui almifici  
regula constricti  
In claustris ut milites  
certatis invicti,  
Ut in caeli curia  
sitis benedicti.

Cod. Zwethalen. 294. add. saec. 14. A. — Cod. Sangallen. 925. saec. 15. B. — Collect. ms. Campen. saec. 14/15. Cod. Palat. Vindobonen. 883. C. — Clm. Monacen. 4423. saec. 15. D. — Clm. Monacen. 3594. saec. 15. E. — Cod. S. Petri Salisburgen. b VI 3. saec. 15. F. — 1, 3 principes A. — 3, 4 multa generantur C; plurima A. — 3, 5 creditoribus C. — 3, 7 quod redditus A. — 4, 1 Item bona AC. — 4, 6 Omnes peccant quidem C. — 4, 7 Parentum A;

Primis elemosynis B; Primi E. — 5, 2 ordinis fiebat B. — 6, 1 videntes aliqui C. — 6, 3 samarios A; sommarios C; sammarios E; summarios F. — 6, 6 horum esset A: esset eorum C. — 7, 3 Quem sunt F. — 7, 4 Nobis quondam F. — 7, 8 gens haec tonsorata B. — 8, 2 quando laboramus C. — 10, 5 Iam corrupti C. — Nach Str. 10 schiebt A ein:

Sic barones milites nobilesque terrae  
Pacem diligentibus [parant malum] guerrae,  
Quod dare non possumus, rodunt manus serrae,  
Et quod nobis inferunt, dolor est referre.

Von 10, 4 ab fehlt das Weitere C. — 11, 1 Ob hoc quae A. — 11, 5 cogemur B. — 12, 2 possidere B. — 13, 1 nihil appetit A. — 14, 4 potentes F. — 15, 1 a dapibus A. — 16, 6 laeti F. — 17, 1 Dignum est B. — 17, 4 punire B. — 17, 6 det nos hinc transire DF. — Str. 18 nur in F. — Aufschrift: Pulchra metra valde D; Status religiosorum modernus E; Sequuntur versus de statu moderno ordinis Carthusiensis. Cod. Mazzarin. (ol. Vallis S. Spiritus apud Gosnam) 1764 (1225) saec. 15.

Wattenbach, *Monumenta Lubensia*, Breslau 1861, p. 29. überschreibt das Lied: *Planctus sancti Bernardi abbatis*. Die Unrichtigkeit dieser Angabe mußte schon die Erwähnung der Bettelmönche darthun. Vgl. Hauréau, *Des poèmes attribués à S. Bernard*. p. 35. Den Verfasser nennt *Cod. Guelfenbyteran*. 212. (Helmstadien. 185) anni 1471 fol. 200: „Bicinus de statu monachorum non mendicantium.“ Aus dieser Handschrift ging die Angabe über in *Leyser's Historia poetarum et poematum medii aevi* p. 2155 und in *Fabricius Bibl. Lat. med. et inf. aetat.* (1858) I, 228. Leider wissen wir von Bicinus nichts aufser seinem Namen.

## 252. Conflictus Mundi et Abrenuntiantis.

- |                               |                               |
|-------------------------------|-------------------------------|
| 1. Tabescentis iam immundi    | Trepidare                     |
| Fluctuantem huius mundi       | Tu quis quare,                |
| Cursum cum inspicio,          | Cum te nullus insequitur?     |
| Dum me terret timor mortis.   | Fugitivam firma mentem,       |
| Tam immitis et tam fortis,    | Nullis causis pavescentem.    |
| Tunc totus deficio.           | Pone metum,                   |
| Quidquid dedit, hoc recepit   | Cor fer laetum,               |
| Mundus, heu, me decepit       | Te favor noster sequitur.     |
| Inconstantes                  |                               |
| Et errantes                   | 3. Nihil agas, litus aras,    |
| Fortunae ludens aleas;        | Detinere si me paras          |
| Quidquid tuum est, non durat, | Tua cum astutia,              |
| Quod infelix homo curat,      | Semper stultos sic deludis,   |
| Ergo, munde                   | Quibus ex falsis concludis    |
| Tam immunde,                  | Permixta versutia,            |
| A te recedo, valeas.          | Syllogizas indirecte          |
|                               | Et subinfers falsa tecte,     |
| 2. Dic, amice, cur insanis?   | Falsitatem,                   |
| Numquid vivis cum insanis?    | Veritatem                     |
| Rupto pacis foedere           | Nectis ut rem cum fabula.     |
| Absque causa ab amico         | Certe verus es sophista,      |
| More saevo et iniquo          | Quis prudens non sentit ista? |
| Sic quaeris recedere?         | Te mendosum                   |
| Quis te terret, quis minatur? | Et dolosum                    |
| Cur inconstans mens vagatur?  | Scripti in cordis tabula.     |

4. Noli, frater, sic errare; .  
 Nam malum pro bono dare  
 Naturae pro vitio  
 Digne potes incusari,  
 Si tu non vis recordari  
 Sumpto beneficio.  
 Nonne multis te praefeci  
 Et multos tibi subieci?  
 Famam, mores,  
 Res, honores  
 Dando te feci dominum;  
 Omne meum pretiosum  
 Tibi dedi et formosum;  
 Flecte lora  
 Sine mora,  
 Ut sis dux et rex hominum.
5. Tace, miser, quid blandiris?  
 Quidquid promittis, mentiris,  
 Et sunt transitoria  
 Cuncta, quae tua censentur,  
 Et quae tam sunt et habentur,  
 Cadunt a memoria.  
 Truffis tuis multos necas,  
 Quorum mores tu excaecas;  
 Sic pro melle  
 Potas felle,  
 Ut amicum decipias;  
 Unde tecum stare nolo,  
 ♦ Sed et te vitare volo.  
 Ergo vale,  
 Cede, male,  
 Tua tecum recipias.
6. O infelix, an non sentis,  
 Quod status vitae praesentis  
 Meo pendet omine?  
 A me sceptrata tenent reges,  
 Per me magnis dantur leges  
 Et sub meo nomine.  
 Praesul, imperator, papa,  
 Simul monachus in cappa  
 Vult et audet,  
 Immo gaudet  
 Mea esse familia;
- Cardinales me sequuntur,  
 Presbyteri me fruuntur,  
 Vulgus credit  
 Et oboedit,  
 Tu quoque fac similia.
7. Quod tantum tibi servivi  
 Et in tantis oboedivi,  
 Fletus cogor fundere,  
 Nam hunc, qui tibi servire  
 Semper vult et oboedire,  
 Niteris confundere;  
 Nil das tuo servitori  
 Nisi hic et ibi mori,  
 Heu, sic stultos  
 Valde multos  
 Tuo subdis imperio.  
 Fraudasti primos parentes  
 Et post hos multos sequentes.  
 A me ergo  
 Dato tergo  
 Fuge cum vituperio.
8. Iam non prosunt blandimenta,  
 Ibo ergo per tormenta  
 Sororum subtilium,  
 Quas saligia ostentat  
 Et per literas praesentat. —  
 Ach, harum consilium,  
 Heu, me miserum deiecit  
 Et potu mortis infecit;  
 Sed, o pia  
 Tu Maria,  
 Ne peream, me foveas. —  
 Frustra potes invocare  
 Hanc, quam cessa sic turbare,  
 Non evades  
 Me, sed cades  
 In laqueos et foveas.
9. Mihi, ut te magis pungam,  
 Daemonem et carnem iungam. —  
 Tunc nequeo subsistere. —  
 Iam iam, care, hic est finis. —  
 Certe opto, ut his binis  
 Valeam resistere

Et a tuo solvi hamo;  
Ore, voce, corde clamo:  
Tu dignare  
Me iuvare,  
Ut tibi mente libera  
Possim, ut decet, servire,  
Dulcor suavitatis mirae,  
Iesu bone,  
A Plutone,  
Carne, mundo nos libera.

Collect. ms. Stiriacense saec. 15. Cod. Stiriacen. L. 26. [s. n.]. — 1, 13 Quas infelix homo non curat. — 1, 14 mundus. — 2, 6 Si quaeris. — 3, 2 sic me. — 3, 9 Falsitatem et. — 3, 12 est. — 4, 5 tu fehlt. — 4, 6 de beneficio. — 4, 13 et fehlt. — 5, 8 tu fehlt. — 6, 3 emine. — 6, 8 et monachus. — 6, 3 mei fruuntur. — 7, 12 Sic fraudasti. — 8, 13 quam cessas turbare. — 9, 16 Carne et mundo. —

In der Hs. steht Abrenuntians vor Str. 1, 3, 5, 7, vor 8, 6 dann vor 9, 3 und 9, 5; Mundus vor Str. 2, 4, 6, 8, vor 8, 12, Str. 9 und 9, 4. Wo innerhalb der Strophen 8 u. 9 die redende Person wechselt, ist ein Gedankenstrich gesetzt worden.

253. Canticum, quo incitantur servi Dei ad caelestem patriam desiderandam.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Urbs sancta Ierusalem,<br>In caelis locata,<br>In te Deus Israel<br>Ponit adprobata,<br>Fertilis contrata,<br>Plena bonis Domini,<br>Tu promissa homini,<br>Qui servat mandata. | 4. Nemo coronabitur,<br>Nisi qui laborat,<br>Fera cane capitur,<br>Qui bene odorat,<br>Qui illam explorat,<br>Non dat se inertiae,<br>Sed plenus saevitiae<br>Ululando plorat.                 |
| 2. Locat in te Dominus<br>Adprobatos sane,<br>Te supremus angelus<br>Perdidit profane,<br>Vir ex te Dianae<br>Levi pulsu corrui,<br>Reverti non valuit<br>Ob scelus immane.        | 5. Ave, dulcis regio,<br>Longe te videmus,<br>In maris periculo<br>Dura sustinemus,<br>Te forsitan perdemus,<br>Stantes in hoc dubio,<br>Circumdati fluvio,<br>Sic metum habemus.              |
| 3. Expoliti lapides<br>Truduntur pressuris,<br>Hi plexi ut iaspides<br>Tais insunt muris,<br>Et assueti duris<br>Facile te rapiunt,<br>Hi sibimet faciunt<br>Vim, de te in curis.  | 6. O beata civitas,<br>Strictam habens stratam,<br>Paupertas, humilitas<br>Hanc capit contratam,<br>O urbem beatam,<br>Quam sensus non colligit,<br>Visus non se porrigit<br>Ad tuam stimatam. |

7. O dies pulcherrima,  
O vita beata,  
Nulla tibi vespera,  
Dies dilatata,  
Luce adornata,  
Quando te videbimus,  
Qui in scaeni gemimus  
Foetida contrata?
8. Te securam patriam  
A longe videmus,  
Tremo, ne ob acria  
Plura te perdemus,  
Poenam sustinemus,  
Timor nos humiliat,  
Quia nemo, qui sciat,  
Qui in te intremus.
9. Viam habes arduam  
Et hostes habemus,  
Qui habent saevitiam,  
Et eos timemus,  
Paucam spem censemus,  
Licet fit mens frigida,  
Timet sibi ardua,  
Quibus cedit scelus!
10. Nisi Dei dextera  
Tres hostes prostrabit,  
Mens effecta tremula  
Nunquam his obstat;   
Rarus, qui intrabit  
Regnum tuum, Domine,  
Intrans cum dulcedine  
Canticum cantabit.
11. Omne bonum in te est  
Sine omni malo,  
uventus est grata res  
Absque sene cano,  
Carent veterano  
Tui cives floridi,  
Gaudent forma candidi  
In corpore sano.
12. Aegritudo nulla est  
Ibi nec senectus,  
Agnus est illorum rex  
Mitis et modestus,
- A cunctis acceptus,  
Vere magna gloria  
Videre per omnia  
Nuptiis effectus.
13. Christiana anima,  
Quaere sacerdotem,  
Confitere crimina  
Et habebis dotem,  
Habet nemo sortem,  
Nisi lotus crimine,  
Et probus in opere  
Capit vivum fontem.
14. Pulchri erunt facie  
Socii angelorum,  
Qui hic squalent macie  
Pro regno caelorum,  
Hos Deus deorum  
Coronabit gloria,  
Fugabit contraria  
Protector eorum.
15. Elevatus erit sol  
Stans in oriente,  
Septuplum splendidior  
Propheta censente  
Et ab occidente  
Pendet luna iugiter  
Lustrans septempliciter  
Domino iubente.
16. Lux lunae contabitur  
Quasi lumen solis,  
Lux solis ornabitur  
Septemplicis moris,  
O quantum honoris  
Iusti tunc accipient,  
Quando hic propitient,  
Sempiternis horis.
17. Et iustorum corpora  
Quasi sol fulgebunt,  
Propter grata opera,  
Dum illustri erunt  
Ut sol, nudi erunt,  
Qui veste non indiget,  
Quae cernit mens, ruminet  
Cor, haec quanta erunt.

18. Si sic luna, iusti, sol  
 Decoris habebunt,  
 Qualis horum conditor  
 Erit, quem colebunt?  
 Tunc omnes videbunt,  
 Quam est magni muneris  
 Lux lucis, fons luminis,  
 Cui inhaerebunt.
19. Nulla maior gloria,  
 Quam videre regem  
 Decorum in patria,  
 Cum tenebit sedem;  
 O beatam plebem,  
 Quae videbit Dominum,  
 Conditozem omnium,  
 Suum fovens gregem.
20. Haec est dies Domini,  
 Quam Abraham videbat  
 Gratam sui animi,  
 Propter quod gaudebat,  
 Hinc fidem habebat,  
 Quod ad hanc perveniat,  
 Si Deo adhaereat,  
 Qui mercem spondebat.
21. Merces magna Dominus  
 Non potest comprehendere,  
 Si hoc temptat animus,  
 Dignus reprehendi:  
 Non licet extendi  
 Ad impossibilia,  
 Nam abyssus nimia  
 Dat causam timendi.
22. Noscitur in hac via  
 A bonis et a malis  
 Divina essentia  
 Patens generalis,  
 Vis est naturalis  
 Cunctis nosse Dominum,  
 Qui creator omnium  
 Et pater primalis.
23. Videbunt in patria  
 Dei maiestatem,  
 Quos ducet ad atria  
 Monstrans claritatem,
- Cernent bonitatem  
 Patris clementissimi,  
 Filii altissimi,  
 Girabunt suum patrem.
24. Sicut est, videbitur,  
 Et, quod est, scietur,  
 Sed, quod est, non sequitur,  
 Quod hoc perscrutetur,  
 Nam nunquam scietur,  
 Quod est Deus Sabaoth,  
 Nemo scit nec sciet hoc  
 Nec, quantus habetur.
25. Non fuisset Dominus  
 Magnus et immensus,  
 Si valeret animus  
 Hunc capere mensus,  
 Noster parvus sensus  
 Quaerens altitudinem  
 Feret raptitudinem,  
 Ut arcus stat tensus.
26. Infinitum capere  
 Res, quae est finita,  
 Cum temptat hoc facere  
 Imbibit vetita,  
 Carebit contrita,  
 Cadens prae altissimis  
 Ruptis sibi intimis  
 Exhibit a vita.
27. Reserabis, Domine,  
 Portam nobis caeli,  
 Ut sint tutae animae  
 Ab hoste crudeli,  
 Fac nos confoveri  
 In caelesti gremio,  
 Ubi a daemone  
 Nequibimus laedi.
28. Qui cor mundum possidet,  
 Aditum habebit,  
 Opes qui non colliget  
 Et qui nullum laedit,  
 Nam qui mundus erit  
 Sine ulla macula,  
 Hic lucens ut facula  
 Regnum obtinebit.

29. Sed timendum nobis est,  
 Ne nos percamus,  
 Quia carnis nostrae lex  
 Negat, quae optamus;  
 Si hanc stimulamus,  
 Emitterit suspiria,  
 Cursitat per devia  
 Studens, ut cadamus.
30. Ad orandum surgere  
 Caro non permittit,  
 Si temptamus legere,  
 Infirma sum, dicit,  
 Mole mentem vicit,  
 Claudat vitae ianuam  
 Nobis per pigritiam  
 Et gaudet, cum gliscit.
31. Semper vult comdere  
 Praecellentes escas  
 Et cogit nos quaerere  
 Species agrestas,  
 Nisi illucescas,  
 Deus, et hanc ferias  
 Mentique subicias,  
 Volabit post vespas.
32. Et cum avolaverit,  
 Nequaquam redibit,  
 Nam, ritum quem coeperit,  
 Eo interibit,  
 Raro usum vicit,  
 Carne facta stolidam  
 Stulta fit et anima,  
 Cum non contradicit.
33. Trinitati gloria  
 Et honor aeternus  
 Et per cuncta saecula  
 Et per omne tempus,  
 Ut dies extremus  
 Nobis iucundissimus,  
 Christusque laetissimus  
 Ac vultu serenus.
34. Si quis cartam rapiat,  
 Fulmen hunc occidat,  
 Propter quia appetit,  
 Quod iustus declinat,  
 Si cupit, rescribat,  
 Vetita non rapiat,  
 Christum mente capiat  
 Et huic benedicat.

Cod. Wratislaviensis. II Q 14. saec. 15. — 3, 3 plectis. — 3, 4 Tuis instar muris. — 3, 8 Non detr' in curis. — 29, 2 nosmet percamus. — Strophe 8 ist eine Art Wiederholung von Str. 5; ob eine von beiden Interpolation?

#### 254. De Morte.

1. Cum sim modo moriturus,  
 Mihi, Christe, ne sis durus  
 Mortis in articulo,  
 Me conturbat timor mortis,  
 Nam ignoro, quam sit fortis  
 Et plenus periculo.
2. Hic extinctum corpus iacet,  
 Decor perit, lingua tacet,  
 Caro datur vermibus,  
 Vermes nostri sunt heredes,  
 Scorpiones et serpentes  
 Nos corrodunt dentibus.
3. Hinc ignotam regionem  
 Vadit homo post laborem  
 Praesentis miseriae,  
 Adest daemon attractator,  
 Adest ille seminarius  
 Totius malitiae.
4. Iacet homo in sepulcro  
 Et nil habet iam de pulchro,  
 Privatus honoribus,  
 Putret caro, patent ossa,  
 Cuncta videns in hac fossa  
 Repleta foetoribus.

5. Foetor ipse, qui exhalat,  
Quis sim ego, nunc declarat  
Patenti iudicio,  
Visus tuus, quod me videt,  
Nisi fallor, multum timet,  
Naris claudit padio.
6. Mea tibi sepultura  
Semper assit pro scriptura  
Et clausura lapidis,  
Si, quod dico, bene penses,  
Nulli dies, nulli menses  
Erunt sine lacrimis.
7. In sepulcro sum inclusus,  
Vita mea tamquam fumus  
Transiit velociter;  
Quis sum ego, et tu eris,  
Scito, quia morieris,  
Forsitan atrociter.
8. Ubi pater, ubi mater,  
Ubi soror, ubi frater,  
Ubi sunt confilii?  
Dum obissem, doluerunt,  
Ad sepulcrum me duxerunt  
Voce quadam flebili.
9. Ploraverunt, redierunt,  
Ibi me dereliquerunt  
Certe multum viliter;  
Esca vermibus sum effectus,  
Cibus eris et electus,  
O quam rodunt dulciter!
10. Multi dolent gavisuri,  
Nummos meos divisuri  
Et domos atque praedia,  
Nihil curant de me ipso,  
Quando laute stant in disco,  
Committunt eusenia!
11. Si affinis sum istius,  
Parum dolet, dum totius  
Partem solus accipit,  
Et si nunc sum praebendatus,  
Multis quidem ero gratus,  
Quando me mors accipit.
12. Statim currunt ad praebendam  
Quasi semper possidendam,  
Non pensant pericula;  
Clericalem formam sumunt,  
Vitam malam semper ducunt  
In Petri navicula.
13. Paupertatem detestantur,  
Dignitates amplexantur  
Et honoris gloriam,  
Aurum quaerunt et argentum,  
Nullum curant detrimentum  
Propter horum copiam.
14. Post hoc autem moriuntur,  
Ad ignotos devolvuntur  
Cuncta, quae possederant,  
Maledicunt eis multi,  
Horum bonis errant fulti,  
Et mendicos fecerant.
15. Tamquam nihil sunt proiecti,  
In sepulcro stant abiecti  
Neci dati acriter,  
Fluunt crines, cutis scatet,  
Frons marcescit, visus latet,  
Dentes cadunt pariter.
16. Intestina computrescunt,  
Ibi vermes requiescunt  
Corrodentes omnia;  
Ubi honor huius mundi,  
Ubi opes, ubi fundi,  
Ubi mundi gloria?
17. Transierunt velut umbra,  
Adhuc restat mors secunda  
Resurgente corpore;  
Ibi cuncta patent cunctis,  
Dum resurget omnis cutis  
Ad mercedem propere,
18. Caeli regnum acceptura  
Vel inferni claustra dura  
Attestante Domino:  
Veni turba beatorum,  
Regnum accipe caelorum  
Absque ullo termino.



- |   |  |
|---|--|
| <p>19. Sed damnatis dicit: Ite,<br/>Maledicti, nunc abite<br/>Ad inferni baratrum;<br/>Prima vox quam laeta erit,<br/>Sed secunda dura ferit,<br/>Dum mittit in tartarum.</p> | <p>20. Primam vocem nos audire<br/>Christus donet, ne in fine<br/>Damnemur cum impiis,<br/>Sed in caelis collocemur<br/>Angelisque sociemur<br/>In aeternis gaudiis.</p> |
|---|--|

Collect. ms. saec. 15. Clm. Monacen. 641. — 1, 5 l. Non ignoro? — 4, 4 patunt. — 7, 3 Transit. — 7, 5 Scito quod. — 12, 2 Quam semper. — 14, 4 eis inulti. — 14, 5 erant multi. — 18, 5 Veni regnum. — 19, 6 tartara. — Aufschrift: „Bernhardus“.

255. Vado mori.

- Vado mori, series ab initio nova non est,  
Omne vivens noscat dicere: vado mori.  
Vado mori, res certa quidem, nil certius illa,  
Hora sed incerta vel mora, vado mori.
5. Vado mori, sed nescio, quo vel quomodo, quando,  
Cum minus puto, tunc dico: vado mori.  
Vado mori, videat, quo currat quisque superstes,  
Cursor habet memori dicere: vado mori.  
Vado mori, praesens transactis aequiparabor,
10. Sed non transivi, transeo, vado mori.  
Vado mori, cinis in cinerem tandem rediturus,  
Ordine quo coepi, desino; vado mori.  
Vado mori, sectans alios sectandus et ipse,  
Ultimus ac primus non ero, vado mori.
15. Vado mori, rex sum, quid honor, quid gloria regni?  
Est via mors hominis regia, vado mori.  
Vado mori papa; nam mors, praeparavi diu me,  
Non sinit, os cogit claudere, vado mori.  
Vado mori miles, belli certamine victor,
20. Mortem non didici vincere, vado mori.  
Vado mori, pugiles doctus superare duello,  
Sed mortem nequeo vincere, vado mori.  
Vado mori iudex, quia iam plures reprehendi,  
Iudicium mortis sentio, vado mori.
25. Vado mori consul prudens, prudentia mundi  
Nulla potest mortem fallere, vado mori.  
Vado mori civis, nec opes nec deliciae me  
Securum reddent de nece, vado mori.  
Vado mori, causas aliorum iuraque fovi,
30. In me iura fovet mors sua, vado mori.  
Vado mori, ceteros mercator saepe fefelli,  
Sed mortem nequeo fallere, vado mori.  
Vado mori, genitus de sanguine nobiliori,  
Nec genus indutias dat mihi, vado mori.

35. Vado mori pulcher visu, mors ipsa decori  
Vel formae nescit parcere, vado mori.  
Vado mori medicus, medicamine non redimendus.  
Quidquid agat medici potio, vado mori.  
Vado mori logicus, aliis concludere novi,  
40. Concludet brevi mors mihi, vado mori.  
Vado mori sapiens, sed quae sapientia novit  
Astutias mortis fallere? vado mori.  
Vado mori stultus, mors stulto vel sapienti  
Non iungit pacis foedera, vado mori.  
45. Vado mori dives, aurum vel copia rerum  
Nullum respectum dant mihi, vado mori.  
Vado mori pauper, nil mecum defero, mundo  
Contempto nudus transeo, vado mori.  
Vado mori monachus, mundi moriturus amori,  
50. Hunc spernens possum dicere, vado mori.  
Vado mori senior, nam finis temporis instat,  
Iamque patet mortis ianua, vado mori.  
Vado mori iuvenis, quia non valet ipsa iuventus  
Ultra metam vitam ducere, vado mori.  
55. Vado mori sperans per longum vivere tempus,  
Forte dies haec est ultima, vado mori.  
Vado mori gaudens, non gaudens tempore longo.  
Mundi dimitto gaudia, vado mori.  
Vado mori, non me retinet vitiosa voluptas,  
60. Nec luxus auget vivere, vado mori.  
Vado mori epulis variis vinoque repletus,  
His utens restat dicere: vado mori.  
Vado mori cernens, quod mors cunctis dominatur,  
Tensa videns mortis retia vado mori.  
65. Vado mori, non me tenet ornatus neque vestis  
Linea nec mollis calcita, vado mori.  
Vado mori, quotiens mortem considero certam,  
Mortis opus meditor, desero, vado mori.  
Vado mori, misero sententia dura, beato  
70. Grata, mori sequitur vivere, vado mori.  
Vado mori sperans vitam sine fine manentem,  
Spernens praesentem, sic bene vado mori.  
Vado mori, miserere mei, rex inclite Christe,  
Omnia dimittens debita, vado mori.  
75. Vado mori, rex alme, viam vitae mihi monstra,  
Ut vitare queam devia, vado mori.

Orat. ms. Tegurinum anni 1500—1508. Clm. Monacen. 20015. —

52. Iamque pacis mortis. — „Hos versus de morte composuit Dominus Helinandus, qui fuit multum egregius in omnibus dictis suis.“

256. *Dialogus Mortis cum Homine.*

1. Quis es tu, quem video  
hic stare sub figura?  
In visu es horribilis  
tristisque statura,  
In toto tuo corpore  
es macies obscura,  
Me tua dispositio  
perterruit impura.
2. Ego sum, quem metuit  
omnis creatura,  
Timent me praesentia,  
praeterita, futura,  
Sum iudex de sententiâ  
strictissima censura,  
Non prodest appellatio,  
condemno poena dura.
3. Miror, unde venias,  
non vidi tibi parem,  
Nam habes mentum horridum  
et horrendam narem,  
Si diu te inspicerem  
et approximarem,  
In terram forte caderem  
nec tandem me levarem.
4. De regione venio  
multivariarum  
Horribilitudinum,  
dolorum et poenarum,  
Ubi mihi balneum  
Styx parat amarum,  
Ministri sunt reptilia  
liquorum et aquarum.
5. Quare sic horribilis  
deformis et exsistis,  
Tusque intuitus  
exstat valde tristis?  
Capitis calvitie  
et membris inhonestis  
Iam inspectis timeo,  
ne sequatur pestis.
6. Si non essem horridus,  
deformis atque tristis,  
Non essetis pavidi;  
oportet, quod ex istis  
Discernatis exitum,  
super quo sum testis,  
Eritis consimiles,  
qui modo laeti estis.
7. Dic ergo, quae causa est  
istius horroris?  
Es dentatus turpiter,  
(et) labellis cares oris,  
Olent tua guttura  
plenissima foetoris,  
Circumdatus es verbibus  
intus atque foris.
8. Quod quaeris, per te poteris  
agnoscere profecto.  
Nam vitales spiritus  
per meam vim resecto  
De corpore ex quattuor  
humoribus collecto,  
Isti sunt vermiculi  
corpore tumba tecto.
9. Nunquam nos terrigenae  
resistere valemus  
Tuis potentatibus  
per artes, quas habemus,  
Ut in terra iugiter  
videntes habitemus,  
Nec tuas violentias  
omnino formidemus?
10. Stulte quaeris, quia sum  
vobis nimis fortis,  
Contra me non praevalet,  
quae pullulant in hortis,  
Sed quodcunque nascitur  
in terra, meae sortis  
Non evadet laqueos,  
quin cissum bibat mortis.

11. Quid est hoc, quod contines  
manibus siccatis?  
Apparet semicirculus  
ab una parte satis  
Acutus, sed in reliqua  
est plus obtusitatis,  
Vellem scire, cuius est  
hoc utilitatis?
12. Vidisti nunquam simile  
huius instrumenti,  
Quod dicitur messorium  
et aptum est metenti?  
Hoc mitto verus occidens  
stans in oriente,  
Nunc aquiloni comminor,  
nunc australi genti.
13. Si es messor, ideo  
non metes nisi messes,  
Quae maturae fuerint,  
et quandoque cesses?  
Contrarium si faceres,  
non bonus messor esses  
Et meus adversarius  
nimium me lacesses.
14. Ne, credas mihi, minime  
de hoc ego curo,  
Siu mihi placuerit,  
in fructu immaturo  
Haec falx operabitur,  
in claro et obscuro,  
Non obstabunt moenia  
dente pro praeduro.
15. Parce, precor igitur,  
te nosco iam et vidi  
Plures, quos prostraveras,  
qui se vix elidi  
Crediderant, flebiliter  
in tumulos collidi,  
Et paene motis pedibus  
ego dentes stridi.
16. Non novi vobis parcere,  
tamen aliquando  
Fit specialis gratia  
tempus prolongando  
Pro digna paenitentia  
pro scelere nefando;  
Vigilate itaque,  
vos nescitis quando.
17. Qui cunctis animantibus  
scis iniuriari  
Atque meis subditis  
soles dominari,  
Sive sit in aere,  
terra vel in mari,  
Peto mea tempora  
modo prolongari.
18. Audisti satis antea,  
quod tibi revelavi,  
Me fore strictum iudicem  
nec ullam perpetravi  
Viventibus iniuriam,  
sed saepius negavi  
Vitam terrae dominis,  
nam erant valde pravi.

Cod. Palat. Vindobonen. (ol. Lunaelacen.) 3848. saec. 15. „Explicit altercatio animae et corporis“ [sic!] — 4, 6 parat poenarum. — Dies Gedicht befindet sich auch in Cod. Oxonien. Laud. Miscell. 512. saec. 15 mit der Bemerkung: „Explicit brevis sequentia facta et compilata a S. Bernardo.“

257. Quod homo debet cogitare, qualis erit in sepulcro.

1. O qui sine viribus  
Iaces in tormento,  
Turpior es turpibus,  
Te datur retento  
Tua caro vermibus  
Morsu violento  
Et cum tua fraudibus  
Superbia vento.
2. Cum te plus inspicio,  
Te nunc plus ignoro,  
Fronte signum facio  
Crucis, tremens ploro  
Dicens: in palatio  
Stabas et in foro,  
Nuper magno pretio,  
Nunc stas turpi choro.

3. Non tibi discernitur  
Nasus neque vultus,  
Tua forma perditur,  
Funa stas sepultus,  
Et os tibi panditur,  
Si fuisti stultus,  
In te verus creditur  
Esse Deus ultus.
4. Alternatus penitus  
Es et denigratus,  
A cunctis praeteritus  
Iaces hic prostratus,  
Cum tuum intuitus  
Sum utrumque latus,  
Expavesco territus,  
Nollem esse natus.
5. Ubi pulchra facies,  
Ubi pulchri dentes,  
Quorum superficies  
Fugat te videntes?  
Responde, quid facies,  
Si mundi potentes  
Transeunt ut glacies  
Cuncta relinquentes?
6. Denudato capite  
Colla disiunguntur,  
Artus verme comite  
Cuncti dissolvuntur,  
Rupto ventris limite  
Viscera panduntur,  
Nescio, quo semitae  
Tuae diriguntur.
7. Verum, qui te viderit  
In tam turpi lare,  
De se ipso poterit  
Idem cogitare,  
Sed si prudens fuerit,  
Hic flebit amare  
Commissa, post poterit  
Secure cubare.

Cim. Monacen. (ol. Emmeramen.) 14343. anni 1351. — 3, 4 l. vielleicht Fundo oder tumba? 6, 4 solvuntur. — 7, 2 tam turpi loco.

### 258. Adhortatio „ad terrorem omnium“.

1. Ad terrorem omnium  
surgam locuturus,  
Omnis clerus audiat,  
simplex et maturus;  
Nihil est, quod timeam,  
valde sum securus,  
Noster sermo percutit  
velut ensis durus.
2. Puniendi praesules  
sunt et cardinales,  
Abbates et monachi,  
sanctimoniales,  
Sacerdotes aemuli,  
clerici venales,  
Congregantes iugiter  
opes temporales.
3. Quanto plus adcumulant,  
tanto plus marcescunt,  
Sunt velut hydropici,  
quorum membra crescunt,  
Cum plus bibunt, sitiunt  
magis, exaescunt;  
Sic avari miseri,  
nunquam requiescunt.
4. Quid est avaritia,  
nisi vilis cultus,  
Vanitatum vanitas,  
cordium tumultus?  
Pereunt divitiae,  
perit homo stultus;  
Miser postquam moritur,  
statim fit sepultus.

5. In sepulcro tegitur  
vili tegumento,  
Deputatur postea  
miser in tormento,  
Quatitur supplicii  
ut arundo vento,  
Redimi non praevalet  
auro nec argento.
6. In mundanis opibus,  
quae vos possidetis,  
Cuncta transitoria  
sunt, quae vos videtis,  
Quaerite psalmigraphum  
et invenietis:  
Nihil horum proprium  
est, quae vos tenetis.
7. Plures in hoc saeculo  
vidi praepotentes,  
Auro, gemmis, vestibus  
valde renitentes,  
Demum vidi miseros  
illos et egentes,  
Suis a minoribus  
cibum expetentes.
8. Quid in vestris opibus,  
miseri, speratis,  
Variis induviis  
corpus adornatis?  
Ecce, pauper postulat  
vestem nuditatis,  
Quem videre, miseri,  
prorsus denegatis.
9. Vos in torreumatibus,  
clerici, iacetis,  
Cortinis et palliis,  
verneis tapetis;  
Unum vobis nuntio:  
modo si gaudetis,  
In futuro saeculo  
vae, vae, vae dicetis.
10. Semper carnes carnis  
addere curatis,  
Cum pigmentis species  
multas madidatis,  
Vino meracissimo  
sciphis deauratis  
Utrem ventris sordidum  
saepe recreatis.
11. Quare, dum in prandio,  
praesules, sedetis,  
Ostia pauperibus  
claudere iubetis?  
Pauper clamat vocibus  
admodum quietis,  
Cui vix de reliquo  
datur, quod habetis.
12. Homo plus vult metere  
quam in agro serit;  
Cui plura Dominus  
praestat, plura quaerit;  
Vitae vobis ianua  
semper clausa erit,  
Iudicis sententia,  
quam tulit, vos ferit.
13. Alios, ut novimus,  
scitis admonere,  
Lacrimis ut valeant  
crimina delere,  
Illis paenitentiae  
pondus sustinere  
Datis, sed non digito  
vultis remove.
14. Quid subiectis onera  
ferre datis dura?  
Acriter authentica  
ferit vos scriptura  
Ea, qua fueritis  
mensi, cum mensura  
Metietur Dominus  
vobis in tritura.
15. Mundus in discrimine  
iacet convolutus,  
Norma rectitudinis  
totus dissolutus,  
Regni sui gloria  
rex est destitutus,  
Arbiter institutae  
iacet quasi mutus.

16. *Obfuscatur veritas,  
legis lux praeclara,  
Immolatur puritas  
pectoris in ara,  
Non perfecta iudicum  
fides, immo rara,  
Magis amat munera  
larga quam avara.*
17. *O quam detestabilis  
res, cum metu fienda,  
Res plena livoribus,  
res obstupescenda,  
Non est in iudicibus  
fides adhibenda,  
Suffocat iustitiam  
modica praebenda.*
18. *Qui, cum ordinarii  
legum sint censores,  
Iudicando populos  
magnos et minores  
Veritati detrahunt  
velut proditores,  
[Prodi]gentes omnium  
pauperum labores.*
19. *Vertor ad propositum  
his decursis ita:  
Sit vobis, pontifices,  
aliena vita  
Doctrix legum omnium,  
auro redimita  
Ut in caelis portio  
nostra sit unita.*
20. *Vestra lux resplendeat  
luce claritatis,  
Ut exemplum conferat  
omnis sanctitatis,  
Nam, dum caecus sequitur  
caecum in peccatis,  
Pariter in foveam  
cadunt caecitatis.*

Collectan. ms. Voravien. saec. 13. in. Cod. Voravien. 376 (136). — 2, 5 tutuli (l. cuculi? Die Lesart aemuli nach dem Cod. Voravien. 374 (306). — 4, 7 Miser quisquam. — 14, 6 menssi. — 16, 3 veritas. — 18, 7 ram gentes, die erste Silbe ganz verschwunden. — Die Strophen 1, 2, 4, 5 zusammengeschnitten mit den Strophen 8 u. 9 aus „Tempus acceptabile“ (s. die gleich folgende Nummer) bilden in der Hoheufurter Hs. 42 ein eigenes Lied (s. Anal. I. Nr. 52).

In ähnlicher Weise sind in einem Collectan. ms. Voravien. saec. 14. Cod. Voravien. 374 (306) die 6 ersten Strophen des vorstehenden Liedes mit einer Schlusstrophe, der ich sonst nirgends begegnete, in ein kürzeres Ganze zusammengefaßt. Die Varianten der 5 ersten Strophen sind: 1, 5 timeo. — 1, 7 Sermo meus. — 2, 4 nigrae moniales. — 3, 5 Dum. — 3, 6 et arescunt. — 4, 7 Quando dives moritur. — 5, 3 sqq. Dum mutatur potius vilis in tormento | In tormentis quatitur. — Die 6. Strophe ist aus Str. 6 u. 9 unseres Liedes zusammengesetzt; dieselbe nebst der Schlusstrophe lautet:

6. *Cuncta transitoria  
sunt, quae vos videtis,  
Quaerite psalmigraphum  
et invenietis;  
Unum vobis nuntio,  
quod percipietis:  
In futuro saeculo  
vae, vae, vae dicetis.*

7. *Artifex, qui condidit  
hominem ex luto  
Et linivit oculos  
caeci sacro sputo,  
Vestras salvet animas  
crimine soluto,  
Pax sit vobis omnibus,  
ego vos saluto.*

Unmittelbar daran schließt sich ohne jeden Absatz und ohne Überschrift 3 weitere Lieder, von denen das erstere bei der nächsten Nummer zu besprechen ist, die beiden anderen unter Nr. 261 mitgeteilt werden. — Vgl. übrigens die Anmerkung zu Nr. 260.

Cod. Voravien. 374 (306) bietet die Melodie:



Ad ter - ro - rem om - ni - um sur - gam lo - cu - tu - rus;  
Om - nis cle - rus au - di - at sim - plex et ma - tu - rus,



Ni - hil est quod ti - me = am, val - de sum se - cu - rus



Nos - ter ser - mo per - cu - tit ve - lut - en - sis du - rus.

### 259. Adhortatio ad paenitentiam.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Tempus acceptabile<br/>tempus est salutis,<br/>Tempus est excutere<br/>regnum servitutis,<br/>Accingamur igitur<br/>gladio virtutis<br/>Resistentes fortiter<br/>hostibus hirsutis.</p>    | <p>Steriles indutias<br/>et inanes quaeris<br/>Expectando senium,<br/>forte cras non eris.</p>  |
| <p>2. Quasi leo rugiens<br/>hostis investigat,<br/>Variis contagiis<br/>animos fatigat,<br/>Quaerit, quos decipiat,<br/>et deceptos ligat,<br/>Ut aeternis morsibus<br/>miseros adffigat.</p>    | <p>5. Carnis pestilentiae<br/>restringamus lora,<br/>Si quae bona facta sunt,<br/>fiant meliora,<br/>Erigamur igitur<br/>ad honestiora,<br/>Ne nos ad interitum<br/>trahat ista mora.</p>           |
| <p>3. Graviter offendimus<br/>regem maiestatis<br/>Qui nos per clementiam<br/>summae trinitatis<br/>Suam nobis gratiam<br/>conferendo gratis<br/>Sanet a languoribus,<br/>mundet a peccatis.</p> | <p>6. Forte tamen cogitas,<br/>vivam decem annis,<br/>Tunc me durioribus<br/>castigabo pannis<br/>Et induar vestibus<br/>Pauli vel Iohannis,<br/>Sic exspectat rusticus,<br/>donec fluat annis.</p> |
| <p>4. Res infelicissima,<br/>cur non confiteris?<br/>Dic tuas malitias,<br/>ut iustificeris,</p>   | <p>7. Quisquis ergo paenites,<br/>lacrimis abunda,<br/>Et corde et opere<br/>tua facta munda,<br/>Istos David lapides<br/>posuit in funda,<br/>Haec est post naufragium<br/>tabula secunda.</p>     |



8. Cogitate, clerici,  
qui vel quales estis  
Et quid in iudicio  
dicere potestis,  
Non erit alicui  
locus in digestis,  
Idem erit Dominus  
iudex, actor, testis.
9. Iudicabit iudices  
iudex generalis,  
Nihil ibi proderit  
dignitas papalis,  
Sed foetorem sentiet  
poenae gehennalis,  
Sive sit episcopus  
sive cardinalis.
10. Nihil ibi dabitur  
bullae vel scriptori,  
Nihil camerario  
sive ianitori,  
Sed dabuntur praesules  
pessimo tortori,  
Quibus erit vivere  
sine fine mori.
11. Vobis ergo praecipit  
conditor caelorum,  
Ut vos sitis quilibet  
socii iustorum,  
Ut columbae simplices  
ad exempla morum,  
Consortes si fieri  
vultis angelorum.
12. Vestros, ait Dominus,  
renes accingatis,  
Quod est absque dubio  
zona castitatis,
- Ac lucernam etiam  
manibus feratis,  
Ut exemplum populo  
bonum praebeatis.
13. Viri venerabiles,  
servientes arae,  
Vobis iubet Dominus  
plebem castigare,  
Informare moribus,  
in spe radicare,  
Ut et vos cum populo  
possit laureare.
14. Sacerdoti convenit  
legem sacram scire,  
Plebem vita, moribus,  
verbis erudire,  
Ut, cum tandem venerit  
illa dies irae,  
Piam vocem Domini  
possit hanc audire:
15. Sacri vos presbyteri,  
sacri vos prophetae,  
Quod vobis paratum est,  
regnum possidete,  
Quod vobis paratum est  
sine metu metae,  
Benedicti filii,  
mecum congaudete.
16. Fertur dies Domini  
quasi fur venire,  
Hic dies miseriae  
atque dies irae,  
Ad hanc quisque studeat  
sese praemunire,  
Ut ad caeli gaudia  
possit pervenire.

Collect. ms. Campen. saec. 14/15. Cod. Palat. Vindobonen. 883. A. —  
Cod. Lipsien. 271. add. saec. 13. in. B. — B hat nur die 7 ersten  
Strophen u. z. in folgender Anordnung 1. 2. 5. 3. 6. 4. 7. — 1, 8  
ictibus resutis A. — 2, 3 Vanis contagionibus B. — 3, 3 Sed nos indul-  
gentia B. — 3, 7 Salvete B. — 4, 8 mundet B. — 4, 7 Exspectas decennium  
B. — 4, 8 forte morieris A. — 6, 2 refrenemus B. — 5, 5 Erigamur  
ocius. — 5, 7 Nam ad se periculum B. — 5, 8 trahit B. — 6, 1 Tecum  
forte B. — 6, 2 cum iam decem A. — 6, 5 Tunc assumam habitum. B. —  
7, 3 Ore, corde, corpore B. — Nach Str. 7 folgt in B noch:

Quid dicturi miseri sumus ante thronum,  
Ante summum iudicem, ante summum bonum?  
Tunc non erit aliquis locus hic patronum,  
Cum [nostrarum praemia reddet actionum].

Das weitere fehlt. — 10, 5 Et dabuntur A. — 11, 6 exempla suorum A. — 11, 7 fieri fehlt A. — 12, 5 Hanc lucernam A. —

Im Collectan. ms. Voravien. saec. 14. Cod. Voravien. 374 (306) begegnete ich diesem Liede in folgender Strophenordnung: 8, 9, 10, 12, 1, 2, 3, 5, 4, 6. Als Einleitung sind 2 Strophen vorgesetzt des Wortlautes:

Omnes modo deprecor,	Reverendi domini,
ut me audiatis,	rogo vos clementer,
Magni atque minimi,	Ne unquam turbemini
ut intellegatis;	nec clam nec patentor,
Si non bene dixerō,	Sed compatiemini
vos mihi parcatis	mihi patienter,
Atque supervacua	Si quid addam carmini
verba corrigatis.	minus competenter.

Den Abschluss bildet die Strophe:

O vos omnes clerici, cito properate,  
Angelorum Dominum honorificate,  
Simul avaritiam omnem evitate  
Et diem iudicii semper cogitate.

Im Übrigen vgl. die Anmerkungen zur folgenden Nummer.

#### 260. De Extremo Iudicio.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Antequam iudicii<br/>dies metuenda<br/>Veniat, sunt omnia<br/>mundi commovenda,<br/>Nam per dies quindecim<br/>modo sunt videnda<br/>Signa nimis aspera,<br/>signa perhorrenda.</p> <p>2. Relegens Hieronymus<br/>libros Hebraeorum<br/>Ista signa repperit<br/>et ad posterorum<br/>Scripsit haec memoriam,<br/>ut suppliciorum<br/>Convertantur impii<br/>metu futurorum.</p> <p>3. Namque mundi vespere<br/>venient portenta<br/>Et haec possunt equidem<br/>dare documenta,<br/>Pravis quam crudelia<br/>veniant tormenta,<br/>Semper qui dilexerant<br/>mundi blandimenta.</p> | <p>4. Prima dies saeculo<br/>tale signum dabit:<br/>Mare surget tumidum<br/>undasque levabit,<br/>Quadraginta cubitis<br/>montes superabit,<br/>Terram nec operiet,<br/>sed ut murus stabit.</p> <p>5. Signum die postera<br/>tale subsequetur:<br/>Mare petet infima<br/>et sic abscondetur,<br/>Quod vix illud oculis<br/>hominum cernetur,<br/>Sed ad statum pristinum<br/>post haec revertetur.</p> <p>6. Die pisces tertia<br/>super fluctus stabunt<br/>Et mugitus maximos<br/>contra caelum dabunt,<br/>Congregatae volucres<br/>plangent et clamabunt,<br/>Nec non omnes bestiae<br/>planctu resonabunt.</p> |
|---|--|

7. Quarta lux horribile  
signum exhibebit,  
Mare cum fluminibus  
omnibus ardebit,  
Omne genus hominum  
videns hoc pavebit  
Et prae metu nimio  
pro se quisque flebit.
8. Non minus crudelia  
quinta lux monstrabit,  
Totam terram sanguinis  
sudor occupabit,  
Omnis herbae species  
sanguine rorabit,  
Omne genus arborum  
pariter sudabit.
9. Sexta die moenia  
cuncta dirimentur,  
Turres, domus, oppida  
cuncta destruentur,  
Instrumentis bellicis  
non sic laberentur,  
Immo propter proximum  
finem confundentur.
10. Die vero septima  
lapides pugnabunt,  
Et alternis ictibus  
invicem crepabunt,  
In cavernis homines  
metu latitabunt,  
Et, ut eos obruant,  
montibus clamabunt.
11. Totam terram motui  
lux octava dabit,  
Qui sic erit validus,  
quod cuncta turbabit,  
Non homo, non animal  
super pedes stabit,  
Cuncta simul stantia  
ad solum prostrabit.
12. Montes colles lapides  
in terram vertentur  
Die nona pariter,  
cuncta ut aequentur,
- In unam planitiem  
cuncta redigentur,  
Nullaque superflua  
sub caelo linquentur.
13. In cavernis homines  
prius delitentes  
Ibunt die decima  
campos per patentes  
Et errabunt undique  
veluti dementes,  
Prae timore nimio  
loqui non valentes.
14. Post terrorem siquidem  
talium signorum  
Die sub undecima  
claustris sepulcrorum  
Fractis foras salient  
ossa defunctorum  
Et terrorem facient  
oculis vivorum.
15. De supernis partibus  
postea pressurae  
Die duodecima  
mundo sunt venturae,  
Fixae caelo quoniam  
stellae sunt casurae,  
Et per partes aeris  
flammae volaturae.
16. Die terna decima  
cuncti morientur,  
Qui vivi in saeculo  
tunc reperientur,  
Cum defunctis aliis  
ut resuscitentur  
Et secundum merita  
sua iudicentur.
17. Ignis quarta decima  
die succendetur,  
Ut, quod homo polluit,  
in mundo purgetur,  
Ergo superficies  
caeli comburetur,  
Atque terrae facies  
idem patietur.

18. Dies quinta decima  
caelum renovabit  
Atque terrae pariter  
novam formam dabit,  
Et post haec angelica  
tuba mox sonabit,  
Quae defunctos insimul  
omnes suscitabit.
19. Axis post incipiet  
totus rutilare,  
Nam in luce veniens  
Christus nubis clarae  
Iosaphat videbitur  
super vallem stare,  
Vivos atque mortuos  
omnes iudicare.
20. Current ad iudicium  
omnes qui vixerunt,  
Tunc videbunt reproberi,  
quem reprobaverunt,  
illis et monstrabitur,  
in quem pupugerunt,  
Iustique prospicient,  
quem concupierunt.
21. Hinc occulta cordium  
omnium patebunt,  
Opes et pecuniae  
nihil tunc valebunt,  
Amatores saeculi  
flebunt et egebunt,  
Caelique divitias  
iusti possidebunt.
22. Nullus ineffabilem  
gloriam sanctorum  
Vel dolorem dicere  
potest damnatorum,  
Iustis erit omnium  
patens fons honorum,  
Illis erit omnium  
cumulus malorum.
23. Ergo quisquis properet  
reus emendari,  
Studeat criminibus  
lacrimis lavari  
Nec se per diabolum  
sinat superari,  
Sed venturum iudicem  
curet venerari.

(Mm. Monacen. (ol. Pollingen.) 11601. saec. 14. A. — Cod. Carolsruhan. Augien. 36. saec. 14/15. B. — Collect. ms. Campen. saec. 14/15. Cod. Palat. Vindobonen. 883. C. — 2, 1 Perlegens B; Beatus Ieronymus C. — 2, 2 libris C. — 2, 4 et apostolorum C. — 2, 5 Describit memoriam BC. — 3, 1 Nam in mundi B; Iam in mundi C. — 3, 3 Certa possunt equidem B; Quae haec possunt C. — 3, 5 quod crudelia BC — 3, 7 Qui nunc tantum diligunt B. — 4, 3 turgidum B, turbidum C. — 4, 3 surgens BC. — 4, 4 undas elevabit C; sursum se levabit B. — 5, 1 Signum erit postera A. — 5, 2 tale quod sequetur A. — 5, 5 vix ipsum B. — 5, 7 Et ad statum A. — 5, 8 statim revertetur B. — 6, 1 Pisces die tertia BC. — 6, 4 versus caelum BC. — 6, 7 Cunctae quoque bestiae BC. — 7, 7 Et mens metu nimis AC; Ac prae metu nimio B. — 7, 8 per se quisque C; quisque flens stupebit B. — 8, 1 Signum nimis horridum B; Non his minus horridum C. — 8, 3 Herbas cum arboribus B. — 8, 4 sanguis occupabit B. — 8, 5 sqq. in B:

Omne genus avium se coadunabit  
Nil gustans, sed nimium pavens formidabit.

9, 3 Domus, turres, moenia A. — 9, 4 castraque solventur BC. — 9, 6 non ita labentur A. — 9, 5 sqq. in B:

Nec machinis bellicis ita destruentur,  
Igneaque flumina ubique spargentur.

10, 3 alternis vicibus C; Contra se ad invicem B. — 10, 4 collisi crepabunt B. — 10, 7 Et ut se operiant B. — Str. 11 laudet in AC:

Totam terram tremere lux octava dabit,  
Super pedes animal suos nullum stabit,

Cunctis terrae partibus nona lux aequabit  
Et defunctos insimul omnes suscitabit.

Str. 12 fehlt AC. — 13, 2 prius latitantes B. — 13, 4 per campos vagantes B. — 13, 6 sicuti B. — 13, 8 non audentes C. — 14, 1 horrorem B; terrorem et fidem A. — 14, 5 foris B, fossis C. — 14, 7 horrorem C. — Str. 15 lautet in B:

Die duodecima stellae sunt casurae  
Scintillas[que] flammosas ubique sparsurae,  
Cunctae quoque bestiae per campos visurae  
Nil gustantes penitus, sed vocem daturae.

16, 1 tertia decima A. — 16, 3 Qui viventes in A. — 16, 5 sq. Et cum ante mortuis mox resuscitentur B. — 16, 7 Et tunc secundum opera B. — 17, 1 Die quarta decima BC. — 17, 2 ignis succendetur BC. — 17, 3 Et quod A; Ut si quid reliquum B. — 17, 5 Caelum nihilominus B. — 17, 6 simul comburetur B. — 17, 7 Terrae quoque facies B. — 18, 1 Die A. — 18, 4 novam formam B. — 18, 6 tuba resonabit B. — 18, 7 Et defunctos C; Et sic omnes mortuos B. — 19, 1 Postmodum incipiet B; Postea videbitur C. — 19, 2 mundus rutilare BC. — 19, 3 Et cum nube veniet BC. — 19, 5 sq. und 7 sq. umgestellt A.

Von Str. 20 an verläuft jede Handschrift anders. Der Text folgt A. — 20, 3 Hic videbunt A. — 22, 7 Iugis frs omnium A. — Nach 22, 8 folgt noch: Et aeternis [sic] cruciatus omnium malorum. — 23, 1 Ecce quisque A. — 23, 7 sq. fehlen A. — Nach Str. 23 in A:

Et nos defendat, qui per omnia saecula regnat,  
Amen, solamen Michael dat mihi per Amen.

Verlauf des Gedichtes in B von Str. 20 an:

- |  |  |
|--|--|
| <p>20. Christus [tunc] cum maxima<br/>veniet potestate<br/>Mirabilisque gloria<br/>atque claritate,<br/>Durus patens reprobis,<br/>iustis lenitate<br/>Placens, [sed] cum omnibus<br/>utens aequitate.</p>   | <p>Puritate mentium<br/>iusti tunc gaudebunt,<br/>Sed pollutis mentibus<br/>impij lugebunt.</p>  |
| <p>21. Current ad iudicium<br/>omnes, qui vixerunt;<br/>Hic corona, lancea<br/>crux et clavi erunt,<br/>Tunc videbunt reprobi,<br/>quem reprobaverunt,<br/>Iusti que prospicient,<br/>quem concupierunt.</p> | <p>24. Non hic excusatio,<br/>non hic advocatus,<br/>Planctus, luctus, lacrimae,<br/>fletus ac precatus,<br/>Honor, opes, munera,<br/>genus, potentatus<br/>Non iuvabit miseros<br/>vel cuiusvis status.</p> |
| <p>22. Iudicis ad dexteram<br/>boni statuuntur,<br/>Mali per oppositum<br/>ad laevam ponentur,<br/>Ut ad lucem tenebrae,<br/>sic hi secernentur,<br/>Et quibus(cun)que dabitur<br/>iuste, quod merentur.</p> | <p>25. Audire vel facere<br/>bona nolebamus,<br/>Sed mala peragere<br/>non metuebamus,<br/>Docentes salubriter<br/>nos deridebamus,<br/>Idcirco perenniter<br/>mala toleramus.</p>                           |
| <p>23. Cunctis cuncta cordium,<br/>arcana patebunt,<br/>Cuncti conscientias<br/>cunctorum videbunt,</p>  | <p>26. Olim non putavimus<br/>haec loca subire,<br/>Quando vix credidimus<br/>nos vitam finire,<br/>Sed mox in nos irruit<br/>terror mortis dirae<br/>Et ad ista compulsi<br/>tormenta venire.</p>           |

27. Ibi cum daemonibus  
sumus computati,  
Qui nos igne cruciant  
simul eruciati,  
Et, quorum parvius  
semper voluntati,  
Cogimur perpetuas  
cum his poenas pati.
28. Nunc ergo, carissimi,  
Deum diligamus  
Et cavendo noxia  
bona faciamus,  
Ut non post cum impiis  
male pereamus,  
Sed cum sanctis omnibus  
semper gaudeamus.

Verlauf des Gedichtes in C von Str. 20 an:

20. Quid dicturi miseri  
sumus ante thronum,  
Ante tantum iudicem,  
ante summum bonum?  
Non erit alicui  
locus in patronum,  
Dum nostrarum praemia  
redde(n)t(ur) actionum.
21. (Dum) ante thronum stabimus  
iudicis severi,  
Non erit distantia  
laici et cleri,  
Nulla tunc exemptio  
poterit tueri,  
Cum perventum fuerit  
ad examen veri.
22. Nulli erit licitum  
quidquid allegare,  
Neque fas excipere  
neque replicare  
Nec ad apostolicam  
sedem appellare,  
Reus condemnabitur,  
nec dicetur quare.
23. Nihil ibi dabitur  
bullae vel scriptori.  
Sive camerariis  
sive ianitori,  
Sed dabuntur divites  
pessimo tortori,  
Quibus erit vivere  
sine fine mori.
24. Iudicabit iudices  
index generalis,  
Nihil ibi proderit  
dignitas papalis,  
Foetorem quando sentient  
ignis gehennalis,  
Sive sit episcopus  
sive cardinalis.
25. Ad terrorem omnium  
surgam locuturus,  
Omnis clerus audiat  
simplex et maturus,  
Nihil est quod timeo,  
valde sum securus,  
Sermo meus perentit  
velu tensis durus.
26. Punienti praesales  
sunt et cardinales,  
Abbates et monachi,  
nigrae moniales,  
Sacerdotes aemuli,  
clerici venales,  
Congregantes insimul  
opes temporales.
27. Quanto plus adcumulant,  
tanto plus marcescunt,  
Sunt velut hydropici,  
quorum membra crescunt,  
Dum plus bibunt, sitiunt  
magis et ardescunt,  
Sunt avari miseri,  
nunquam requiescunt.
28. Homo, postquam moritur,  
statim fit sepultus.  
Quid est avaritia  
nisi vanus cultus,  
Vanitatum vanitas,  
cordium tumultus?  
Pereunt divitiae,  
perit simul stultus.
29. Apud nostros iudices  
iura subvertuntur,  
Et qui leges faciunt,  
lege non reguntur,  
Non attendunt miseri  
mala, quae sequuntur,  
Nam, qui damnant alios,  
primi damnabuntur.

30. In sepulero tegitur  
vili tegumento  
Deportatur postea  
miser in tormento,  
Patitur supplicia  
ut arundo vento,  
Redimi non praevalet  
auro vel argento.
31. Ergo cor aponere  
magis non debetis  
In mundanis opibus,  
quae non possidetis;  
Cuncta transitoria  
sunt, quae vos videtis,  
Quaerite psalmigraphum  
et inuenietis.
32. Cogitate, divites,  
qui et quales estis,  
Quid in hoc iudicio  
dicere potestis,  
Non utemur codice,  
libro vel digestis,  
Idem erit Dominus  
iudex, actor, testis.
33. Semper carnem carnibus  
implere curatis,  
Cum privatis opibus  
multa devastatis,  
Vino meracissimo  
scyphos vacuatis,  
Ventrem ventis sordidum  
saepe reseratis.
34. Ut decet presbyterum  
sint pudici renes,  
Testis est Ieronimus,  
testis Origenes;  
Tu quoque, qui princeps es  
et qui mira tenes,  
Dimitte mulieres  
veluti sirenes.
35. Vos, qui in cherucibus,  
clerici, iacetis  
Sericis et palliis,  
lanois tapetis,  
Unum vobis nuntio:  
qui mundo gaudetis,  
In futuro saeculo  
vae, vae, vae dicetis.
36. Currunt ad iudicium  
omnes, qui vixerunt,  
Tunc videbunt reprobi,  
quem reprobaverunt,  
Et eis monstrabitur,  
in quem peccaverunt,  
Iustique prospicient  
quem concupiverunt.
37. Tunc occulta cordium  
omnium patebunt,  
Opes et pecuniae  
tunc nihil valebunt,  
Amatores saeculi  
flebunt et egebunt,  
Sed caeli divitias  
iusti possidebunt.
38. Nullus ineffabilem  
gloriam sanctorum  
Vel dolorem dicere  
posset damnatorum,  
Illud quod fons omnium  
erit his bonorum,  
Illis erit cumulus  
omnium malorum.
39. Ergo quisquis properet  
reus emundari,  
Studeat criminibus  
omnibus lavari  
Et venturum iudicem  
curet venerari,  
Ut in die valeat  
mala liberari.

Der Text von Strophe 20 an stellt sich in B als eine Erweiterung dar, in C als eine Interpolation aus verschiedenen fremden Bestandteilen, die namentlich den Liedern „Ad terrorem omnium“ (Nr. 258) und „Tempus acceptabile“ (Nr. 259) entlehnt sind, und zwar entsprechen sich die Strophen in folgender Weise:

Str. 23 = 259, 10; 24 = 259, 9; 25 = 258, 1; 26 = 258, 2; 27 = 258, 3; 28 = 258, 4; 29 = ?; 30 = 258, 5; 31 = 258, 5; 32 = 259, 8; 33 = 259, 10; 34 = ?; 35 = 258, 9. — Strophe 36 ff. sind die Schlusstrophen des Liedes in A.

Noch krauser und bunter ist die Form dieses Liedes oder vielmehr dieser Lieder in der Gestalt, wie sie Du Ménil (Poésies populaires latines du moyen âge, p. 122 sqq.) nach der Pariser Hs. 7011 anni 1343, und Wright (The latin poems commonly attributed to Walter Mapes, p. 52 sqq.) nach Flacius Illyricus mitteilt. Abgesehen von den Varianten und Umstellungen

einzelner Verse ist dort die Reihenfolge oder vielmehr Vermischung der Strophen aus disparaten Liedern die nachstehende (die erste Zahl bezeichnet die Nummer des Liedes im vorliegenden Bande, die zweite Zahl die betreffende Strophe):

Du Méril, „Quid dicturi miseri“: 260 C, 20; 21; 22; 259, 8; 9; 10; 260 C, 29; || 258, 1; 2; 3; 4+5 (zusammengezogen u. verderbt); 6 (umgeändert wie 260 C; 31); || 259, 13; 11; (dann eine wohl anderswoher entlehnte Strophe: Vos qui vultis populo); 14; 15.

Wright, „Tempus acceptabile“: 259, 1; 1; 3; 5; 6; 4; 7; || dann wie bei Du Méril: 260 C, 20; 21; 22; 259, 8; 9; 10; 260 C, 29; || es fehlt alsdann der Passus aus „Ad terrorem omnium“ || ; darauf 259, 11; 12; (Vos qui vultis populo); 13; 14; 15.

Die angezogene Strophe lautet nach der Pariser Hs:

Vos, qui vultis populo Domini prodesse (l. praesesse),  
Immo vultis potius populo praesesse (l. prodesse),  
Eius curam agere decet indefesse,  
Pios, largos, humiles, dignos, iustos esse.

Vgl. R. Peiper im Archiv für Litteraturgesch. herausg. v. Schnorr v. Carolsfeld, IX, 1880, S. 177 ff. Peiper meint „drei verschiedene Gedichte zu erkennen, von denen das eine das andere zur Voraussetzung hat“ und zwar in der Reihenfolge: I. Antequam iudicii dies metuenda; II. Quid dicturi miseri; III. Tempus acceptabile. Dem steht indes gegenüber, daß in älteren Hss. die drei Lieder Nr. 158—160 jedes als abgerundetes Ganze ohne nachweisbare Einschüßel aus älteren Liedern und ohne irgend eine Strophe mit einander gemeinsam zu haben (betrifft Nr. 260 kommt hier selbstredend nur die Hs. A in Betracht), sich vorfinden. Betreffs des Liedes „Quid dicturi miseri“ gesteht Peiper selbst: „Ich kenne noch keine Hds., welche das Gedicht selbstständig enthielte; es erscheint entweder in I (Antequam iudicii) eingeschoben . . ., oder mit III (Tempus acceptabile) verbunden“ (a. a. O. S. 122). Also für selbständige Existenzberechtigung fehlt ein durchschlagender Grund, während vieles oder alles dagegen spricht. — Warum hingegen „Ad terrorem omnium“ nicht als selbständiges Lied anzusetzen sei, läßt sich nicht ersehen. Schon die Aufschrift zum Liede „Tempus acceptabile“, die bei Wright (a. a. O.) lautet: „Praedicatio Goliae ad terrorem omnium“ weist auf einen geläufigen Liederanfang hin. — Nebenbei sei bemerkt, daß Chevaliers Repertorium hymnologicum über alle diese echten oder zweifelhaften Liederanfänge nichts zu berichten weiß, trotz der reichen Litteratur; nur das einzige „Ad terrorem omnium“, aber in seiner gekürzten und umgemodelten Fassung, wie es Anal. I. Nr. 52 mitgeteilt ist, findet sich registriert. — Vgl. außerdem Sommer, Zeitschr. f. deutsches Altertum III, 532, und Mone, Schausp. d. MA. I, 320.

## 261. Exhortatio bona ad clerum.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Omnes, qui assistitis,<br/>senes et periti,<br/>Me audire, deprecor,<br/>sitis expediti,<br/>Lingua tamquam gladio<br/>minime muniti;<br/>Nihil enim exsequar,<br/>quod sit dignum liti.</p> | <p>2. Sed, si audieritis<br/>quidquam me errare<br/>Sive per ambagines<br/>vobis iusultare,<br/>Vobis erit licitum<br/>illud emendare<br/>Atque supervacuum<br/>quidque rescare.</p> |
|--|--|



3. Incarnato Domino  
propter peccatores,  
Ut prophetae memorant  
nobis seniores,  
Obtulerunt munera  
mystica pastores,  
Pacis et concordiae  
veri sectatores.
4. Parvum in cunabulis,  
plenum sanctitatis,  
Collaudarunt angeli  
psalmis decantatis:  
Gloria in sedibus  
summae maiestatis  
Atque pax hominibus  
bonae voluntatis.
5. Haec pax, dilectissimi,  
super vos quiescat  
Et ad bona opera  
iugiter lacescat,  
Si quid crevit hactenus  
mali, nunc decrescat  
Et ad instar pulveris  
prorsus evanescat.
6. Vestris in praecordiis  
sit voluntas bona,  
Quae virtutum omnium  
dicitur matrona,  
Ac si temporalia  
vos habetis dona,  
Date et cingimini  
caelibi corona.
7. Non sint, qui remurmurent  
intra se dicentes:  
Quid solvemus Domino  
nihil possidentes?  
Cum non tantum munera  
quantum puras mentes  
Conditor respiciat  
dirigens agentes.
8. Invicem diligite,  
sicut nos dilexit  
Christus, qui pro populo  
mori non despexit,
- Quod, qui die tertia  
postquam resurrexit,  
Vectes rumpens inferi  
mortua conquexit.
9. Solvite altissimo  
hanc humilitatem,  
Qui pro nobis induit  
carnis vilitatem,  
Exhibentes omnibus  
veram caritatem  
Prout habueritis  
rerum facultatem.
10. Hominem famelicum  
cibo recreate  
Vel, si potum sitiatis,  
illum sibi date,  
Lacrimanti nudulo  
vestem erogate  
Et infirmos debiles  
crebro visitate.
11. Larga vobis tempora  
vitae non fingatis,  
Ne sub spe ambigua  
bonum neglegatis,  
Nescientes . . . .  
quando corruatis  
Aut in quali postmodum  
sede quiescatis.
12. Nam si bonum fuerit  
penes vos inventum,  
Ibitis ad gloriam  
et non ad tormentum,  
Sed si patiemini  
mali detrimentum,  
Lividis trademini  
dentibus serpentum.
13. In caminum igneum  
impii trudentur,  
Ubi a tortoribus  
saevis punientur,  
Nec prece nec pretio  
mali redimentur,  
Nam clientes Satanae  
nulli miserentur.

14. Verum nihil comparo  
gloriae divinae,  
Ubi nil tristitiae,  
ubi nil ruinae,  
Sed perenne gaudium,  
regna sine fine;  
Felix, qui servierit  
maiestati trinae.

15. Ergo bono nitite,  
fratres, insudare,  
Ut, cum princeps venerit  
terram iudicare,  
Vestra possint opera  
iudicem placare,  
Ut vos secum faciat  
iugiter regnare.

Collect. ms. Voravien. saec. 14. Cod. Voravien. 374 (306). — 2, 3 ambagies. — 2, 5 erat. — 6, 6 non habetis. — 6, 8 caelibi = caelesti. — 15, 1 bonum licite.

Dieses Lied ist in der Hs. an 2 andere unmittelbar angefügt, an „Ad terrorem omnium“ (s. Anmerkung zu Nr. 258) u. „Omnes modo deprecor“ (s. Anm. zu Nr. 259). Bemerkenswert ist die gleichartige Einleitung in allen dreien. — Als viertes reiht sich ebenso unmittelbar an ein scharfes Rügelied, dessen Inhalt an die Schmählieder im Band XX der *Analecta* erinnert. Hier möge es seinen Platz finden, da es völlig unbekannt zu sein scheint:

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Lyram, quam suspenderam<br/>carmine sopito<br/>Ritu fretus catuli<br/>cursibus attrito,<br/>Plectro regam pristino<br/>canens imperito<br/>Et perito coetui,<br/>quem invitus vito.</p> <p>2. Ergo clerum deprecor<br/>tenerae aetatis,<br/>Ut sermonem audiat<br/>meae pravitatis,<br/>Nam stridente cithara<br/>chordis temperatis<br/>Audiet, quid noverim<br/>loqui de praelatis.</p> <p>3. Vobis tamquam fratribus<br/>referam decreta,<br/>Quae sancivit gentium<br/>pastor et athleta,<br/>Pontifex Honorius,<br/>maior quam propheta,<br/>Rei tamen serie<br/>penes suos spreta.</p> <p>4. Inito concilio<br/>papa praesidente<br/>Et astante simplici<br/>plebe competente,<br/>Verius ut fatear<br/>ipso me vidente,<br/>Solvitur silentium<br/>papa sic dicente:</p> <p>5. Dei dilectissimi,<br/>sitis benedicti,<br/>Legem vobis tradimus<br/>facilis edicti,</p> | <p>Quibus in subsidium<br/>sumus hic relictī,<br/>Ut solvamus vincula<br/>veteris delicti.</p> <p>6. Nostris cardinalibus<br/>et eorum servis,<br/>Nostris ianitoribus<br/>piis, non protervis,<br/>Hospitum res modica<br/>detur a catervis,<br/>Ne servire desinant<br/>dissolutis nervis.</p> <p>7. Verum quidquid cedere<br/>nobis est consuetum,<br/>Amputare penitus<br/>nostrum est decretum,<br/>Ne quis fiat cupidus<br/>propter rerum metum<br/>Locum nostrum visere<br/>gratia repletum.</p> <p>8. Unde ad pontificem<br/>sacrosanctae sedis<br/>Ite confidentius<br/>cruentati foedis<br/>Operum contagiis<br/>perpetratae caedis,<br/>Ne vos ulla terreat<br/>quaestio mercedis.</p> <p>9. Hoc sermone pontifex<br/>clerum consolatus,<br/>Dolo vulpis perfidae<br/>intra se armatus<br/>Terminat concilium<br/>et fit sermo gratus,<br/>Per quem clerus fuerat<br/>caute laqueatus.</p> |
|---|---|

10. Istam indulgentiam  
vilem et obscaenam  
Triplicat, ut omnium  
congreget amenam,  
Castigare cupiens  
divitum crumenam  
Et capsellam pauperum  
raro nummis plenam.
11. Consulo, ne laqueos  
istos incidamus,  
Sed hanc indulgentiam  
irritam sciamus;  
Certe procul dubio,  
quod, si nil feramus,  
In Romana curia  
vane laboramus.
12. Ibi bullae traditor,  
ibi ianitores  
Reddunt se difficiles  
et recludunt fores,  
Omni pleni vitio  
palam laudatores,  
Sed accepto munere  
prorsus detractores.
13. Papa, quod reliquerit  
veritus pudorem,  
Extorquere servulum  
iubet viliorem,
- Seu spadonis phaleræ  
sitiens nitorem,  
Seu mantellum [cupiens]  
propter pennæ florem.
14. Cum sic papa caespitet  
caput praelatorum,  
Fraudem fraude cumulat  
propter spem lucrorum,  
Et cum per astutiam  
nactus non per forum,  
Non est tutum credere  
verbis Romanorum.
15. Languescente capite  
venter cruciatur,  
Cui individue  
semper copulatur,  
Errantem pontificem  
clerus imitatur,  
Et sic doli species  
magis augmentatur.
16. Ergo, cum ad curiam  
istam transeamus,  
Consulo et moneo,  
ut nos muniamus  
Vasculis argenteis,  
quæ distribuamus,  
Vel, si desint munera,  
domi maneamus.

Zu vermerken sind die Varianten: 1, 5 Plectro regum. — 1, 7 Et peritos. — 8, 3 Ut confidentius.

## 262. De Novissimis.

1. Homo, Dei creatura,  
Cur in carne moritura  
Est tam parva tibi cura  
De aeterna gloria?  
Illa quanta sit, si scires,  
Praeter eam nil sitires  
Nec post mundi sic abires  
Cito transitoria.
2. Et si poenas infernales  
Cognovisses, quæ et quales,  
Tuos utique carnales  
Appetitus frangeres,  
Et innumera peccata,  
Dicta, facta, cogitata  
Mente tota consternata  
Merito deplangeres.
3. Tot sunt gaudia sanctorum,  
Tot tormenta miserorum,  
Quod immanitas amborum  
Nullo sensu capitur,  
Donec anima post mortem  
Aut honorum sumat sortem,  
Aut malorum ad cohortem  
Improvisè rapitur.
4. Quando caro sepelitur,  
Heu, de spiritu nescitur,  
Utrum gaudet vel punitur,  
Non fit magna mentio;  
Luctus quidem simulatur,  
Sed substantia vastatur,  
In propinquis generatur  
Zelus et contentio.

5. Mors est bonis, mors et malis,  
Sed sors nimis inaequalis  
Subinfertur aeternalis  
Vitae vel interitus;  
Exsequiae celebrantur,  
Si vel noti convivantur,  
Nil defuncto suffragantur,  
Si tunc est immeritus.
6. Nullum tempus paenitendi,  
Hora nulla revertendi  
Neque locus fugiendi  
Miseris supererit;  
Si vis sursum, detraheris,  
De abyssis extraheris,  
Iudicanti praesenteris,  
Nec quidquam intererit.
7. Si non Iesum dilexisti  
Et Mariae servivisti  
Nec patronum quem petisti  
Tibi in subsidium,  
Quis orabit pro delicto,  
Quis spondebit pro convicto,  
Quis iudicio tam stricto  
Fiet in praesidium?
8. Pacis angeli astabunt,  
Sicut scriptum est, plorabunt,  
Tamen flignam affirmabunt  
Iudicis sententiam;  
Et, quod sonat magis dure,  
Omnes Dei creaturae  
Adgravabunt iusto iure  
Malam conscientiam.
9. Sed haec factis ex scelestis  
Est ipsius gravis testis  
Nullam iudicis in gestis  
Intuens iniuriam;  
Hinc horrendi mox tortores  
Tot incutiunt terrores,  
Quod iam sentientes dolores  
Vertitur in furiam.
10. Tunc a bonis reprobata,  
In seipsa desperata  
Et in toto desolata  
In profundum mergitur,
- Ubi chaos hoc firmatur,  
Quod nunquam egrediatur,  
Sicut Abraham testatur;  
Huc illuc non pergitur.
11. O quae lingua explicare,  
Vel quis sensus cogitare,  
Quis audet dinumerare  
Mala multiplicia,  
Quae perversis sunt creata  
Et diversis deputata,  
Prout singula peccata  
Exigunt et vitia?
12. O peccator, vis audire  
Et de multis pauca scire,  
Quae permisit hic sentire  
Quendam Dei gratia?  
Qui, cum Deum precaretur,  
Ut hic ita purgaretur,  
Quod post mortem duceretur  
Ad caeli palatia,
13. Quamvis nimium peccavit,  
Deus tamen hoc donavit  
Et illaesum conservavit  
Corpus in certamine.  
Nam, cum Satan hoc videret,  
Quod conversus paeniteret  
Et quod Domino placeret,  
Huius pro examine
14. Tecta miscuit tormenta,  
Quod ad ipsa temptamenta  
Supra mundi elementa  
Invisa conficeret.  
Aestum, fluxum, flatum talem  
Sensit frater inaequalem,  
Ex portentis infernalem  
Aperite coniceret.
15. Ignem quendam sentiebat,  
Cuius flammam non videbat,  
Ipsam tamen exurebat  
Satis mirabiliter,  
Ignem gessit et urentem  
Et gravissime prementem,  
Velut lapidis urentem (sic!)  
Flantem horribiliter.

16. Sub quo iacuit astrictus  
 Et per grandes eius ictus  
 Tam potenter est adflictus,  
 Ut ignis uredinem  
 Quasi nullam advertibat,  
 Quia flamma sic fremebat,  
 Quod calori praeferibat  
 Plagas et gravedinem.
17. Fratris huius et in cella  
 Torrens ignis ut procella  
 Influendo fecit bella  
 Dura et magnalia;  
 Flamma quoque hunc ob-  
 struxit,  
 Quae ter ita eius suxit,  
 Quod mirando non eduxit,  
 Illius vitalia.
18. Liquor ardens igne pluit,  
 Et grando in ipsum ruit,  
 Chaos tale quod non fuit  
 Videns ab initio.  
 Ista saepe dum sentiret,  
 Accedit, quod nil plus sciret,  
 Quam quod totus interiret  
 Mundus hoc supplicio.
19. Ut tonitrua tonabant,  
 Tanta fulgura micabant  
 Et quam plura his constabant,  
 Quae carent mundi nomine;  
 Frater vero sic plagatus  
 Mox fuisset conquassatus,  
 Si non Dei sustentatus  
 Fuisset tunc munimine.
20. Corpus sopor adligavit,  
 Sed cor suum vigilavit,  
 Deus enim dispensavit  
 Hac in paenitentia,  
 Nunc passurum roborando,  
 Nunc illaesum relevando,  
 Poenas semper temperando  
 Cum sua clementia.
21. Hostes saepe furientes,  
 Malleis percutientes,  
 Tamquam laminas eudentes  
 Ipsum fabricaverant,  
 Sed ad Deum sic correptus  
 Cum clamaret, est ereptus  
 Et post pauca readeptus  
 Vires, quas hi straverant.
22. Saepe frater praenotatus  
 Est sub terram transportatus  
 Et in locis malleatus  
 Nimis horribilibus,  
 Ubi tenebrae condensae,  
 Voces durae et immensae,  
 Et scintillae sunt succensae  
 Plantae in fabrilibus.
23. Locus ingens et umbrosus,  
 Foetor ardens et fumosus  
 Rumorque tumultuosus  
 Et abyssus sitiens,  
 Terror illic assistenti  
 Nec tormenta patienti,  
 Tantum monstra haec videnti  
 Esset crux sufficiens.
24. Ignem vidit praeinfulsum  
 Velut turbine percussum  
 Aut in follibus impulsam,  
 Flammantem forinsecus,  
 Qui sic flagrans insanivit,  
 Quod agnoscere nequivit,  
 Si purgandasque punivit  
 Animas intrinsecus.
25. Prunas vivens ibi grunit,  
 Si quos caput subitus unit  
 In abysson, sua punit  
 Non flamma motabiles,  
 Sed carbones sunt grandaevi  
 Ad urendum nimis saevi,  
 Tam profundi, ut in aevi  
 Saecula durabiles.
26. Idem raptus extra mundum  
 Tartarum ad gemebundum  
 Locumque ad sitibundum  
 Et aestu plenissimum,  
 Ubi quidam laborantes,  
 Quidam dure imperantes,  
 Aestus onera portantes  
 Et iugum gravissimum.

27. Erant autem viri lassi,  
Vultu nigri tamquam assi,  
Defluentes pice crassi,  
Nec in his contentio,  
Nam laboribus attriti  
Loquebantur vix inviti,  
Arefacti magna siti  
Sudabant silentio.
28. Ad haec opera coactus  
Frater fuit tabefactus,  
Nam ab aestu ipse tactus  
Mox coepit destitui,  
Invocata vere dia  
Matre Domini Maria  
Statim eius prece pia  
Meruit restitui.
29. Locum vidit et impurum,  
Grandem nimis et obscurum  
Et ingressum valde durum  
Quasi portam inferi,  
Quem anhelans hunc allexit  
Magis magisque invexit,  
Deus tamen hunc erexit  
Flagitantem egeri.
30. Tot sunt loca tenebrosa,  
Tot occulta monstruosa,  
Quod haec terra spatiosa  
Et cuncta visibilia  
Quasi nulla sunt miranda  
Nec ad illa comparanda,  
Nam ista quidem narranda,  
Sed haec indicibilia.
31. Hostes saepe de profundo  
Poenas ferunt exeundo,  
Ut praemissi in hoc mundo  
Inferant supplicia,  
Quia peccatorum multa  
In hoc mundo fiunt multa,  
Nam abyssus et occulta  
Dei sunt iudicia.
32. Multi, qui iam migraverunt,  
In hoc mundo mala ferunt,  
Quod peccata commiserunt  
Nobis ignorantibus.
- Plures animae plangentes,  
Ad hunc brevi venientes,  
Assumpserunt adfligentes  
Poenas cum flammantibus,
33. Ut sic ipse purgaretur  
Et illis compateretur  
Magisque recordaretur  
In missis et precibus;  
Unde quaedam valde gratae  
Sibi visae sunt renatae,  
Evolantes ut purgatae  
Suis iam a faecibus.
34. Flammam etiam fumantem,  
Terram ipsam devorantem,  
Fundamenta revelantem  
Ab imis emergere,  
Ignem nubibus condensum,  
Ventum ignibus accensum  
Et tremore comprehensum  
Populum dispergere;
35. Sacramentum ab altari  
Vidit sursum elevari  
Et in iudicem mutari  
Multum ineffabilem,  
Quo ad iudicandum mundum  
Fecit iustis se iucundum  
Et iniustis iracundum  
Necnon importabilem.
36. Haec cum frater ut videret  
Et examen hoc timeret,  
Rogavit, ut plus paeniteret,  
Vitae indulgentiam,  
Nam commissa sic deleta  
Et omissa sic completa  
Sensit, quod iam mente laeta  
Spectasset sententiam.
37. Sic a visu revocatus  
Adhuc multis est vexatus,  
Donec plenius purgatus  
Replevit fiduciam,  
Nam cotidie punitus  
Velut lapis est politus,  
In adversis eruditus  
Per multam astutiam.

38. Semel multi convenerunt,  
 In cellam eius irruerunt,  
 Ipsumque operuerunt  
 Daemonum tentoria,  
 Fratrem autem his subnixo  
 Adhaerebat corde fixo  
 Christo Iesu crucifixo  
 Cum clara memoria.
39. Unde simili gaudebat,  
 Quia, quidquid sustinebat,  
 Hoc ad crucem repellebat  
 Eundem recurrere,  
 Illic omnibus a malis  
 Christi tegebatur alis,  
 Nec quibat locus hinc talis  
 Tam tutus occurrere.
40. Quando gessit graviora,  
 Tanto plus subtiliora  
 Sibique devotiora  
 Solebant clarescere,  
 Tunc maligni fabulosa  
 Loquebantur vel iocosa,  
 Ut a prece fructuosa  
 Hunc possent compescere.
41. Saepe tubae cum clangore,  
 Venti magni cum ardore,  
 Hostes multo cum clamore  
 Loquentes nefaria  
 Cellam eius adimplebant  
 Et diversis adfligebant,  
 Tamquam stipulam vertebant  
 Potestate varia.
42. Ipsum ferro pupugerunt,  
 Plagis multis ceciderunt,  
 Pluries flagellaverunt  
 Diris scorpionibus,  
 Ut gigantes quidam stabant,  
 Comminantes blasphemabant  
 Et frendentes sic tonabant  
 Comminationibus.
43. Ita iacuit attritus,  
 Quod si nullo plus punitus  
 Suffecisset is auditus  
 Solus impropertii,
- Verbis quidem increpabant,  
 Sed sic ventum agitabant,  
 Quod verbis ipsum verbera-  
 bant  
 Zelo vituperii.
44. Quidquid vero sic ferebat,  
 Hoc in spiritu fiebat,  
 Nemo enim audiebat  
 Istis de rumoribus,  
 Nisi Deus occultasset,  
 Fratres omnes dementasset  
 Et vicinos convocasset  
 Cum remotioribus.
45. Sed cum mentem paenitentis  
 Non fregissent, a tormentis  
 Accesserunt blandimentis,  
 Ut ipsum deicerent,  
 Mundi huius vanitatem,  
 Iuvenum incunditatem  
 Rerumque formositatem  
 Monstrant, ut allicerent.
46. Eius lectulo astabant,  
 Vasis musicis cantabant,  
 Chorisales simulabant  
 Multiplex tripudium,  
 Multae cantu serenarum  
 Adfuerunt feminarum,  
 Paenitentis ut amarum  
 Permutarent studium.
47. Strato saepe ingesserunt,  
 Nudi se applicuerunt,  
 Totum illum infecerunt  
 Veneno libidinis,  
 Qui ab eis inflammatus,  
 Mox fuisset inquinatus,  
 Non existens praearmatus  
 Virtute formidinis.
48. Sed et incubi nefandi  
 Gravi corpore tam grandi  
 Ipsum causa fornicandi  
 Viribus nequissimis  
 Oppresserunt amplexantes,  
 Tamquam virginem amantes,  
 Illurunt osculantes  
 Rostris immundissimis.

49. Pauper vero his punitus  
Valde sustulit invitus,  
Magnos emisit rugitus  
Ad Dei clementiam,  
Quem ex corde dum rogavit,  
Ipsam cito liberavit  
Et malignos effugavit  
Suam per potentiam.
50. Quidam vero ut dracones,  
Rugientes ut leones,  
Non oscula, sed agones  
Attulerunt callidas,  
Super ipsum incumbebant,  
Saevis dentibus frendebant,  
Sicut praedam substringebant  
Vires iuxta validas.
51. In aures eius clamaverunt,  
Guttura dilataverunt,  
Fumum foedum spiraverunt  
Gutturis et narium,  
Corpus vero non portabant,  
Sed ex igne, quem gestabant,  
Et aere conglutinabant  
Corpus voluntarium.
52. Sic figuram bestiarum  
Assumpserunt plurimarum  
Et naturam singularum  
Scierunt rectissime,  
Hominum loquacitatem,  
Brutorum ferocitatem,  
Suam tamen falsitatem  
Prodentes novissime.
53. Vocem fratris suffocabant,  
Cum oraret, subsannabant  
Et post ipsum iterabant  
Verba sacratissima,  
Simulabant se lugere,  
Bona plurima habere,  
Pellem ovis induere  
Monstra ferocissima.
54. Ex eius capite suxerunt  
Et virtutes extraxerunt  
Et inanem reliquerunt  
In semidementia;
- Quod hos posse tunc probavit,  
Cum notorie erravit,  
Tamquam porcos illos pavit  
Sua neglectia.
55. Ipsum saepe permingebant  
Et squalore perfundebant  
Et diversa impingebant  
In hunc latrocinia,  
In ore eius stercosa,  
Nausida et foetorosa  
Miscuerunt et lutosam,  
Plena ignominiam.
56. Unde propter foedum lutum  
Tota die fecit sputum,  
Seque horrens sic pollutum,  
Quod ob reverentiam  
Corpus Christi non sumpsisset  
Neque missam tunc legisset,  
Patris sui si audisset  
In hoc complacentiam.
57. Semel equus immodestus  
Gebennalis et molestus,  
Cuius non equinus gestus,  
Sed fera grandissima,  
Hic os suum dolo plenum  
Dilatavit in egenum,  
Ipsam lambens ut abenum  
Cum lingua amplissima.
58. Canis magnus non canino  
Latrans sono sed bovino  
Tamquam taeda de camino  
Ardescens interius  
Ascendebat ex inferno,  
Quem hic voto cum interno  
Praehortatus a superno  
Praevenit celerius.
59. Canem magnum requisivit,  
Qui hunc nimium attrivit,  
Quidnam vellet, et audivit  
Famem illam gerere,  
Nil plus tantum esurire  
Nisi monachos glutire  
Et, quos posset invenire  
Magis pingues, quaerere.



60. Canes multi cum latratu  
Et voraci apparatu  
Sicut currunt in venatu  
Ad ipsum irruperant,  
Qui velocem per occursum  
Stantes sursum et deorsum  
Amarissimum per morsum  
Plus semicorruperant;
61. Sed ad Dominum dum flevit,  
Eius gemitum non sprevit,  
Sed salvavit, ut assuevit,  
Ipsum integraliter,  
Sic, quod nusquam devoratus  
Visus est aut vulneratus,  
Sed nimirum sic plagatus  
Erat spiritaliter.
62. Nam et animae pollutae,  
Sine carne, sine cute  
Lacerantur iam exutae,  
Sic huius existentiam  
Inexperti ne miremur,  
Sed in istis recordemur,  
Quod divinam confitemur  
Plus posse potentiam.
63. Frigus triplex hic probavit,  
Quiddam fluxit, quiddam flavit  
Et utrumque cruciavit,  
Sed plagis atrocior  
Frigus ternum praeter motum,  
Nec in mundo tale notum,  
Ipsum congelasset totum  
Non raptum velocius.
64. Saepe ibi scorpiones  
Et terribiles buffones  
Importunas torsiones  
Et taedas intulerant,  
Super nudum praereptarunt,  
In aures eius coaxarunt,  
Nefas suum prolongarunt,  
Quod secum attulerant.
65. Et serpentes venenosi  
Colubrique tortuosi,  
Tam igniti quam amnosi  
Erant in temptamine,
- Ab his huius incolatus  
Multum fuit prolongatus,  
Dum ad tempus desolatus  
Esset pro examine.
66. Nam et omnia flagella  
Reputavit quasi mella  
Quoad ingravata bella,  
Quae gessit interius,  
Cum a Deo dereclitum  
Et a malo per conflictum  
Formidaret se devictum,  
Quo nihil est deterius.
67. Tunc cognovit, quid damnari,  
Quid a Deo separari,  
Quid sit facie privari  
Et Dei clementia;  
Cuncta sunt ad istud parum,  
Quidquid geritur poenarum,  
Nil sentitur sic amarum  
Ut Christi carentia.
68. Nam infirma spe dum fuit,  
In quamcumque poenam ruit,  
Laetabatur nec quid hinc  
In gratiae praesentia;  
Si infernum quis iniret,  
Nihil prorsus tunc puniret,  
Si divina se sentiret  
Frui influenza.
69. Si quocumque quis locorum  
Non haberet divinorum  
Affluentiam bonorum,  
Mox ferret tristissima,  
Sicut tempore praefato  
Fratri parum desolato  
Visum est Deo sublato  
Se pati gravissima.
70. Tunc terrae promissionis  
Typum, transmirationis  
Novit et regressionis  
A terra Babylonia,  
Quam bonum hereditare,  
Quam amarum transmigrare,  
Quam iucundum remeare  
Sit in sanctimonia.

71. Tunc in specie draconis  
 Vidit regem Babylonis  
 Exeuntem cum coronis  
 Et suis complicitibus,  
 Vias Sion dissipabant  
 Et virtutes captivabant,  
 Sed non diu sic regnabant  
 Locis in supplicibus.
72. Nam cum frater id sentiret,  
 Quod malignus introiret  
 Et interius saeviret,  
 Dolens amarissime  
 Coepit angelos rogare,  
 Sanctos omnes invocare,  
 Christo Iesu supplicare  
 Et matri piissimae,
73. Donec virtus sanctae spei  
 Parva remearet ei.  
 Tandem bonitate Dei,  
 Non suo luctamine,  
 Sensit hostes effugari,  
 Se in intimis mendari  
 Et celeriter iuvari  
 Sacrosancto flamine.
74. Sic flagella peccatorum  
 Partim patent miserorum,  
 Quae salute pro cunctorum  
 Merito sufficerent,  
 Si non homines caecati  
 Essent et sic indurati,  
 Quod in istis excitati  
 Postrema prospicerent.
75. Eia, homo temporalis,  
 Audi, pulvis et mortalis,  
 Qui tam vanis mundi malis  
 Delectari audeas,  
 Etsi sensum Salomonis,  
 Fortitudinem Samsonis  
 Triumphumque Gedeonis  
 Te habere gaudeas,
76. Sive formam Absalonis,  
 Vel sophismata Platonis.  
 Nil in rebus aut personis  
 Mortis scit condicio,
- Sola merita manebunt  
 Et humilia placebunt,  
 Iusti quia vix parebunt  
 In Dei iudicio.
77. Aeger, pauper et leprosus  
 Plus quam dives et formosus  
 Apparebit gloriosus,  
 Si suam inopiam  
 Propter Christum baiulavit,  
 Crucem secum hic portavit,  
 Quia Christus huic paravit  
 Gaudiorum copiam.
78. Ut a malis memoratis  
 In hoc mundo liberatis  
 Et in caelo collocatis  
 Aeterna suscipiunt,  
 Quae nec auris hic audit, <sup>v</sup>  
 Nec videre quisquam scivit,  
 Nisi qui in caelis vivit,  
 Hi soli conspiciunt;
79. Qui sint angelorum chori,  
 Et electi quam decori,  
 Quid vivere, nunquam mori,  
 Quid aeterna gloria,  
 Quid perpetue gaudere,  
 Summo bono inhaerere,  
 Malum ultra non timere,  
 Quo mali nec memoria.
80. Sine senio iuventus,  
 Nullus ibi turbulentus,  
 Quivis sua stat contentus  
 Vitae certitudine,  
 Plenus illic interiectus  
 Quia Domini conspectus,  
 Implet omnium defectus  
 Sua plenitudine.
81. O quam felix ille, cui  
 Datur conditoris sui  
 Vultu tam iucundo frui  
 Ut est, non aenigmate!  
 Quique crucis hic amorem  
 Christi portant et dolorem,  
 Quem videbunt tunc splen-  
 dorem  
 Quolibet ex stigmatate!

82. Nam mirandam claritatem  
 Omnes et iucunditatem  
 Sumunt et suavitatem  
 De Christi vulneribus,  
 Sed et plures hic electi,  
 Quamvis carne sint despecti,  
 Iam ut angeli electi  
 Vivunt his muneribus.
83. Sic de corde Christi potus  
 Manat, quivis ut devotus  
 Hic praelibat, donec totus  
 Suis commensalibus  
 In perenni copuletur,  
 Ut de cibo satiatur,  
 Quo ad horam hic laetetur  
 Quasi temporalibus.
84. Hos in poenis adhuc mundi  
 Saepe spiritus iucundi  
 Consolantur laetabundi  
 Miris et obtutibus.  
 Quam benigni sunt affatu,  
 Quam praeclari apparatu,  
 Quam de nostro sancto statu  
 Gaudent et virtutibus!
85. Adiurati vix testantur,  
 Qui ab ipsis visitantur,  
 Nam in Christo gloriantur,  
 Non plus in hoc saeculo,
86. Illi quam plures arcana  
 Carne gustant in humana,  
 In qua quasi sub membrana  
 Vident vel in speculo.
86. Suavem quidem organorum  
 Sonum, dulcem musicorum,  
 Cantum quidem angelorum  
 Atque delectabiles  
 Quosdam caelicos sapes  
 Ut aromatum odores,  
 Quasi paradisi flores  
 Carpunt adamabiles.
87. Sed his notis sic attendunt,  
 Ut aeterna comprehendunt;  
 Nam praedicta ni transcendunt  
 Cuncta mutatoria,  
 Nutum quendam dum praeten-  
 dunt,  
 Formam pulchram dum osten-  
 dunt,  
 Cor videntis plus incendunt,  
 Quam ulla transitoria.
88. Unde plures his acciti,  
 Hoc necare hic potiti,  
 Ut languentes vel sopiti  
 Suspirant ad aethera.  
 Quod idcirco post effamur,  
 Ut post mala, quae testamur,  
 Bona quaeque prosequamur  
 Iam nova, iam vetera,
89. Ut utrisque partim notis  
 Semper meritis et votis,  
 Verbis, factis, rebus totis  
 Ac iugi memoria  
 Abnegemus peritura,  
 Quod mens singulorum pura  
 Converteretur absque cura  
 In perenni gloria.

Cod. Carolsruhan. Augien. 36. saec. 14/15. A. — Strophe 1—11 auch in Thomae Saillii Thesaurus Litaniarum et orationum sacer, Parisiis 1599. fol. 106. sqq. B. — 1, 5 quanti B. — 1, 8 Vana transitoria B. — 3, 2 reproborum B. — 4, 2 nil scitur B. — 5, 5 ff. fehlen A. — 6, 3 Nec tunc locus B. — 6, 7 Iudici ut B. — 6, 8 Nihil tibi proderit B. — 7, 1 Si Iesum non B. — 7, 3 quaesivisti B. — 8, 3 Iustam tamen approbabunt B. — 9, 1 celestis A. — 9, 2 Est tui ipsius testis B. — 9, 5 Tunc horrendi B. — 9, 6 incutient B. — 9, 8 Vertatur B. — 10, 3 Anima sic desolata B. — 10, 5 chaos obfirmatur B. — 10, 6 Ut nunquam B. — 11, 1 lingua vel narrare

B. — 11, 3 Quis vel audet numerare B. — 11, 5 Quae damnatis sunt parata  
 B. — 17, 6. Gemeinsames Object. vitalia? — 18, 4 vivens A. — 24, 7  
 quas A. — 31, 3 promissi A. — 31, 4 Inferunt A. — 32, 6 Ad hunc freni  
 A. — 32, 8 Poenis A. — 36, 6 Nec omissa A. — 37, 2 Dum adhuc A. 41,  
 1 clamore A. 51, 4 naribus A. — 58, 6 cum fehlt. — 59, 8 pinguis A. —  
 69, 3 Affluentia A. — 69, 4 ferre A. — 73, 7 se iuvare A. — 77, 7 hic  
 paravit A. — 83, 7 Quoad honorem A. — 85, 5 Hii quam A. — 88, 7  
 Bonae quaedam A. — Verlauf des Liedes in B von Strophe 12 bis Schlufs:

- |   |   |
|---|---|
| <p>12. Ignis, frigus procellarum,<br/>         Sulphur, foetor tenebrarum,<br/>         Iugis luctus animarum<br/>         Pars earum calicis;<br/>         Sempiterna mors, dracones,<br/>         Fames, daemones, buffones<br/>         Amarissimos agones<br/>         Superaddunt miseris.</p> <p>13. Tot sunt loca tenebrosa,<br/>         Tot lamenta monstruosa,<br/>         Quod haec terra spatiosa<br/>         Atque visibilia<br/>         Quasi parum sint miranda<br/>         Nec ad illa comparanda.<br/>         Ista quippe enarranda,<br/>         Haec indicibilia.</p> <p>14. Sic laetitia sanctorum,<br/>         Incunditas angelorum,<br/>         Dei gloria deorum<br/>         Est inenarrabilis;<br/>         Eris clare Deum videns,<br/>         Fruens et amore tenens,<br/>         Potens, sciens, placens, gaudens,<br/>         Fulgens, liber, agilis.</p> <p>15. Ubi conditoris tui<br/>         Vultu semper possis frui;<br/>         Felix prorsus, illa cui<br/>         Visio conceditur,<br/>         A qua nunquam separatur,<br/>         Sed perpetuo laetatur,<br/>         Mali nihil formidatur,<br/>         Nec quis ibi laeditur.</p> <p>16. Illic angelorum chori,<br/>         Sancti facie decori,<br/>         Vivere et nunquam mori,<br/>         Mortis nec memoria,<br/>         In aeternum sed gaudere,<br/>         Summo bono inhaerere,<br/>         Cuncta bona possidere<br/>         In aeterna gloria.</p> | <p>17. Nunquam auris hic audivit,<br/>         Nec videre quisquam scivit,<br/>         Solum, qui in caelis vivit,<br/>         Scit experientia,<br/>         Quid a malis liberati<br/>         Et in gloria locati<br/>         Ipsi possident beati<br/>         In Christi praesentia.</p> <p>18. Sed his paucis propalatis,<br/>         Partim tactis et narratis,<br/>         Quae tum sanctis tum damnatis<br/>         Praeparata legimus,<br/>         Iam prudentius agamus,<br/>         Sanctam vitam eligamus,<br/>         In hoc mundo defleamus<br/>         Mala, quae peregrimus.</p> <p>19. Non vivamus ut iumenta,<br/>         Ne post mortem ad tormenta<br/>         Veniamus et lamenta<br/>         Intollerabilia;<br/>         Modo veniam precemur,<br/>         Mortem Christi meditemur,<br/>         Ad superna praeparemur<br/>         Desiderabilia.</p> <p>20. Ecce, mundus evanescit,<br/>         Decor eius iam arescit,<br/>         Et cotidie vilescit<br/>         Fallax eius gloria,<br/>         Quae demergit ad inferna,<br/>         Ergo gloria superna;<br/>         Vita nobis sempiterna<br/>         Ingis sit memoria.</p> <p>21. Ut defuncti sollevemur,<br/>         Cum caelitibus laetemur<br/>         Et in Deo gloriemur<br/>         Summo delectabili,<br/>         Qui solus glorificandus,<br/>         Et amandus et optandus<br/>         Laudeque magnificandus<br/>         Est interminabili.</p> |
|---|---|

Dafs das Gedicht nicht von Dionysius Carthusianus sein kann, be-  
 weist A; B schreibt es einem Dominicus Chartusianus zu, was wohl ein  
 lapsus calami für Dionysius sein dürfte. Für Merlo-Hostius (Paradisus animae)  
 war sichtlich B die Quelle.

263. Versus de Adventu Antichristi.

1. Antichriste, quid moraris?  
Iam a cunctis tam avaris  
Ut Messias adoptaris  
More tuo causaque.  
Nonne vides iam secundum  
Legem tuam totum mundum  
Laborare sitibundum?  
Tibi praeparavit se.  
Veni super certa spe;  
Aufer tecum tantum bona  
Et his large cuncta dona,  
Statim rege cum corona,  
Mundus coronabit te.
2. Miror multum, an ignores,  
Quod tam male iam maiores  
Vivunt et regunt minores,  
Nec Christus curatur quid.  
Si qui verbo Christo credunt,  
Facto tamen iam recedunt,  
Plus mandata Dei laedunt,  
Legem tuam firmat id.  
Veni, cum iam tempus sit;  
Simoniam cum usura  
Iam coluntur tamquam iura.  
Si qua poena sit ventura,  
De hoc nullus timor fit.
3. Praestolantur te magnates,  
Protestanturque primates,  
Universae potestates  
Te poscunt, ut natus sis.  
Si ut monstrum eris natus,  
Propter caput eris gratus,  
Dando fies exaltatus,  
Nec cura, si nihil scis.  
Veni, si iam dare vis;  
Inter clerum principales,  
Cum his omnes laicales  
Parva pro re sunt venales  
Et tibi credunt, si das his.
4. Times sedem tu Romanam  
Atque fidem christianam?  
Curam illam linque vanam,  
Timor est stultorum mos.  
Times fidei praelatos  
Atque iuris literatos?  
Scias illos iam placatos,  
Postquam subrogatur dos.  
Veni, cur suspendis nos?  
Clero dic, quod simonia  
Iusta sit et multum pia,  
Fides Christi vana via,  
Sicut vis, habebis hos.
5. Antichriste, vis venire?  
Scias tibi opus mire,  
Mundus novit superbire,  
Ad hoc debes sibi res.  
Dato, scias divinare  
Et defunctos suscitare,  
Multo plus te praefert dare;  
Ergo vide, quid tu des.  
Veni, si venturus es;  
Nemo tibi impugnabit,  
Et si manus tua dabit,  
Totus mundus protestabit:  
Huc sit tibi levis pes.
6. Antichriste, huc festina,  
Cum sit clerus in ruina,  
Sine omni disciplina,  
Cuius decet esse vas.  
Evangelium ignorat  
Nec pro ovibus exorat,  
Philargyria laborat,  
Favet tibi, si tu das.  
Veni, neque differ cras;  
Nam, si fiet inter clerum,  
Quod, ut debet, noscat verum  
Nihil cupiatque rerum,  
Si tunc venis, male stas.

264. *Lessus Damnati.*

1. O vos omnes, qui transitis,  
Figuram hanc inspicite  
Memoresque mei sitis  
Et mundum hunc despiciate;  
Hoc considerate templum,  
Quod me mersit in profundum,  
Relictum vobis sum exemplum  
Deceptis per hunc falsum  
mundum.
2. Mundus mihi repromisit  
Multis annis vivere,  
Nunc in poenis me collisit,  
Sic solet decipere;  
Heu, quam male sum deceptus,  
Habens annos iuveniles  
Non sum penitus adeptus,  
Quos speraveram, seniles.
3. Multos male hic defellit  
Variis conatibus  
Et in mortem sic compellit  
Multis cum reatibus;  
Heu, nunc mors me supplantavit,  
Quando minime credebam,  
Vitam mihi amputavit,  
Dum securus incedebam.
4. Vitiorum fui cultor,  
De bonis nulla fuit cura,  
Sed nunc reddit iustus ultor  
Mihi plus quam cum usura;  
Quidquid boni intellexi  
Vel ab aliis audivi,  
Plane tamen hoc neglexi,  
Quia carni deservivi.
5. Curam carnis semper egi,  
Vanam gloriam amavi,  
Sic in poenam hanc repegi,  
Sero novi, quod erravi;  
Quondam eram gloriosus,  
Habens aurum et argentum,  
Nunc a vermibus corrosus.  
Quam horrendum testamen-  
tum!
6. Vorax et luxuriosus  
Semper fui in hac vita,  
Igitur sic copiosus  
Ignis me torquebit ita;  
Nullus unquam comprehendit,  
Quanta patior tormenta,  
Nec cor hominis attendit,  
Quanta malis sunt retenta.
7. Heu, quod unquam fui natus,  
Miser, miser miserorum,  
Sine fine qui damnatus  
Sum in poenis infernorum;  
Heu, quod unquam fui natus  
Recens labe peccatorum,  
Qui daemonibus sum datus,  
Factus socius eorum.
8. Heu, quod unquam fui natus  
Particeps daemoniorum,  
Desperando desolatus  
In tormentis tormentorum;  
Nigriores quam carbones  
Sunt hi pessimi tortores,  
Animarum sunt praedones,  
Quas seducunt in errores.
9. Quod damnandis est dicendum  
Magna cum severitate,  
Et a vobis sit timendum;  
Vos iam ergo praeparate,  
Praeparate vos instanter  
Iam iam in praesenti hora,  
Cito, statim, festinanter,  
Nam veniam sine mora.

265. De Excidio Hierosolymorum.

1. Plange, Sion et Iudaea,  
Plangant, quotquot sunt in ea,  
Quod triumphat Idumaea,  
Et Aegyptus fert tropaea;  
Amalech invaluit,  
Ierusalem corruit,  
Loca sancta polluit  
Proles Cananaea.
2. Infidelis gens et rea  
Servos Christi ut Medea  
Istos vendit in plataea,  
Illos truncat sub romphea;  
Probitas evanuit,  
Nostra virtus aruit,  
Arcam Dei rapuit  
Procax Philistaea.
3. Plebs pagana debacchatur,  
Nomen Christi blasphematur,  
Rachel tristis lamentatur,  
Eam nemo consolatur;  
Christianus populus  
Mactatur ut vitulus,  
Senex, virgo, parvulus  
Ut bos immolatur.
4. Alathia superatur  
Et a pseusti decalvatur,  
Aurum Christi conculcatur,  
Nomen Dei detestatur;  
Pendet in patibulo  
Iesus sine titulo,  
Ab ignavo populo  
Item sauciatur.
5. Evanescit in tormentis  
Multitudo nostrae gentis,  
Iacet absque vestimentis,  
Manus abest miserentis;  
Exclamant: Attendite,  
Qui tansitis, sistite,  
Miseros inspicite  
In excessu mentis.
6. Lingua Christum confitentis  
Nunc truncatur persequentis,  
Ecce, plaga pro pulmentis  
Et pro pane stridor dentis;  
Mundi reges, currite,  
Captivos redimite  
Et caput conterite  
Christum conterentis.
7. Rex Aegypti, male legis  
Flores campi summi regis,  
In despectu nostrae legis  
Nostri necas oves gregis;  
Surge, rector superum,  
Fabricator siderum,  
Audi preces pauperum,  
Rex, qui cuncta regis.
8. Pie Deus, cesset ira,  
Verberasti, iam aspira,  
Si sit manus adhuc dira,  
Quis narrabit Christi mira?  
Interfectis fratribus,  
Captivatis ducibus  
Pendet in salicibus  
Organum cum lyra.
9. Peccatorum pro offensis  
Telo cadit Aconensis,  
Regis pedes et littensis  
In compedibus sunt densis;  
Impii carnifices  
Sunt iniqui iudices,  
In sacros pontifices  
Debacchatur ensis.
10. Militibus comprehensis  
Capitur urbs Peritensis,  
Miles, cliens et burgensis  
Absconduntur in condensis;  
Destructa sic Syria  
Suscepit Sicilia  
In misericordia  
Lacrimas Tharsensis.

Epp. ms. S. Hieronymi saec. 11. Cod. S. Petri Salisburgen. a IX 20. add. saec. 13. c. neumis. — 9, 4 sunt condensis. Zu vergleichen ist die kürzere Fassung dieses Liedes, umfassend die Strophen 1, 2, 3 u. 8 (Anal. XXI, 165) mit dem Anfang *Lugent Sion et Iudaea*.

266. *Threni captis Hierosolymis.*

- Indue cilicium, sedeas in pulvere, mater  
Orba, replens orbem fletibus ecclesia,  
Dic vae, dic vae, vae, nec enim tibi talis ab Evae  
Est data temporibus materies gemitus.
5. Filia Ierusalem, lamentum sume super te,  
Te cecidisse gemas, virgo decora Sion.  
Plangite, perculsi rectores ecclesiarum,  
Lugubris hoc famae vos meruisse malum;  
Clerus, plebs, monachi, nuptae, viduae, moniales,
10. Flete gravem Domini vos tetigisse manum.  
Ecce, locus, templum, domus, atria, terra redemptrix,  
Incola turba cadit gentibus exposita.  
Terra salutari cruce, corpore, sede sepulcri,  
Montis Oliveti dote beata fuit;
15. Plena sacramentis, signis, fidei documentis  
Gente sub ignota sunt temerata loca.  
Humanum si iudicium, rex Christe, subires,  
Causari de te plurima posset homo:  
Miror, ait, cur dotatam tibi sanguine terram
20. Caede profanarit barbara nequities,  
Teque sinente manum validam princeps tenebrarum  
Miserit in sanctos, qui tibi lux fuerant,  
Hos feriendo dolis, alios circumveniendo  
Et misero mortis illaqueando metu.
25. Fertur enim fidei prolapsus vulgus ab arce  
Te repulisse Deum, conciliasse deos.  
Extentas vidisse manus in deditionem  
Est dolor, est miserum plasma perire tuum.  
Ecce, decus ligni, nostrae quo viva salutis
30. Hostia pendebas, barbarus hostis habet;  
Depopulata iacet structura monasteriorum,  
Clerus ubi, monachus, virgo sacrata fuit.  
Quid iuga tantorum memorem decursa laborum?  
Nocte dieque tuae vim patiuntur oves.
35. Cladibus his quem quando dabis, Iesu bone, finem,  
Cum pius exsistas vel potius pietas?  
Tene preces et amara tuae suspiria sponsae  
Ad pietatis opem flectere posse negas?  
Ipse iubes tibi vota dari, tua dona precari,
40. Totus opem mundus flagitat, et refugis?  
Haec modo non audis, sed et orbi viscera claudis?  
Hinc stupor, inde dolor, hinc pudor, inde timor.  
Id solum resonat, Babylon rex cuncta subegit,  
Opprimat Israel dextera Salathiel.



45. His ita respondet ratio, Deus in ratione:  
„Haud dubie nosti corde, fidelis homo,  
Quanta Deus tulerit gratis pro te redimendo  
Seque patri pretium morte sua dederit.  
Quas super his grates, quae laudis munia solves?
50. Munere pro grandi grandia debueras.  
Sed cum praeter te nihil exquirat Deus a te,  
Est breve mandatum: Dilige, salvus eris.“  
Nunc secus in terris agitur, respersa venenis  
Nequitiae est mundi lata superficies.
55. Viribus, arte, minis, incestu, caede, rapinis  
Turpia moliri sunt benefacta viri.  
Laudatur, qui nunc fraudes, periuria, furta  
Dictat, amat, peragit pectore, voce, manu.  
Dic, ubi ius, ubi fas, ubi lex, ubi foedera pacis?
60. Esse malum decus est, dedecus esse bonum.  
Ordo monasticus, ecclesiasticus ordinis expers  
Mundo non Christo militat ore, manu.  
Talibus, heu, studiis hominum quod vita rotatur,  
Nos pater in virga visitat, ut revocet.
65. Utens ergo malis in opus pietatis et usum  
Cepit ab arce Sion nec ratione vacat.  
Terra etenim nostrae consummativa salutis  
Morbi communis debuit esse parens,  
Ut, quibus commune malis instare, sit ipsius
70. Et commune pati compatiendo bonis.  
Constantinopoleos Romanave moenia capta  
Sive cremata parem nunc parerent gemitum.  
Ergo solum natale suum, loca sancta profanis  
Tradita praedari seque secundo pati
75. Maluit in membris, ut amore Dei redimentis  
Viscera cunctorum compatiantur eis.  
At, pia si vel nuda vel est obscura voluntas,  
Luce vacans operis, luce caret meriti;  
Luceat ergo foris interni robor amoris,
80. Splendeat officium, prodeat in medium.  
Evigilate, viri, consurgite, state virili  
Pectore pro Domino proque ruente domo!  
Unde salutis opem mundo fluxisse videmus,  
Unde suas vires sumpsit habetque fides,
85. Primus et in primis veniat caput urbis et orbis,  
Praesul apostolicus consiliis, precibus,  
Non armis pugnando quidem sed in arma citando,  
Hortatu, monitis eliciendo viros.  
Orbis et imperii decus augustum, Fridericus,
90. Lux, via, dux plebis emicat e tenebris,

- Armis, ingenio, titulo virtutis, honore  
 Inclitus, excelsus, clarus, ubique potens,  
 Vita placens cuius nostris servata diebus  
 Muneris e caelo creditur esse genus.
95. Ipse facultatum redditus fabricasque domorum  
 Schemate regali contulit imperio.  
 Maiestatis apex, claris diuturna triumphis,  
 Praelia concludens lassus hebet senio,  
 Iamque fatiscantis sunt membra fovenda quiete,
100. Militis haec ratio postulat emeriti,  
 Res miranda, senex Christi iuvenescit amore  
 Tam re quam signis ora ferens aquilae,  
 Non sibi, non partis opibus natisve paratus  
 Parcere, sed laetum carpere mortis iter.
105. Hic vir, hic hostiles numeroso milite fines  
 Intrans innocui sanguinis ultor erit.  
 Quo duce prudenti populum spes tanta sequetur,  
 Partis ut adversae colla subacta putet.  
 Signifer ipse Dei cum stabit in arce tropaei,
110. Luminis aetherei porta patebit ei.  
 Quae poterit vox, Christe, tuas recitare cohortes,  
 Reges, pontifices, cum ducibus comites?  
 Robusti cordis iuvenes, a finibus orbis  
 Ite, ferite reos, nil metuatis eos!
115. Im[me]mores aetatis, opum, thalami subolisque  
 Ite, subite, crucem restituendo crucem.  
 Spes veniae fructus vitae, diadema perenne  
 Reddent totius suave laboris onus.  
 Felix militia, cui donativa rependet
120. Verax sermo Dei; laus, honor, hymnus ei.

\* \* \*

Obsecro lectorem, cum legerit haec mea, dicat:  
 Carminis auctorem Deus Erbonem benedicat.

Collectan. ms. Gottwicen. saec. 12. Cod. Vindobon. 984. A. — Collectan. ms. incerti originis saec. 15. Cod. Vindobonen. 3358. B. — 8 hic famae B. — 10 nos tetigisse A. — 22 Miserat A. — 26 consiliasse A. — 29 nostri A. — 43 sq. fehlt B. — 48 patri dedit morte sua pretium B. — 52 salus eris B. — 54 est fehlt B. — 56 Turpia quaeque geri A. — 57 qui non fraudis A. — 59 ubi vis, ubi lex, ubi fas A. — 71 Constantinopolis B. — 73 et loca B. — 87 in fehlt B. — 98 lassusque senio B. — 103 partis quibus natisve A. — 105 numeroso limite A. — 109 dum stabit B. — 111 Quae vox Christe tuas poterit B. — 112 ducibus proceres B. — A fügt am Schlusse den Schreibervers bei:

Eugenii scribae pariter, lector, memorare,  
Semper ut a Christo mereatur, Amen, benedici.

Statt dessen in B: „Explicit Erbo in die festi Sebastiani martyris anno Domini 1477.“ Leider stehen nähere Daten über den Dichter Erbo noch aus. — Aus A publizierte vorstehendes Lied R. Röhricht in „Mitteil. d. Instituts f. österreich. Geschichtsf.“ XII, 1891. S. 485 f;

267. *Planctus pro diuturna captivitate terrae transmarinae per Saladinum.*

- |   |   |
|---|---|
| 1 a. Miror, cur tepeat,<br>Cum debeat<br>Lex planctus crescere,<br>Querorque lacrimas<br>Iustissimas<br>Vix ulli fluere;<br>Sit par causae fel dolorum,<br>Nangrex Babel, faex errorum,<br>Nodis angustiae<br>Sion, heu, nexuit,<br>Dum atrox irruit<br>In solum gratiae. | 1 b. Gemat ecclesia,<br>Quod gloria<br>Terrarum omnium<br>Diu polluitur<br>Et premitur<br>Iugo gentilium;<br>Erubescant nostri duces,<br>Quod non sumunt cursim cruces<br>Pro Iesu nomine,<br>Cum Ierosolyma<br>Sit confusissima<br>Turcarum turbine. |
| 2 a. Ha, tempus asperum<br>Cladis tam stabilis,<br>Tamen cessabilis<br>Bonorum operum<br>Remedio;<br>Ferveat compunctio,<br>Pluat luctus fortiter,<br>Sint preces humiliter,<br>Donec vulgus impium<br>A locis fidelium<br>Summus pellat arbiter.                         | 2 b. Urbs quondam inclita<br>Multis insignibus,<br>Nostris urgentibus<br>Peccatis perdita,<br>Diripitur,<br>In praedam redigitur,<br>Sepulcrum dominicum<br>Per manus carnificum;<br>Quid tantae miseriae<br>Nuntiant historiae<br>Vetustorum apicum? |
| 3 a. O si threnis eiulans<br>Ieremias viveret!<br>Spinas cordis panderet<br>Vox lamenta baiulans,<br>Quam flens vates promeret;<br>Hic si usquam propter Deum<br>Sciret novum Macchabaeum,<br>Contra diros ob tropaeum<br>Ensem rursus tenderet.                          | 3 b. Nomen habet sine re<br>Capta pacis visio,<br>Tot annorum spatio<br>Cernitur pestiferae;<br>Catervae possessio;<br>Tractant arcem Philistaei,<br>Muros tenent Cananaei,<br>Consonant Madianei<br>Loth utrique filio.                              |

4 a. Sed iam Christi potentia  
Vim paganorum conterat,  
Iam Cyrus noster conferat  
Regressum christianis;  
Veri David clementia,  
Quae mansuete tolerat,  
Iam salvat a profanis  
Ablata sanctuaria.

4 b. Revertamur ad Dominum  
In sacris et cineribus,  
Ut trasis procul hostibus  
Tellus alma purgetur  
Et dono patris luminum  
Sacris dicata cultibus  
Devota conservetur  
Usque ad caeli terminum.

Cod. Trecent. (ol. Claraevallen.) 990. saec. 12. add. saec. 12/13. — 3 a, 6 Hi.  
Vielleicht ist zu lesen: Hic, si usquam, propter Deum | Cieret = Cieret i. e.  
würde erwecken, sich erheben lassen.

III.  
APPENDIX.

---



268. *Thronus Salomonis.*

1. *Thronum grandem ebore  
Salomon construxit  
Aurumque purissimum  
super hoc induxit,  
Opus illi simile  
mundo non illuxit,  
Libro regum tertio  
rumor hic effluxit.*
2. *Salomon pacificus  
hic interpretatur,  
Per quem Dei filius  
vere designatur,  
Nam per eum gentibus  
pax in terris datur,  
In excelsis gloria  
Deo cum cantatur.*
3. *Throni retro summitas  
se curvat in gyrum;  
Ne quis homo reputet  
sermonem delirum,  
Audiat et videat,  
quod inclinat, mirum,  
Nam matrem significat,  
quae nescivit virum.*
4. *Per ebur intellege  
donum castitatis,  
Elephas nam continet  
vim frigiditatis,  
Auri notat puritas  
ignem caritatis,  
Regem pacis decuit  
thronus iste satis.*
5. *Opus huic consimile  
Deus non creavit,  
Cuius verbum Gabriel  
quando nuntiavit,  
Vox per aurem virginis  
uterum intravit,  
Sic in isto solio  
Dominus regnavit.*
6. *Quid per manus geminas  
caeli notat diva,  
Ni quod vita duplici  
fuit ipsa viva?  
In amore proximi  
nam vixit activa,  
In mandatis Domini  
semper contemplativa.*
7. *Leones a latere  
quam habent naturam?  
Duplicis custodiae  
gerunt hi figuram;  
Nam Ioseph ferrarius  
matris egit curam,  
Deinde discipulus  
post crucis torturam.*
8. *Per gradus intellege  
sex ascensionis  
Proximi sex opera  
miserationis,  
Istis quia sedula  
virgo fuit bonis,  
Thronus esse meruit  
veri Salomonis.*
9. *Bis seni leunculi  
supra gradus stantes  
Totidem apostolos  
sunt repraesentantes,  
Pacem terrae finibus  
evangelizantes,  
Regem huius saeculi  
Christum praedicantes.*

- |   |   |
|---|---|
| <p>10. Huius throni summitas<br/>quod signum intendit?<br/>Ecce, sanctum spiritum,<br/>qui dudum ascendit<br/>In beatam virginem<br/>et lumen accendit,<br/>Per quod hanc ab impetu<br/>saeculi defendit.</p> <p>11. Summitatis edocet<br/>forma artis talis,<br/>Quod sit idem spiritus<br/>almus aeternalis<br/>Aeterno in circulo,<br/>nam initialis<br/>Non apparet terminus<br/>sic neque finalis.</p> | <p>12. Finis in principio<br/>rei non videtur,<br/>Sed cum invisibilis<br/>Deus adfirmetur,<br/>Et cum Deus spiritus<br/>idem adprobetur,<br/>Sic throni per occupat<br/>spiritus notetur.</p> <p>13. Hoc de caelo genitor<br/>emittat spiramen,<br/>Sua quoque gratia<br/>sacrum assit flamen,<br/>Cum filio genetriz<br/>nobis det iuvamen<br/>Per gradus ad solium<br/>claritatis. Amen.</p> |
|---|---|

Collect. ms. Stiriacense saec. 15. Cod. Stiriacen. L 26 [s. n.]. — 7, 5  
frarius. — 11, 2 durch Korrektur unleserlich. — 11, 3 Quod sint.

#### 269. De Eleemosyna Vagis danda.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. O cleri collectio,<br/>quare non attendis,<br/>Quod honoris solum<br/>potenter ascendis?<br/>Dona spiritalia<br/>gratis apprehendis<br/>Et misericordiam<br/>vagis non ostendis?</p> <p>2. Te ditavit dotibus<br/>Christus eius miris,<br/>Tu per patrimonium<br/>ipsius nutriris,<br/>Pro quo tulit varios<br/>dolores ut iris,<br/>Dum ab infidelibus<br/>damnaretur viris.</p> <p>3. Illud patrimonium<br/>commisum est tibi,<br/>Ut egenos nutrias,<br/>quos elegit sibi.<br/>Vagus in cenaculo<br/>non debet scribi,<br/>Si vis intellegere<br/>quid sit scriptum tibi.</p> | <p>4. Illud evangelium<br/>dictum si notares,<br/>Verbum hoc turpissimum<br/>nunquam adfirmares,<br/>Quidquid histrionibus<br/>et vagis donares,<br/>Quod hoc daemonibus<br/>totum immolares.</p> <p>5. Deus nullum separat<br/>divitis a pane,<br/>Quia dicit homini<br/>largo semper mane:<br/>Non sinas, quod aliquis<br/>fundat preces vane,<br/>Sed cunctis petentibus<br/>tribue te plane.</p> <p>6. Sic in largitatibus<br/>natus Dei ludit,<br/>Quod a mensa divitis<br/>neminem retrudit,<br/>Pro quo suum sanguinem<br/>pretiosum fudit;<br/>Peccat omnis igitur,<br/>qui vagum excludit.</p> |
|--|---|

Collect. ms. Stiriacense saec. 15. Cod. Stiriacen. L 26 [s. n.]. — 3, 3  
nutries. — 3, 6 fehlt eine Silbe; ebenso 4, 7 — Ein Vagantenlied.



270. De Duobus Gladiis.

1. Quondam duo gladii  
simul concordabant,  
Causas huius saeculi  
recte iudicabant;  
Maiores cum minimis  
Christum invocabant,  
Angelorum homines  
panem manducabant.
2. Omne mundi gaudium  
versum est in luctum,  
Semen iam agricolae  
parvum praebet fructum,  
Segetes et gramina,  
flores et vineta;  
Nihil iam in saeculo  
mente vivit laeta.
3. Deviat in ordine  
totum, quod movetur,  
Labitur, exoritur,  
viribus deletur,  
Stellae negant radios,  
aves adgravantur,  
Ferae tardant cursibus,  
nemora curvantur.
4. Nos purgavit crimine  
Christus passione,  
Iacet sua passio  
sub oblivione,  
Dixit ad discipulos:  
tunicas vendatis,  
Calceis et vestibus  
gladios ematis.
5. Magister et Domine,  
tunicas vendemus,  
Duos autem gladios  
nobiscum habemus. —  
Dixit ad discipulos:  
plures non quaeratis,  
Illos sub custodia  
vos retineatis.
6. Nobis duos gladios  
reliquit in signum:  
Spiritalem gladium,  
iustum et benignum,  
Posuit per ordinem,  
ut esset supremus,  
Saecularis gladius  
post illum extremus.
7. Isti duo gladii  
simul decreverunt,  
Et per cuncta saecula  
iura perierunt,  
Innocentem sanguinem  
omnes effuderunt,  
Plurimas sententias  
falsas produxerunt.
8. Heû, sponsa Domini,  
quomodo nunc sedes  
Carens omni gaudio,  
nudos habens pedes?  
Tuis es sponsalibus  
omnibus exuta,  
Speciosa facies  
lacrimis polluta.
9. Transeuntes per viam  
colaphis te caedunt,  
Verbis et operibus  
maxime te laedunt,  
Praelati cum laicis  
.....  
.....  
iura retrocedunt.
10. Iura specialia  
retrocedunt; quare?  
Saeculare brachium  
facit haec errare,  
Extra fores clerici  
iam prociuntur  
Et a cuncto populo  
nimis persequuntur.

11. Praelati, pontifices  
 poenas meruerunt,  
 Iudae sub officio  
 Christum vendiderunt,  
 Dona spiritalia  
 gratis non dederunt,  
 Super ipsos scandala  
 plurima venerunt.
12. Baculum pontifices  
 curvum deiecerunt,  
 Ad eorum brachia  
 lanceas emerunt,  
 Galeam pro infula  
 superposuerunt,  
 Casulam sanctissimam  
 loricam fecerunt.
13. Producent in pectore  
 clipeum pro stola,  
 Tempore novissimo  
 gravis erit mola.  
 Heü, sponsa Domini,  
 modo sedes sola,  
 Iura spiritalia  
 sordent quasi nola.
14. Surge, pater, caelitus,  
 vigila pro clero,  
 Si non surgis citius,  
 surgis nimis sero,  
 Praebe tuam dexteram  
 viris literatis,  
 Sedent iam in saeculo  
 linguis conseratis.
15. Nolunt hoc attendere  
 iudices terrarum,  
 Solent iam colligere  
 res ecclesiarum;  
 Tales, quos constituit  
 patres animarum,  
 Tenebris obtenebrant  
 regna tenebrarum.
16. Ordinant incendio  
 templa sacra Dei  
 Et in omni spolio  
 nolunt esse rei,  
 Raro praebent patribus  
 loca requiei,  
 Nunquam solent quaerere  
 „miserere mei“.
17. Iudicabit iudices  
 iudex generalis,  
 Nihil ibi proderit  
 dignitas papalis,  
 Sed foetorem sentiet  
 poenae gehennalis,  
 Sive sit episcopus  
 sive cardinalis.
18. Vestros, ait Dominus,  
 renes accingatis,  
 Hoc est sine dubio  
 zona castitatis,  
 Ac lucernam ardentem  
 manibus feratis  
 Et exemplum populis  
 bonum praebeatis.
19. Sacri vos presbyteri,  
 sacri vos prophetae,  
 Quod vobis paratum est,  
 regnum possidete,  
 Quod vobis paratum est,  
 sine metu metae,  
 Benedicti, Domino  
 semper congaudete.

Collect. ms. Stiriacense saec. 15. Cod. Stiriacen. L 26 [s. n.]. — 3, 7 tradant. — 4, 5 discipulis. — 5, 1 At ille Magister etc. — 15, 7 Tenebris et'na'. — 16, 7 Et nunquam. — 18, 3 sq. stehen hinter 18, 8. — 18, 5 Lucernam ardentem in. — Str. 17 bis Schluss sind entlehnt aus „Tempus acceptabile“ (Nr. 259).

271. *Carmen episcopi Brunonis invehentis contra papam.*

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Pater, fili, spiritus,<br/>Deus septiformis,<br/>Regum rex altissimus,<br/>Iesu, numquid dormis?<br/>Nonne mundum prospicis,<br/>quam nunc est enormis,<br/>Quot et quantis maculis<br/>factus est deformis?</p> <p>2. Papa pavor pauperum<br/>est [iam] diffinitus,<br/>In eo grammaticae<br/>perturbatur ritus,<br/>Nam qui fore debuit<br/>gratiae dativus,<br/>Factus est ecclesiae<br/>rerum ablativus.</p> <p>3. O subtilis logica,<br/>quid ad haec vis fari,<br/>Quae nos doces speciem<br/>non posse mutari?<br/>Nonne pastor ovium<br/>vult lupus vocari,<br/>Minare de cetero<br/>non vult, sed minari?</p> <p>4. O dulcis rhetorica,<br/>dole peritura,<br/>Tua iam simpliciter<br/>infringuntur iura,<br/>Decimam ecclesia<br/>iure receptura<br/>Sub tributo ponitur<br/>decimam datura.</p> | <p>5. Numquid et tu pateris,<br/>o geometria?<br/>Per papam indebite<br/>mensuratur via,<br/>Per quem in ecclesia<br/>fit haec simonia;<br/>Da succursum breviter,<br/>o Iesu Messia.</p> <p>6. Dolet arithmetica,<br/>quod ipsa gravetur,<br/>Quod docet, per numerum<br/>ut res ordinetur;<br/>Papa clerum numerat,<br/>ut non conservetur,<br/>Immo quod ecclesiae<br/>rebus spoliatur.</p> <p>7. Nonne doles, musica,<br/>prorsus depravata,<br/>Per clerum antiquitus<br/>dulciter prolata?<br/>Papa tibi nocuit<br/>decima rogata,<br/>Voce lacrimabili<br/>nunc es subplantata.</p> <p>8. Taceant astrologi<br/>amplius probare<br/>Solem astris ceteris<br/>lucem ministrare,<br/>Papa, sol ecclesiae,<br/>studet hoc falsare,<br/>Qui totam ecclesiam<br/>vult obtenebrare.</p> |
|--|--|

Collect. ms. Stiriacense saec. 15. Cod. Stiriacen. L 26 [s. n.]. — 1, 6  
qua nunc. — 2, 4 rivus. — 6, 1 arismetica. — Nicht ohne einige Lese-  
fehler in: Sitzungsberichte der Wiener Akademie der Wissenschaften LIV,  
313 u. f.

272. *Laudes Studii Scholaris.*

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Nemo valet congruis<br/>verbis explicare,<br/>Quam sit honorabile<br/>studium scholare,<br/>Quod videtur inelitos<br/>viros procreare,<br/>Qui solent ecclesiam<br/>Christi gubernare.</p> | <p>2. Schola primum docuit<br/>papam, cardinales,<br/>Schola saepe barbaros<br/>facit curiales,<br/>Ad honores provehit<br/>agrestes et rurales<br/>Et pagenses efficit<br/>gnaros et legales.</p> |
|--|--|

3. Otium scholasticum  
est negotiosum,  
Tale namque otium  
non est otiosum,  
Nam dat suo servulo  
munus speciosum  
Quem facit industrium  
et ingeniosum.
4. Septem artes liberales  
nullus unquam scivit,  
Nec donum sapientiae  
quisquam acquisivit,  
Qui non scholae limina  
primitus attrivit  
Et suos didascalos  
fideliter audit.
5. Qui iuvenis fideliter  
ad scholas properavit  
Et suam pronus ferulae  
cervicem subiugavit,  
Hunc fortuna saepius  
ad ardua levavit  
Et variis honoribus  
digne decoravit.
6. Multi, quos inglorii  
parentes genuere,  
Quia tamen fervide  
in scholis studuere,  
Cernuntur in sedibus  
altis residere  
Et honoris titulis  
splendide fulgere.
7. Canonici, presbyteri,  
praepositi, primates,  
Clerici, diaconi,  
priores et abbates  
Deo primum et post hoc  
scholae ferte grates,  
Quae vos fecit habiles  
ad hos dignitates.
8. Cum tot schola soleat  
viros parturire,  
Qui solent ecclesiam  
Christi redimire,  
Quis tam corde vacuus  
et tam mentis dirae  
Coetum hunc scholasticum  
poterit odire?
9. Coetus iste clauditur  
saeptis sive muris,  
Nec vagari sinitur  
ad amoena ruris,  
Sed ibi corripitur  
flagris saepe duris.  
Tantis laeta congruit  
immiscere curis.
10. Solet namque studium  
scholasticum gravare  
Hunc qui modum congruum  
nescit observare,  
Quare ludis placidis  
deceat inhiare  
Atque suo tempore  
solacii vacare.
11. Hic est dies iubili,  
quem tempore longaevo  
Statuit antiquitas,  
ut a ingo saevo  
Relaxentur paululum  
et a virgae naevo;  
Salve, festa dies  
toto venerabilis aevo.
12. Cum vos sitis itaque  
in statu dignitatis,  
Clara vos praeconia  
consequi sciatis;  
Si in arta clausula  
diu fatigatis,  
Emicet aerarium  
vestrae largitatis.

Cod. Sangallen. 656. add. saec. 15. A. — Clm. Monacen. (ol. Emmeramen.) 14529. saec. 15. B. — Collect. ms. Henrici Schedelii saec. 15. Clm. Monacen 237. C. — 2, 6 honestos agrestes et rurales A. — 3, 5 suo simili A. — 3, 6 pretiosum B. — 6, 3 sq. fehlen B. — 6, 4 in fehlt A. — 6, 7 honore A. — 7, 2 und 4 vertauscht BC. — 7, 5 post hunc C. — 7, 6

referte B. — 8, 1 solet B. — 8, 5 Qui tam A. — 8, 6 dirae mentis B. — 9, 6 saepe flagris saepe duris C. — 10, 3 congruum modum A. — 11, 4 ut fehlt A. — 11, 5 Scholares paululum relaxentur ABC. — 12, 1 itaque fehlt A. — Nach Str. 11 u. f. scheint das Lied für das Schülerfest des hl. Nicolaus gedichtet zu sein.

### 273. Dogmatile Puerorum.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Laus et honor pueris<br/>           solet evenire,<br/>           Qui dimittunt otia<br/>           et se student munire<br/>           Literis, scientiis,<br/>           quae nequeunt perire;<br/>           Ergo tu ad studium,<br/>           fili, debes ire.<br/>           Laus est quid scire,<br/>           laudem discendo require.</p>             | <p>5. Filius artificis<br/>           summi praesulatus<br/>           Acquirit officium,<br/>           si est literatus;<br/>           Fili, si quid scieris,<br/>           fies memoratus,<br/>           Scias, quod per literas<br/>           eris sublimatus,<br/>           Moribus ornatus<br/>           modica fit sorte beatus.</p>          |
| <p>2. Haec est ars egregia,<br/>           quae nunquam decrescit,<br/>           Sed cum suo domino<br/>           melius senescit,<br/>           Sensus enim remanet,<br/>           sed res evanescit,<br/>           Ars est rebus melior,<br/>           nam amitti nescit,<br/>           Perdere quam nescit<br/>           aliquid, nisi dum iuvenescit.</p> | <p>6. Si praeclarus subito<br/>           nondum potes esse,<br/>           Vix tibi stipendium<br/>           potest superesse,<br/>           Multae sunt ecclesiae,<br/>           quibus est necesse<br/>           Literati hominis,<br/>           his potes praeesse,<br/>           Donec de messe<br/>           tibi vult sors mitis adesse.</p> |
| <p>3. Ergo tibi iuveni<br/>           monita ministro:<br/>           Tu semper in omnibus<br/>           oboedi magistro,<br/>           Non ei tantummodo<br/>           sed eius ministro,<br/>           Multa bona capies<br/>           ex eius registro,<br/>           Si sua verba capis<br/>           recto, non corde sinistro.</p>                       | <p>7. Si te gravat forsitan<br/>           regimen scholarum,<br/>           Nam tibi de pueris<br/>           derivatur parum,<br/>           Accedas ad ordines,<br/>           si tibi sit carum<br/>           Adligatum vivere<br/>           curae animarum,<br/>           Utilitas quarum<br/>           fructum non reddit amarum.</p>            |
| <p>4. Disce, fili, literas<br/>           et vires earum,<br/>           Quia sine litera<br/>           homo valet parum,<br/>           Litera te faciet<br/>           genere praeclarum,<br/>           Omnibus amabilem<br/>           atque Deo carum,<br/>           Hortus cunctarum<br/>           fit litera deliciarum.</p>                                | <p>8. Si vero ecclesiam<br/>           non potes habere,<br/>           Cum praelato forsitan<br/>           poteris manere<br/>           Et vices presbyteri<br/>           secum adimplere,<br/>           Et ita te litera<br/>           non sinet egere;<br/>           Si bene vis legere,<br/>           fortunae munera quaere.</p>               |

9. Forte tu invenies  
    claustrum monachorum,  
Qui cantant devotius  
    et frequentant chorum;  
Si vis ita vivere,  
    ut est mos eorum,  
Cum his potes facere  
    bene tuum forum,  
Consilio quorum  
    acquires regna polorum.
10. Si vero non poteris  
    esse sub abbate  
Prae chori frequentia  
    et prae gravitate,  
Vade ad Templarios,  
    hi depellent a te  
Corporis penuriam  
    magna caritate;  
Sic ab egestate  
    te solvet litera, nate.
11. Si vero non poteris  
    ferre monachatum  
Propter mensam tenuem,  
    propter durum stratum,  
Quaeras, ubicunque vis,  
    tibi locum gratum,  
Claustrum regularium,  
    quod te det beatum;  
Litera semper habet  
    vestes panemque paratum.
12. Vel si tu totaliter  
    vis esse devotus  
Et a cura saeculi  
    omnino remotus,  
Ad Minores propera,  
    ubi fluit potus  
Spiritus paracliti  
    sanctis tantum notus,  
Quem bibit aegrotus  
    et erit mox crimine lotus.
13. Vel si vis corrigere  
    peccatorum mores,  
Te potes adiungere  
    ad praedicatores,  
Qui sunt in hoc saeculo  
    clericorum flores
- Atque reconciliant  
    Deo peccatores,  
Ipsos qui fugiunt,  
    nunquam comitantur ho-  
    nores.
14. Si vero non poteris  
    ferre tantam curam  
Propter tuam forsitan  
    debilem naturam,  
Adhuc docet litera  
    artem profuturam,  
Eleganter pingere  
    scilicet scripturam,  
Vitam securam  
    capiet scribendo figuram.
15. Si non habes oculos,  
    quod possis formare  
Literas, tunc studeas  
    plenius cantare,  
Canticis organicis  
    organa parare,  
Te per hoc officium  
    potes exaltare,  
Et bene solfare  
    discas post grammatizare.
16. Sed si voce careas,  
    non sis verecundus,  
Iura legis adeas  
    et esto facundus,  
De hoc exercitio  
    gaudet modo mundus  
Et suis cultoribus  
    reddit auri pondus,  
Quae si scire cupis,  
    grammatica sit tibi fundus.
17. Si vero grammaticam  
    nequis scire plene  
Defectu ingenii,  
    defectu crumenae,  
Horas et psalterium  
    discas valde bene;  
Scholas, si necesse est,  
    puellarum tene.  
Corporeae poenae  
    dat pondus litera lene.

18. Adhuc sunt officia  
fructuosa satis,  
Quae bene conveniunt  
parum literatis,  
Orare psalterium  
quia non fit gratis,  
Hoc opus exterminat  
onus paupertatis,  
Litera parva satis  
fructum dat officiat.

19. Si tibi penuria  
forte dat gravamen  
Et in nullo poteris  
habere iuvamen,  
Aliquam custodiam  
quaeras ad solamen;  
Multae sunt, quae maximum  
praestant sublevamen,  
Ubi custos dicere  
nescit plus quam „Amen“.

Cod. Guelfenbyteran. Helm. 1140 saec. 15. A. — Cod. Vindobonen 4117. saec. 15. A. — Cod. Berolinen. Arch. 8° 838. C. — Collect. ms. Campen. saec. 14/15. Cod. Vindobonen. 888. D. — Collect. ms. SS. Udalrici et Afrae saec. 15. Clm. Monacen. 4428. E.

1, 3 omittunt vitia CDE. — 1, 4 et fehlt A; se fehlt B; et solent se D. — 1, 5 Litera, scientia B; Literis, scientia E. — 1, 6 quae nequit perire ADE. — 1, 9 sq. fehlen BC. — 1, 9 Et laus quid A; Est laus quid D. — 2, 1 ars scientiae A. — 2, 4 potius marcescit C. — 2, 5 remonet E. — 2, 6 nam nos manescit E. — 2, 7 sq. fehlen A. — 2, 8 omitti E; nam dicto perdi nescit B. — 2, 9 sq. fehlen C. — 2, 10 aliquis fehlt A; aliquis dum vinescit E. — 3, 5 sq. fehlen C. — 3, 7 capias E. — 3, 9 sq. fehlen C. — 3, 9 verba tenes E. — 3, 10 recte AB. — 4, 4 valet homo DE. — 4, 6 facie praeclarum D. — 4, 7 omnibus affinibus B. — 4, 9 Decus cunctarum ABC. — 5, 2 summo C; summe E. — 5, 3 Acquirat D. — 5, 4 si sit CDE. — 5, 6 fis morigeratus BC; sis morigeratus DE. — 5, 8 exaltatus D. — 5, 10 modico E; subito fit D. — 6, 1 praelatus E. — 6, 1–5 fehlen D. — 6, 2 possis E; tu non potes C. — 6, 3 sq. fehlen C. — 6, 6 sunt necesse B. — 6, 7 homines BE. — 6, 8 personam praeesse D. — 6, 9 sq. fehlen D; dafür: Et tibi stipendium non potest deesse E. — 7, 3 a pueris D; Tibi non de pueris B. — 7, 4 donatur parum E. — 7, 5 ordinem D. — 7, 7 Allegatim A. — 7, 8 Curas A; curis E. — 7, 9 sq. fehlen D. — 7, 9 Utilitas fructum AB; harum C. — 7, 10 cunctis non reddit AB. — 8, 1 Si tamen B; Si forsitan D. — 8, 2 poteris E. — 8, 3 Cum praelato poteris D. — 8, 4 forsitan manere D. — 8, 5 vicem A; Ad vitam E. — 8, 7 Itaque te litera D. — 8, 8 sinit BD. — 9, 1 Forsitan invenies D. — 9, 2 claustra A. — 9, 3 cantas B. — 9, 4 frequentas B. — 9, 5 sq. und 9, 7 sq. umgestellt B. — 9, 5 Et si tu vis vivere C. — 9, 6 mos est E. — 9, 7 sq. fehlen D. — 9, 10 inquiris A; requires E. — 10, 1 Quodsi tibi sit grave B; Si tibi sit grave E. — 10, 3 Pro BE. — 10, 4 pro BE. — 10, 5 Vadas BE; ad cruciferes E; I ad hospitarios D. — 10, 6 depellant A; depellant B. — 10, 8 largitate B. — Str. 10 und 11 umgestellt BDE. — 11, 1 Si tamen non B; Forte si non poteris D; Si tu non poteris E. — 11, 4 et propter B; et ob durum D. — 11, 6 locum tibi BE. — 11, 8 dat A. — 11, 10 panem quoque D. — Str. 12 und 13 umgestellt BE. — 12, 1 tu fehlt B; Ut [lies At] si D. — 12, 1 sq. tu vis totaliter E. — 12, 4 omnimode remotus B; omnino semotus C; modo semotus E. — 12, 5 ad Nudatos DE; properes B. — 12, 6 ubi spirat totus D. — 12, 7 paraclitus D. — 12, 8 sanctis bene notus D; sanctitate totus A; sanctis tantum votis B. — 12, 9 Quilibet aegrotus D. — 12, 10 et mox erit E; erit illo [1: illico] crimine lotus D. — 13, 1 Sed si tu vis peccatorum B; Et [1: At] si vis D; Si vis arguere E. — 13, 2 corrigere mores B. — 13, 3 Poteris adiungere A; Te licet adiungere B; Debes te adiungere DE. — 13, 5 Hi sunt B; in hoc tempore E. — 13, 7 conciliant B. — 13, 9 Isti quos fugiunt E. — 13, 10 mundi comitantur D; mundanos honores E. — 14, 1 potes B; Et [1: At] si tu non poteris E. — 14, 2 tantam ferre B. — 14, 3 tuam debilem B. — 14, 4 forsitan naturam B. — 14, 5 solet litera D. — 14, 6 prefecturam B. —

14, 7 *Elementa pingere* AE; *Elementa scribere* D. — 14, 8 *fili tu scripturam* B; *solet scripturam* D. — Nach Str. 14 schiebt A folgende manke Strophe ein:

Haec ars est egregia, quae satis decorat,  
 Qui scit bene scribere, pretium implorat  
 Acquirens cum pretio, quod gens hunc honorat.  
 Quod petit, implorat, bene qui scribendo laborat.

15, 1 *oculos* fehlt D. — 15, 2 *posses tu formare* B; *quod potes formare* D. — 15, 3 *Literas tu studeas* B; *Tunc studebis cantica* D. — 15, 4 *dulcissimus cantare* B. — 15, 6 *praeparare* B. — 15, 7 *Hoc te per* B. — 15, 8 *possis* D. — 15, 9 *solfisare* AB; *solmare* E; *cantare* D. — 15, 10 *per* DE. — 16, 1 *Et si* A; *Quod si* D. — 16, 3 *leges* D; *Nam leges* E; *Vita lege audias* B. — 16, 4 *esto et* B. — 16, 5 sq. fehlen B. — 16, 7 *custodibus* B. — 16, 8 *reddit uni pondus* B; *anni pondus* E. — 16, 9 *Quae* fehlt E; *Quod si* DE; *Quae iura si cupias* A. — 16, 10 *scire sit tibi gratia fundus* A. — 17, 1 *Si vero tantam gratiam* B. — 17, 2 *bene* BE; *scire nescis plene* A; *nequeas habere* D. — 17, 4 *defectuque* D. — 17, 8 *puerorum* B. — 17, 9 *Corpore te plene* D. — 18, 3 sq. fehlen D. — 18, 5 *Legere psalterium* B; *Ligare psalterium* DE. — 18, 6 *cui non fit* A; *quod non facis* B; *quod non fit* E; *quia non est gratis* D. — 18, 7 *opus exercere* B. — 18, 8 *pondus paupertatis* B. — 18, 10 *multum dat* AB; *victum dat* D. — 19, 1 *penuries* E. — 19, 2 *ferre dat* D. — 19, 3 sq. fehlen ACDE. — 19, 5 sq. und 7 sq. umgestellt B. — 19, 6 *consolamen* B. — 19, 7 *maxime* AE. — 19, 9 *Ubi custos nihil scit* C; *Unde custos dicere* D. — 19, 10 *nisi Amen* AE. — In D folgt noch:

*Ethica Ludolphi* fine iam modesto  
 Gaudet scribi, sed tamen a viro honesto.  
*Moralitas* (recta) praetacta scribitur in anno  
 Domini millesimo ter centum, ut in panno  
 Vili erat volutus Christus, Dei summi  
 Filius, tricesimo nono simul [l: stilo?] plumbi  
 Committebatur scripturae ethica praedicta  
 (D)a nativitate(m) Christo(!) primitus depicta.

Ob sich diese Verse auf obiges Gedicht beziehen und dies den Titel *Ethica Ludolphi* führte? Dogmatile puerorum nennt es Cod. Guelfenbyteran. 212 (Helm. 185). — Nach Str. 10, 5 entstand das Lied zur Zeit des Templerordens; der Reim *mundus* u. *pondus* (Str. 16, 6 u. 8) weist auf einen französischen Dichter.

#### 274. Status Clericalis aliis praeferendus.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Vide fabrum, fili mi,<br/>         quomodo sit pictus<br/>         In vultu carbonibus,<br/>         viliter amictus,<br/>         Nam de die in diem<br/>         sudat propter ictus,<br/>         Ut sit ei modicus<br/>         et non lautus victus.</p> <p>2. Vide carpentarium,<br/>         qualiter intentus<br/>         Sit labori manuum,<br/>         prout dat iuventus;<br/>         Nil valet in senio,<br/>         quia tunc est lentus,<br/>         Et tunc lucrum deperit<br/>         ei quasi ventus.</p> | <p>3. Videas pellificem<br/>         male coloratum,<br/>         Fere prae vigiliis<br/>         oculis orbatum,<br/>         Nunquam habet requiem,<br/>         nisi super stratum,<br/>         Dum quiescit modicum,<br/>         dicit se beatum.</p> <p>4. Sutoremque videas,<br/>         qualiter sit unctus,<br/>         Manibus et pollice<br/>         saepe male punctus,<br/>         Soccis atque subulis<br/>         tota die iunctus,<br/>         Apparet in facie<br/>         quasi sit defunctus.</p> |
|--|--|



5. Licet satis utiles  
 mundo sint textores,  
 Sunt tamen hominibus  
 cunctis viliores,  
 Quamvis lucrum habeant,  
 non tamen honores,  
 Nam corrupti furfures  
 propinant livores.
6. Mercatores videas,  
 quali cum labore  
 Vivunt, ut familiae  
 praesint cum honore,  
 Undas maris transvolant  
 magno cum timore,  
 Ubi res et corpora  
 perdunt cum dolore.
7. Piscatoras videas,  
 qualiter in mari  
 Et in aquis aliis  
 solent naufragari,  
 Arte cum laboribus  
 vix queunt ditari,  
 Quorum, dum nil capiunt,  
 dies sunt amari.
8. Vide tabernarios  
 nequiter viventes,  
 Ipsi sunt divitias  
 male possidentes,  
 Ad aeterna gaudia  
 non adponunt mentes,  
 Sed per mundi spatia  
 sic defraudant gentes.
9. Laborare proprium  
 est agricolarum,  
 Quamvis bonum opus sit,  
 tamen est amarum  
 Fame, siti, frigore,  
 aestu pluviarum,  
 De quorum miseriis  
 non est loqui parum.
10. Vide, fili, comites  
 et barones terrae,  
 Qui semper in armis sunt,  
 quod est durum ferre,  
 Et semper conveniunt  
 interesse guerrae,  
 Hanc autem miseriam  
 dolor est referre.
11. Vide, fili, clericos  
 purpura splendentes,  
 Ipsi sunt divitias  
 vere possidentes,  
 Ad dolores aliquos  
 non adponunt mentes,  
 Ipsi cantant altius  
 nummos possidentes.
12. Dum matronae veniunt  
 ad altare fientes,  
 Ipsi possunt inopes  
 iuvare parentes,  
 Ipsi sacrificia  
 sunt suscipientes,  
 Sunt, qui fiunt clerici,  
 vere sapientes.

Cod. Guelfenbyteran. Helmstadien. 1140. saec. 15. A. — Collect. ms. Campen. saec. 14/15. Cod. Palat. Vindobonen. 883. B. — Cod. Palat. Vindobonen. (ol. Lunaelacen.) 4117. saec. 15. C. — Collect. ms. SS. Udalrici et Afrae saec. 15. Clm. Monacen. 4428. D.

1, 1 fili mi fabrum A. — 1, 2 depictus A. — 1, 5 In incude feriens A; Suadet[!] ut feriat B; Quot in die feria D. — 1, 6 sudat miser ictus A; sudet miser ictus D; in die mille ictus B. — 1, 7 fehlt A; Ut vitae suae modicos B; Ut non sit modicus D. — 1, 8 fehlt A; sibi quaerat victus B; et plane victus D. — Nach Str. 1 schiebt B ein:

Pistor in ecclesia nunquam Deum orat,  
 Sed in foro continue multum laborat,  
 Illi rara requies, nisi sit in thoro,  
 Si sic salvat animam, timidus ignoro,

2, 4 prout dat eventus C; brachiis intentus B. — 2, 5 in semine B; ingenio D. — 2, 7 fehlt A; Et ei tunc deperit B. — 2, 8 fehlt A; lucrum quasi ventus B. — Nach Str. 2 schiebt B ein:

Lapididam pluribus vide fatigatum  
 Manibus et cruribus, dorso incurvatum,  
 Similem pecoribus vultu inclinatum,  
 Caementis et pulveribus semper maculatum.

Str. 3 und 4 umgestellt D. — 3, 2 gloriatum D. — 3, 4 privatum C; turbatum B. — 3, 5 habens B. — 3, 7 Cum A. — 3, 8 se dicit esse beatum C. — 4, 1 Sutorem considera BD. — 4, 3 pollicis D; Manibus et facie AB. — 4, 4 et licet sit functus B. — 4, 5 fehlt B; Pici atque sotulae D; vetis atque subula C. — 4, 6 fehlt B. — 4, 7 Apparens A; Ipsius officio B. — 4, 8 tamen est defunctus B. — 5, 1 Unde [1: vide] licet utiles C. — 5, 5 Lurum quamvis CD. — 5, 6 non habent honores D. — 5, 7 Corruptis forcibus C; Nam corrupto furfure B; Sed ut corrupti spurii D. — 5, 8 propinant odores BD. — 6, 6 cum dolore C. — 6, 7 res cum corpore C. — 6, 8 cum horrore C. — Str. 6 fehlt B; steht hinter Str. 9 CD; beide haben statt dessen hoc loco;

B: Arte de carnificum parum est dicendum;  
 Illi quasi toti sunt (ad) prompti ad edendum,  
 Cibum parant populo et dant ad emendum,  
 Quod sic salvant animam, satis est timendum.

C: Arte [de] carnificum parum est dicendum;  
 Isti quasi famulo dant ad comedendum  
 Et currunt per campos, quod bene est sciendum,  
 Infecti pinguedine, cum stant ad vendendum;  
 Istorum de anima valde est timendum.

D: Arte de carnificum parum est dicendum;  
 Isti quasi toti sunt qui ad comedendum,  
 Bene parant populo et dant ad emendum,  
 Quod sic vendunt animas, satis est timendum.

Str. 7 fehlt B. — 7, 3 Et in aquis saepius A. — 7, 4 studes naufragari C. — 7, 5 Arte et C; Arte nec labori D. — 7, 6 nequeunt ditari CD. — 7, 7 nil dum A; Quorum dum meridies D. — 7, 8 sunt satis amari D. — Str. 8 und 9 umgestellt D. — Str. 8 fehlt AB. — 8, 1 tribunalibus C. — 8, 3 conquientes D. — 8, 4 praemia D. — 9, 3 Quamvis opus semine B; Quod opus sit fructuum C; Licet opus b. s. D. — 9, 4 his tamen est B. — 9, 5 sq. fehlen AB. — 9, 6 aestu poenarum D. — 9, 7 fehlt A; De eorum miseria B. — 9, 8 fehlt A; non licet fari parum B. — 10, 1 Videas et comites B; Videas et milites CD. — 10, 2 militesque terrae B; nobilesque terrae CD. — 10, 3 sqq. fehlen B. — 10, 3 Quod semper A. — 10, 4 dolor est referre CD. — 10, 5 Istis semper convenit C; Ipsi bene conveniunt D. — 10, 6 litesque et guerrae D. — 10, 7 De quorum iniustitiis C; De quorum miseriis D. — 10, 8 dolor est referre CD. — 11, 1 sq. fehlen B. — 11, 3 delicias B. — 11, 4 recte D. — 11, 5 Ad dolores alios A; Ad laborem aliquem D. — 11, 5 sqq. fehlen B. — 11, 7 sq. Sunt, qui fiunt clerici, vere sapientes CD. — Str. 12 fehlt BCD. — Das Gedicht bildet in AD ein eigenes Stück; ist in C angehängt an „Laus et honor pueris“ (Nr. 273) und in B mit letzterem zusammen an die Ethica Ludolphi.

## 275. Proverbia.

1. Ampulla vitrea  
 Sub mole saxea  
 Cito confringitur;  
 Et per convicia  
 Impatentia  
 Bene perpenditur.

2. Si desit stimulus,  
 Non vadit asinus  
 Pressus pigritia;  
 Cedat correctio,  
 Semper in otio  
 Est pueritia.

3. Si tuba canitur,  
Cervus revertitur  
    Expectans catulos;  
Quae mors est animae,  
Laus vera minime  
    Delectat populos.
4. Mus leve capitur,  
Quod semper utitur  
    Uno refugio;  
Leve decipitur,  
Qui semper utitur  
    Uno consilio.
5. Ovis in frigore  
Posito vellere  
    Leniter moritur;  
Et si post studium  
Succedit otium,  
    Labor amittitur.
6. Post mortem socii  
Non nubit alii  
    Turtur, sed moritur;  
Sic amicitia  
Fida per omnia  
    Nunquam dissolvitur.
7. Stridor hirundinum  
Quietem hominum  
    Turbat et somnium;  
Stulta loquacitas,  
Si frenum adimas,  
    Turbat collegium.
8. Qui pomum viride  
Carpit improvide,  
    Maturum negligit;  
Carebit praemio  
Pro beneficio,  
    Qui laudes diligit.
9. Sic pullos alios  
Nutrit ut proprios  
    Columbae bonitas;  
Congaudet prosperis,  
Condolet asperis  
    Proximi caritas.
10. Quisquis ad citharam  
Instruit asinam,  
    Hostis est fidium;  
Qui stulto praedicat,  
Hic sibi vindicat  
    Risum et taedium.
11. Sabulum seminat  
Fur, ut aes audiat,  
    Quod nequit cernere;  
Et per convicia  
Mordet invidia,  
    Quos nequit caedere.
12. Si furem redimis  
Et mortem adimis,  
    Acquiris odium;  
Et si servieris,  
Quem nequam noveris,  
    Non dabit praemium.
13. Volens evadere  
Non timet scindere  
    Castor virilia;  
Nec timet tollere  
Fluxuma corpore  
    Quaerens caelestia.
14. Vaspo panniculis  
Fit api similis,  
    Sed non mellifera;  
Sic foris fertilis,  
Sed intus sterilis  
    Omnis hypocrita.
15. Si panem sedulo  
Dederis catulo,  
    Te semper sequitur;  
Sic fur stultissimi  
Leniter proximi  
    Domum ingreditur.

276. De Fraude Mulierum.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Dicat nobis primus homo,<br>Qui deceptus est in pomo:<br>Sum eiectus Dei domo;             | 6. Tonsis pilis defraudatus,<br>Sum per hostes excaecatus,<br>Aede fractus et necatus. |
| 2. Uxor mea me fraudavit,<br>Paradiso me privavit,<br>Quando pomum praesentavit.              | 7. Numquid David, rex propheta,<br>Castitate rupit spreta<br>Leges Dei et decreta?     |
| 3. Dic tu, Loth dilecte, verum,<br>Quanta fraus sit mulierum.<br>Heu, deceptus sum per merum; | 8. Patet teste Salomone:<br>Mulieres raro bonae<br>Plenaeque deceptione.               |
| 4. Me delusit nata mea,<br>Nam induxit fraudis rea<br>Commisceri me cum ea.                   | 9. Mulierum contra tela<br>Sume fugam pro medela,<br>Tutior non est [cautela].         |
| 5. Dic tu, Samson, et fateri,<br>Quid sentis de muliere?<br>Sum per eam lapsus vere;          | 10. Heu, pro certo scio verum,<br>Mille fraudes mulierum,<br>Sumo testem totum clerum. |
11. Mulieres sunt loquaces,  
De natura sunt nugaces,  
Sed de more sunt fallaces.


Collect. ms. Campen. saec. 14/15. Cod. Palat. Vindobonen. 883. — Vielleicht ging eine einleitende Strophe voraus.

277. De Corvo s. Vincentii.

1. Hispalis orbe sub occiduo  
Limine vergitur exiguo,  
Obtinet haec sibi regna duo,  
Nomine sed spoliata suo  
Prodigio nitet assiduo.
2. Urbs igitur simul et patria  
Aequivoce nova Sybilia  
Ultima dicitur Hesperia,  
Pro deitate colens varia  
Sacrilega prece daemonia.
3. Hac tamen in regione Deus,  
Quem colimus, pater aethereus,  
Quae facit utpote basileus,  
Si taceam, reor esse reus;  
O placeat sibi sermo meus.
4. Cella procul bidui spatio  
A populi manet hospitio,  
Sancta monastica religio  
Degit in hac velut exsilio  
Nullius indiget auxilio.

5. Sola Deo vacat haec eremus,  
Fert scopulos aridumque nemus,  
Mons supereminet aerius,  
Oceanum videt inferius,  
Nil monachis libet exterius.
6. Mons etiam capit ecclesiam  
Inter utrumque decus mediam,  
Claustra decoris habent faciem,  
Cuncta boni retinent speciem  
Et specietenus almitiem.
7. Hic Vincentius armipotens,  
Cui Dominus Deus omnipotens  
Vincere carnifices tribuit,  
Lipsana dum sua deposuit,  
Nobilius caput exposuit.
8. Post rabiem canis indomiti,  
Post diadema datum capiti,  
Militis illius emeriti  
Membra Valentia promeruit,  
Huc deitas caput applicuit.
9. Audiat orbis et omnis homo  
De placita tibi, Christe, domo,  
Quale decus sibi contuleris,  
Quam sibi dapsilis exstiteris,  
Muneris id cui praestiteris.
10. Audiat hoc pius et stupeat,  
Noverit impius et doleat,  
Vel Dacianus id invideat,  
Quid Vincentius exhibeat,  
Quid caput illius obtineat.
11. Novimus hic Satanae famulus  
Nequitiaeque suae cumulus  
Quod validum Domini pugilem  
Vincere non potuit vigilem,  
Aeris istius visibilem.
12. Laniat hunc, cremat et perimit,  
Supplicium neque mors redimit;  
Est modicum, quia sic moritur,  
Rursus eum lupus aggreditur,  
Membra per aequora persequitur.
13. Mergitur altius in pelagus,  
Erret ut amodo fluctivagus,  
Et mare praebuit officium,  
Unda fuit leve navigium,  
Litus ei parat hospitium.

14. Interea Deus eximias  
Servat ab aethere reliquias,  
Corvus adest, facit exsequias,  
Hinc abigit volucres alias  
Necne feris movet insidias.
15. Excubat ales et obsequitur,  
Stat lugubris, quia compatitur,  
Esse nefas putat illicitum  
Tale relinquere depositum,  
Dum foret ordine compositum.
16. Mira referre coram videor,  
Miror et ipse, coram fateor,  
Martyris ad caput ambrosium  
Corvus adhuc regit officium  
Ut venerabile mancipium.
17. Quodque bonum dominum sequitur  
Atque fideliter obsequitur,  
Quam bona praemia consequitur,  
Deliciis domini fruitur,  
Non senuit nec adhuc moritur.
18. In patris ergo monasterio  
Non sedet absque ministerio,  
Credimus illius imperio,  
Qui per avem similem vario,  
Helia, te fovet edulio.
19. Ad quod opus satis angelicum,  
Saecla per omnia glorificum,  
Ne sit ei grave, vel modicum,  
Sanctus ei levat officium,  
Namque parem dedit ac socium.
20. Nunc igitur, quid agat volucris,  
Audiat orbis amans alacris.  
Mane quidem seu diluculo  
Impiger excutitur loculo  
Cum pare vel potius famulo.
21. Prodit uterque monasterio  
Veridico satis augurio,  
Sancta vacat schola psalterio,  
Hi peragrant agili studio,  
Quanta subest eremi regio.
22. Si peregrinus amore Dei  
Atque calore suae fidei  
Ad capitis thalamum rosei  
Dona ferat precis aut otei,  
En, veniunt clamulantur



23. Non alios laqueos adeunt,  
Qui loca devia praetereunt,  
Sed facies hominum fugiunt,  
Agmina perfida despiciunt  
Deque fidelibus excipiunt.
24. Hos igitur sibi conciliant  
Hisque sagaciter adpropriant,  
Partibus ex quibus adveniant,  
Qui cruce salvifica radiant  
Martyris ac meritis inhiant.
25. Et quia nulla notabiliter  
Pervia semita signat iter,  
Fertur enim quod et in propriam  
Plurima tollit arena viam,  
Qualiter aura movet Lybiam,
26. Alter eis alacris facie  
Angelica velut in specie  
Iungitur et volitans leviter  
Sponte piger graditur pariter  
Praevius aut bene dictat iter.
27. Mittitur alter ad ecclesiam,  
Accelerat magis ille viam,  
Qui veniens sedet in solio  
Et facili satis indicio  
De solito monet hospitio.
28. Ilicet ille sacer cuneus  
Hospes adest, quibus ipse Deus  
.....  
Alitis huius ad auspiciam  
Non adhibent breve scrutinium.
29. Quisque libens animo properat,  
Quo sua munia prima gerat,  
Qui det aquam frigidam manibus,  
Qui calidam laceris pedibus,  
Qui calices ferat hospitibus.
30. Ad mare curritur interea,  
Gaza requiritur aequorea,  
Ut venientibus hinc agapes,  
Hinc valeant adhibere dapes,  
Quomodo mellificatis apes.
31. Nil minus abnegat oceanum,  
Fit melius super Eridanum,  
Praeda libens venit ad calamum,  
Novit amatque replere manum  
Piscis et ipse requirit hamum.

32. O satis et super egregia,  
O nimis inclita prodigia,  
Quot Deus advehit huc famulos,  
Tot tribuat mare pisciculos  
Iuxta pares hominum titulos.

33. Non magis et minus accipiunt,  
Retia mittere qui veniunt,  
Quam venientibus eveniunt,  
Nam numerum numeri inveniunt  
Votaque consona proveniunt.

Cod. Duacen. (ol. Marchianen.) 362. saec. 12. — Unvollständig.

### 278. Proteus.

1. Proteüs hic sapiat,  
non quod scripto [prodo],  
Varias sententias  
hic quia corrodo,  
Proteüs in formulas  
quo se vertat modo.  
Quo teneam vultus  
mutantem Protea nodo?
2. Humilis cum servuli  
de statu deponor,  
Praepotentis Domini  
gloria coronor,  
Pluris mihi pretii  
quam res constat honor,  
Et mihi res, non me  
rebus subiungere conor.
3. Hoc experientia  
larga doctus scivi,  
Quod cum prae stultitia  
certant reges divi,  
Sentiant incommoda  
populi declivi;  
Quidquid delirant  
reges, plectuntur Achivi.
4. Nescio, quid agere  
nos simus parati,  
Quo possimus vivere  
merito beati  
Uti prisco tempore  
viri approbati;  
Nos numerus sumus,  
fruges consumere nati.
5. Frequentare turpia  
qui nimis assuescit,  
Sic illius anima  
revera sordescit,  
Veri quod notitias  
subintrare nescit;  
Sincerum est nisi vas,  
quodcumque infundis, acescit.
6. Tuus quando socius  
unus fit de primis,  
Atque tibi locus  
remanet inimis,  
Inde tuus animus  
non turbetur nimis,  
Invidus alterius  
rebus marcescit opimis.
7. Quando cessas agere  
commissa priora,  
Et totum te flectere  
vis ad meliora,  
Noli bona linquere,  
si sors sit in mora,  
Grata superveniet,  
quae non sperabitur, hora.
8. Aere quando loculi  
mei sunt imbuti  
Nec sunt unquam patuli  
mihi vel minuti,  
Ad quid prosunt corpori  
mentisve salutis?  
Quid mihi fortuna,  
si nod conceditur uti?



9. Conspicis ut poculo  
vini me refertum,  
Ne mireris illico,  
os quod sit apertum  
Meum et plus solito  
se dicit expertum;  
Fecundi calices  
quem non fecere disertum?
10. Cum patrem familias  
te videmus entem,  
Et monstrare cupias  
ita te prudentem,  
Ut per ullum nequeas  
falli servientem,  
Atria servantem  
postico falle clientem.
11. Quid mirum, quod alius  
hunc tibi praeponat,  
Cuius bursa nummulis  
plus quam tua sonat?  
Nam vulgus divitiis  
deditum coronat,  
Et genus et formam  
regina pecunia donat.
12. Qui possessionibus  
multis est intrusus,  
Ipsis uti nescius,  
magis est illusus,  
Quam quem largum funditus  
matris nutrit fusus,  
Pauper enim non est,  
cui rerum suppetit usus.
13. Criminum qui sordibus  
est imbutus dudum,  
Ab ipsis se protinus  
nisi reddit nudum,  
Ipsum iure possumus  
reputare crudum,  
Nec lusisse pudet,  
sed non incidere ludum.
14. Coronatur merito  
bonitatis flore,  
Qui abhorret ideo  
pravo frui more
- Nec virtutis nitido  
fulgeat splendore,  
Oderunt peccare boni  
virtutis amore.
15. Cui detur gratia  
operandi bene,  
Nunquam cesset talia  
perpetrare plene,  
Ni laedentis verbera  
sentiat habere;  
Oderunt peccare mali  
formidine poenae.
16. Vir perfectus reputat  
numen tam severum,  
Pro ipso quod deserat  
profiteri verum,  
Et mortis immineat  
si virus austerum,  
Hoc sentit „moriar“;  
mors ultra limina rerum.
17. Nulli laudis nimium  
impendas honorem,  
Ne, si mutet optimum  
operum colorem,  
Per quod apud populum  
amittit favorem,  
Incutiant aliena tibi  
peccata pudorem.
18. Tua cum vicinia  
foras suum lar det,  
Sic ut eius flammula  
damnum tibi par det,  
Tua ne industria  
vigilare tardet,  
Nam tua res agitur,  
paries dum proximus ardet.
19. Luxu cum te fervido  
accensum sentires,  
Deceret, ut ilico  
prudentem adires,  
Cuius te consilio  
emendare scires,  
Nam neglecta solent  
incendia sumere vires.

20. Non concordant homines  
 turpes et formosi  
 Nec prorsus ignobiles  
 atque generosi  
 Neque pusillamines  
 nec non animosi,  
 Oderunt hilarem  
 tristes tristemque iocosi.
21. Liberalis socius  
 cum dicit, propina,  
 Nam dum meus stomachus  
 sentit bona vina,  
 Non eget alterius  
 rei medicina,  
 Alter rixatur  
 de lana saepe caprina.
22. Dum per loca varia  
 vagantes discurrunt,  
 Illis nova plurima  
 in viis occurrunt,  
 Meliora studia  
 raro sed incurrunt,  
 Caelum non animum  
 mutant qui trans mare cur-  
 runt.
23. Voce rudis canere  
 nititur ut gallus  
 Vultque libros legere  
 durus quis nec callus,  
 Rusticus et quaerere,  
 quid prosit corallus,  
 Optat ephippia bos,  
 piger optat arare caballus!
24. Non decet ut clericus  
 saevum tollat Martem,  
 Nec ut miles strenuus  
 libri discat partem,

Sed decet his legibus  
 ambos ut coartem:  
 Quam scit uterque, libens,  
 censebo, exerceat artem

25. Cumulant id singuli  
 ut ignem vis flabri  
 Artium didascoli  
 motu sui labri,  
 Sucum quod est veluti  
 curam membri scabri,  
 Promittunt medici,  
 tractant fabrilia fabri.
26. Ludis, gulae vitiis  
 qui sat adhaesisti  
 Tempore, quo iuvenis  
 recens floruisti  
 Nec aetatis fragilis  
 limen attigisti,  
 Lusisti satis, edisti  
 satis atque bibisti.
27. Animo te lacrimis  
 dare debes udum  
 Ac acerbis virgulis  
 caedere te nudum  
 Pro peccatis singulis,  
 quae gessisti dudum,  
 Et tempestivum  
 pueris concedere ludum.
28. Ex dictis Horatii  
 possent ampliora  
 Paradoxa colligi,  
 si daretur hora,  
 Sed quia fastidii  
 mater exstat mora,  
 Ergo legas grana,  
 quae noveris utiliora.

Collect. ms. Campense saec. 13/14. Cod. Vindobonen. 883. — Die Schluss-  
 hexameter der Strophen sind Entlehnungen aus Horaz: 1, 7 sq. Ep. I  
 1, 90. — 2, 7 sq. Ep. I 1, 19. — 3, 7 sq. Ep. I 2, 14. — 4, 7 sq. Ep. I  
 2, 27; 5, 7 sq. Ep. I 2, 54. — 6, 7 sq. Ep. I 2, 57. — 7, 7 sq. Ep. I  
 4, 14. — 8, 7 sq. Ep. I 5, 12. — 9, 7 sq. Ep. I 5, 19. — 10, 7 sq. Ep. I  
 5, 31. — 11, 7 sq. Ep. I 6, 37. — 12, 7 sq. Ep. I 12, 4. — 13, 7 sq. Ep. I  
 14, 36. — 14, 7 sq. Ep. I 16, 52. — 15, 7 sq. Ep. I 16, 53. — 16, 7 sq. Ep. I  
 16, 79. — 17, 7 sq. Ep. I 18, 77. — 18, 7 sq. Ep. I 18, 84. — 19, 7 sq.  
 Ep. I 18, 85. — 20, 7 sq. I 18, 89. — 21, 7 sq. Ep. I 18, 15. — 22, 7 sq.  
 Ep. I 11, 27. — 23, 7 sq. Ep. I 14, 43. — 24, 7 sq. Ep. I 14, 44. — 25, 7 sq.  
 Ep. II 1, 116. — 26, 7 sq. Ep. II 2, 214. — 27, 7 sq. Ep. II 2, 142. — 1, 1  
 huic. — 12, 5 Quam qui. — 14, 5 virtutes. — 19, 3 Diceret.

279. Philomela.

1. Aurea frequenter lingua  
in sublimi aethera  
Tinniboat atque strepat,  
agmina angelica  
Iugi voce regem laudant  
regnantem in saecula.
2. Clara sonant circumcirca  
organa cum cantica,  
Illuc melos nova tuba  
plaudet vox harmonia,  
Civitas sancta superna,  
micant luminaria,
3. Cum non cesset operata  
absque Dei opera  
Creans sphaera et in ipsa  
sidera lucentia,  
Separavit fundamenta  
arida ab aequora.
4. Omnia creavit simul  
cum summa potentia,  
Ad honorem plasma sua  
quae fecit in saecula,  
Volucres et universa  
sub caelo reptilia.
5. Pulcher valet ver in silva,  
florigera tempora,  
Quando humus fert herbarum  
copia titanica,  
Vernat silva frondosarum  
species virentia.
6. Ibi cantant tunc caterva  
volucrum lustrantia,  
Ex quarum una plus manet  
corporis exigua,  
Nomen clara ac robusta  
philomela nuncupat.
7. Saliendo nemorosa  
petit alta haec silva,  
Dies *φιλι* titubando  
arborum cacumina,  
Nocte nunquam cessat, densa  
clangit arenientia.
8. Prolixa, non rauca, mittit  
voce saepe sibila,  
Plura canit vi cantando  
follium pro stipula,  
Gliscit mirabilis membra  
ludens menia carmina.
9. „Ozi“, parva, cur non cessas  
clangere, avicula?  
Aestimas nunc superare  
omni arte musica,  
Aut quid cum lyra contemnis  
dulcissima sonora?
10. Ultra vires ioca cuncta  
luctas tympanistria,  
Te auscultant vigilando,  
regalis insignia  
Laudat procerum caterva  
tua plura antea.
11. Cessa, cessa fatigando  
lassata iam buccula,  
Quia premis dormizantes  
clam iugiter nausea,  
Omni hora pro quid canis  
digna, ovas sidera!
12. Misera, infelix illa,  
tam tenuis, viscera  
Quae nec tumes satiata  
ob prima cibaria,  
Speras cantizando cunctis  
imperare gratia.
13. Iam cessa te laborando,  
non praemittit brachia  
De cunctis, auscultat nemo,  
nemo dat iuvamina,  
Nisi ipse, qui te finxit,  
propria spiramina.
14. Parce vatem iam segura,  
eiularae tardita,  
Conticesce, conticesce,  
nec crepando clangita,  
Anxiata vires mollis,  
locum tuum propera.

15. Illa vero stringens pauca  
 modulorum garrita  
 In aestate, stupefacta  
 pro natorum gloria,  
 Bruma tegit sibilosa  
 corpus sua funera.

16. Trinitas sancta superna  
 nostra purget crimina,  
 Ut ad alta poli summa  
 introducat limina  
 Regnareque nos concedat  
 per saecula in aethera.

Trop. ms. Martialis. saec. 10. Cod. Parisien. 1118. — 1, 1 Die Initiale A fehlt. — 1, 2 hetera. — 2, 2 horgana. — 2, 4 armonia. — 2, 6 micha (Cfr. 7, 4 chacumina). — 3, 3 Creans spera. — 4, 1 creauit. — 4, 5 huni-versa. — 5, 3 erbarum. — 5, 4 titancia. — 6, 1 tunc fehlt. — 6, 3 Ex ouarum huna. — 6, 5 hac robusta. — 7, 1 Salliendo. — 7, 2 alte eq silva. — 7, 3 Dies phila. — 7, 4 chacumina. — 8, 1 mitit. — 8, 2 voce sipesibila. — 8, 3 nicantando. — 8, 4 foltuum pro stibula (l. folluum?). — 8, 5 Cliscit. — 9, 1 Ozu. — 9, 6 dulcisflua. — 10, 2 thimfanistria. — 11, 2 bucula. — 11, 4 iupiter nausia. — 11, 5 ora. — 12, 3 dumes. — 12, 4 opprima. — 13, 1 cessate laborando. — 13, 3 te cunctis. — 13, 4 nemo fehlt. — 13, 5 finxit. — 14, 2 heiulare. — 14, 3 Cunctiscesce. — 14, 5 anexiata uires nollis. — 15, 2 modolorum. — 16, 5 regnarique. — 16, 6 l. in aeterna? — Außerdem ist stets u statt v geschrieben und durchweg langes s, selbstredend auch e statt ae. — Wegen der abenteuerlichen Latinität ist das in *Analecta VII*, S. 10 ff. Bemerkte zu vergleichen; stellenweise habe ich Änderungen des gar zu Unverständlichen gewagt. Die Einleitung und namentlich die Doxologie dürften erklären, warum diesem mehrfach sehr interessanten Liede wenigstens im Anhang ein Platz gegönnt wurde.



# Inhalts-Übersicht.

## A. Real-Index.

### 1. De Sanctis.

	Seite		Seite
De omnibus Sanctis . . . . .	9—19	De s. Dorothea . . . . .	72—77
De ss. Angelis . . . . .	19—21	De s. Dympna . . . . .	78 u. 79
De s. Angelo Custode . . . . .	22—24	De s. Elisabeth . . . . .	79
De ss. Apostolis . . . . .	25	De s. Erentrude . . . . .	80
De ss. Evangelistas . . . . .	25	De s. Fide . . . . .	82
De ss. quattuor Doctoribus . . . . .	25	De s. Gabriele . . . . .	82
De Sanctis privilegiatis . . . . .	26	De s. Georgio . . . . .	83 u. 84
De s. Aegidio . . . . .	27—28	De s. Gertrude . . . . .	84
De s. Agnete . . . . .	29—32	De s. Godeleva . . . . .	85
De s. Albano . . . . .	33	De s. Gregorio . . . . .	85 u. 86
De s. Alberto . . . . .	33	De s. Guillelmo . . . . .	87
De s. Alexio . . . . .	34	De s. Helena . . . . .	88
De s. Ambrosio . . . . .	35	De s. Hieronymo . . . . .	88—91
De s. Andrea . . . . .	35	De ss. Hieronymo, Augustino, Thoma Aquinate . . . . .	92
De s. Anna . . . . .	36—42	De s. Hugone . . . . .	93
De s. Antonio . . . . .	43	De s. Iacobo Maiore . . . . .	94 u. 95
De s. Apollonia . . . . .	44	De ss. Iacobo et Philippo . . . . .	96
De s. Arnulpho Villariense . . . . .	44	De ss. Innocentibus . . . . .	97
De s. Augustino . . . . .	45—48	De s. Iohanne Baptista . . . . .	98—101
De s. Autberto . . . . .	48	De ss. Iohanne Baptista et Iohanne Evangelista . . . . .	103
De s. Barbara . . . . .	50—58	De s. Iohanne Evangelista . . . . .	104—106
De s. Bartholomaeo . . . . .	59	De s. Ioseph . . . . .	106 u. 107
De s. Benedicto . . . . .	59	De s. Iuda . . . . .	107
De s. Bernardo . . . . .	60 u. 61	De s. Ivone . . . . .	108
De s. Birgitta . . . . .	62—65	De s. Katharina . . . . .	109—126
De s. Bonifatio . . . . .	65	De s. Laurentio . . . . .	129
De s. Brigida . . . . .	66	De s. Leonardo . . . . .	130
De s. Caecilia . . . . .	66	De s. Ludovico Alamando . . . . .	130 u. 131
De s. Christophero . . . . .	67 u. 68	De s. Margareta . . . . .	132—136
De s. Clara . . . . .	68	De s. Maria Magdalena . . . . .	137—145
De s. Corbiniano . . . . .	69 u. 70	De s. Martha . . . . .	146 u. 147
De ss. Cosma et Damiano . . . . .	71		
De s. Cuthberto . . . . .	72		

	Seite		Seite
De s. Martino . . . . .	149 u. 150	De s. Sigismundo . . . . .	169
De s. Mauritio . . . . .	151—156	De s. Sixto . . . . .	169
De s. Michaelae . . . . .	158	De ss. Sixto et Sebastiano . . . . .	170
De s. Nicolao . . . . .	159—161	De s. Stanislao Casimirano . . . . .	171
De ss. Petro et Paulo . . . . .	161 u. 162	De s. Stephano . . . . .	171 u. 172
De s. Petronella . . . . .	162	De s. Stephani Inventione . . . . .	172
De s. Regina . . . . .	163	De s. Thoma . . . . .	174
De s. Rosalia . . . . .	164	De ss. Thoma apostolo et Thoma archiepiscopo . . . . .	175
De s. Sebaldo . . . . .	164	De s. Udalrico . . . . .	176
De s. Sebastiano . . . . .	166 u. 167	De s. Ursula . . . . .	177 u. 178
De s. Servatio . . . . .	168 u. 169		

## II. Moralia.

De amore Christi . . . . .	181
De amore Christi . . . . .	181
Dialogus Papae et Mariae Virginis . . . . .	182
Alphabetum de bonis sacerdotibus . . . . .	186
Alphabetum de malis sacerdotibus . . . . .	188
Dictamen de presbyteris . . . . .	190
De statu sacerdotali . . . . .	193
De pastore et mercenario . . . . .	195
De malis clericis . . . . .	198
De religione . . . . .	198
De vita religiosa . . . . .	198
De vita religiosa . . . . .	200
De forma vivendi monachorum . . . . .	201
Exhortatio ad monachos de contemptu saeculi . . . . .	208
Speculum claustralium . . . . .	211
De habitu et conversatione monachorum . . . . .	216
De patientia habenda in capitulo . . . . .	217
Oratio dicenda in introitu lecti . . . . .	218
De bonis operibus . . . . .	218
De paupere reficiendo . . . . .	220
De humilitate . . . . .	220
De vitiis capitalibus . . . . .	221
De avaritia . . . . .	222
De malo exemplo . . . . .	223
Lessus paenitentis . . . . .	224
Lessus paenitentis . . . . .	224
Lessus paenitentis . . . . .	225
Lessus paenitentis . . . . .	230
Lessus paenitentis . . . . .	231
Confessio Imbriconis episcopi Wirezburgensis . . . . .	234
De accusatione hominis erga Deum . . . . .	237
Modus confitendi . . . . .	238
De commendatione uniuscuiusque animae . . . . .	258
De contemptu omnium vanitatum . . . . .	259
De vanitate mundi . . . . .	260
De vanitate mundi . . . . .	266
De vanitate mundi . . . . .	267
De contemptu mundi . . . . .	268

	Seite
Dolus mundi . . . . .	269
De malitia temporum . . . . .	273
De malitia temporum . . . . .	274
De malitia temporum . . . . .	274
De malitia mundi . . . . .	275
Status religiosorum modernus . . . . .	276
Conflictus mundi et abrenuntiantis . . . . .	278
Canticum, quo incitantur servi Dei ad caelestem patriam desiderandam . . . . .	280
De morte . . . . .	283
Vado mori . . . . .	285
Dialogus mortis cum homine . . . . .	287
Quod homo debet cogitare, qualis erit in sepulcro . . . . .	288
Adhortatio „ad terrorem omnium“ . . . . .	289
Adhortatio ad paenitentiam . . . . .	292
De extremo iudicio . . . . .	294
Adhortatio bona ad clerum . . . . .	300
De novissimis . . . . .	303
Versus de adventu antichristi . . . . .	313
Lessus damnati . . . . .	314
De excidio Hierosolymorum . . . . .	315
Threni captis Hierosolymis . . . . .	316
Planctus pro diuturna captivitate terrae transmarinae per Saladinum . . . . .	319

### III. Appendix.

Thronus Salomonis . . . . .	323
De eleemosyna vagis danda . . . . .	324
De duobus gladiis . . . . .	325
Carmen episcopi Brunonis invehentis contra papam . . . . .	327
Laudes studii scholaris . . . . .	327
Dogmatile puerorum . . . . .	329
Status clericalis aliis praeferendus . . . . .	332
Proverbia . . . . .	334
De fraude mulierum . . . . .	336
De corvo s. Vincentii . . . . .	336
Proteus . . . . .	340
Philomela . . . . .	343

### B. Verbal-Index.


	Seite	Seite	
Adeptus quisque munere . . . . .	216	Alme Christe rex immense . . . . .	273
Adest triumphus nobilis . . . . .	57	Ampulla vitrea   Sub mole . . . . .	334
Ad laudem tui nominis . . . . .	117	Angele qui meus es custos . . . . .	24
Ad mensam resides sumens . . . . .	220	Antequam iudicii dies . . . . .	294
Adonai Deus sis laudabilis . . . . .	164	Antichriste quid moraris . . . . .	313
Ad patriam caeli suspirans . . . . .	200	Antoni pater sanctissime . . . . .	43
Ad perennis vitae fontem . . . . .	186	Aquarum meis quis det . . . . .	188
Ad terrorem omnium . . . . .	289	Audi mi Deus piissime . . . . .	237
Ad vitam claustralium . . . . .	211	Aurea frequenter lingua . . . . .	343
Age Deus causam meam . . . . .	258	Autherti vita inclita . . . . .	48
Alma Deum Dympha . . . . .	78	Ave Agnes generosa . . . . .	31

	Seite		Seite
Ave Anna laude magna . . . . .	39	Deus qui vis creaturam . . . . .	242
Ave Anna radix Iesse . . . . .	39	Dicat nobis primus homo . . . . .	336
Ave custos mihi datus . . . . .	24	Dionysi radius Graeciae . . . . .	26
Ave dulcis Magdalena . . . . .	144	Duae stellae claritatis . . . . .	175
Ave dux Sebastiane . . . . .	166	Ecce mundus moritur . . . . .	264
Ave Dympna virgo . . . . .	79	Eia qui terra premeris . . . . .	65
Ave felix o Regina . . . . .	163	Extas vir egregie   Oriundus . . . . .	27
Ave flos Rosalia . . . . .	164	Exsultet caelum laudibus . . . . .	88
Ave gemma claritatis . . . . .	103	Felix quae caeli solio . . . . .	143
Ave gemma sacerdotum . . . . .	149	Fidei integritatem . . . . .	255
Ave martyr gloriosa . . . . .	85	Fideles huc attendite . . . . .	84
Ave mater humilis   Ancilla . . . . .	68	Florido quondam tempore . . . . .	78
Ave mater virginis . . . . .	131	Fulta fide Dorothea . . . . .	73
Ave pastor et patrone . . . . .	70	Gaude Christi sponsa Agna . . . . .	32
Ave Pater Augustine . . . . .	45	Gaude felix Barbara   Virgo . . . . .	53
Ave pater et Domine . . . . .	169	Gaude felix Magdalena . . . . .	142
Ave peregrinorum Birgitta . . . . .	65	Gaude felix Margarita . . . . .	133
Ave rosa sanctitatis . . . . .	54	Gaude fili Zebedai . . . . .	94
Ave sacratissima   Dei creatura . . . . .	182	Gaude Martha laudabilis . . . . .	146
Ave trini lucifera . . . . .	57	Gaude nunc Caecilia . . . . .	66
Ave tu virtutum tumba . . . . .	72	Gaude praesul sanctitatis . . . . .	131
Ave venerabilis   Virgo . . . . .	114	Gaude sponsa Dorothea . . . . .	74
Ave virgo generosa   Ave . . . . .	32	Gaude sponsa gloriae . . . . .	62
Ave virgo gloriosa   Ave rosa . . . . .	132	Gaude virgo Christi grata . . . . .	74
Ave virgo Katharina . . . . .	115	Gemma Dei pretiosa . . . . .	116
Ave virgo micans rosa . . . . .	114	Georgi mirabilis victor . . . . .	83
Ave virgo nobilis   Gloriosa . . . . .	136	Gratulare ave care angele . . . . .	24
<b>Baptismale</b> inquinavi . . . . .	255	Guilelmus flos nobilium . . . . .	87
Barbara virginitatis   Decus . . . . .	54	Hispalis orbe sub occiduo . . . . .	336
Brida nomen habet gemino . . . . .	66	Homo Dei creatura . . . . .	303
Caecus ego sequens caecum . . . . .	266	Hymnos psalmos concinamus . . . . .	91
Caeli regem veneremur   Voce . . . . .	88	Iacobe tu maior gaude . . . . .	95
Caeli sacri principatus . . . . .	16	Iesu bone sic dispone . . . . .	39
Caritate vulneratus . . . . .	61	Iesu Christi Domini   Confessor . . . . .	59
Christophori collo sedeo . . . . .	67	Iesu Christi famula Barbara . . . . .	52
Christus nobis tradidit . . . . .	201	Ille pastor optimus   Merito . . . . .	195
Clamat ecce supplex mea . . . . .	225	Inclite caeligena Michael . . . . .	153
Claritatis speculum . . . . .	113	Indue cilicium sedes in pulvere . . . . .	316
Clarum pater Augustine . . . . .	46	In virtute maiestatis . . . . .	22
Collaudemus digna laude . . . . .	161	Iohannes Christo proximus . . . . .	104
Confessorem veneremur . . . . .	149	Iohannes vox gratiae . . . . .	98
Contemplator trinitatis . . . . .	171	<b>Karismalis</b> Dei cella . . . . .	113
Coram choris angelorum . . . . .	19	Katharina o regina . . . . .	121
Corde malum cogitavi . . . . .	251	Kosti regis filia felix . . . . .	112
Cor tumens superbia . . . . .	220	<b>Laus</b> et honor pueris . . . . .	329
Cum bene perpendo quid sim . . . . .	234	Lux doctorum norma morum . . . . .	48
Cum sim modo moriturus . . . . .	283	Lynam quam suspenderam . . . . .	302
<b>De gula</b> me reddo ream . . . . .	245	<b>Magne</b> pater o Gregori . . . . .	85
Deprecor ut damnes . . . . .	218	Malum feci per sermonem . . . . .	249
Deus conditor benigne . . . . .	244	Maria spes veniae pia . . . . .	140
Deus mundi fabricator . . . . .	241	Martha Iesu hospita . . . . .	147



	Seite		Seite
Martyr Christophore . . . . .	68	O laudanda gloriosae . . . . .	79
Michaelis interventu . . . . .	158	O Laurenti martyr Christi . . . . .	129
Mirror cur tepeat   Cum debeat . . . . .	319	Olim nostrum ordinem . . . . .	276
Multa scelera patravi . . . . .	253	O Margarita splendida . . . . .	134
Multi sunt presbyteri . . . . .	190	O Maria Magdalena . . . . .	145
Mundi fides iam frigescit . . . . .	275	O Martha Christi hospita . . . . .	147
Mundus deciduus et homo . . . . .	267	O Martine flos praesulum . . . . .	150
Mundus errat ut apparet . . . . .	223	O medici piissimi . . . . .	71
Nemo valet congruis verbis . . . . .	327	O Michael sancte precor . . . . .	158
Nobilis Corbiniane . . . . .	69	O milites angelici . . . . .	21
Nobilis egrediens hospes . . . . .	44	O miranda Dorothea . . . . .	77
Nobilis et iusta mitis . . . . .	77	O miranda vanitas . . . . .	264
Nobis in munus se donet . . . . .	19	O mi sancte pater Alberte . . . . .	33
Nunc ad pessimum accedo . . . . .	250	Omnes modo deprecor . . . . .	294
Nunc confiteor peccata . . . . .	253	Omnes qui assistitis . . . . .	300
Nunc conabor confitendo . . . . .	246	Omnes sancti dirigite . . . . .	18
Nunc protestor quod sum rea . . . . .	256	Omnipotens miserere . . . . .	18
O Albane Deo grate . . . . .	33	O odorifere narde . . . . .	60
O Ambrosi serve Christi . . . . .	35	O pater Deus aeterno . . . . .	231
O animarum medici . . . . .	71	O pater ingenite . . . . .	15
O Anna dulcissima . . . . .	37	O patrone pastor bone . . . . .	169
O Antoni sancte pater . . . . .	43	O patroni venerandi . . . . .	170
O Barbara sanctissima . . . . .	52	O pia regina laesi cordis . . . . .	114
O beata Anna clara . . . . .	40	O piissima peccatrix . . . . .	138
O beata Katharina . . . . .	114	O praesul mitissime . . . . .	168
O beata mater Anna . . . . .	36	O quam mira refulsit . . . . .	167
O beata trinitas   Rectrix . . . . .	9	O quam splendifera . . . . .	154
O beate angele   Comes . . . . .	22	O qui sine viribus . . . . .	288
O beati Innocentes . . . . .	97	O redolens narde pater . . . . .	61
O bone claustralis Christi . . . . .	207	Ore tuo Christe benedictus . . . . .	218
O caelestis o beata . . . . .	51	O sancte Sebastiane . . . . .	167
O candens stella vernans . . . . .	44	O sanctorum splendor . . . . .	172
O Christi martyr pia . . . . .	58	O si possem et vi nossem . . . . .	29
O Christi martyr Ursula . . . . .	178	O sugentes Innocentes . . . . .	97
O cleri collectio quare . . . . .	324	O veneranda trinitas . . . . .	106
O Deus omnipotens rea . . . . .	230	O viri apostolici . . . . .	25
O dilectrix Iesu Christi . . . . .	139	O virtutis infinitae . . . . .	20
O doctores spiritales . . . . .	25	O virum ineffabilem . . . . .	150
O doctorum doctor ave . . . . .	90	O vos Iacobe Philippe . . . . .	96
O dux Mauriti qui clarior . . . . .	152	O vos quos antiquus . . . . .	221
O felix evangelista . . . . .	106	<b>Papa</b> beatissime nobilis . . . . .	26
O felix legio   Quae sursum . . . . .	153	Parce flenti et dolenti . . . . .	224
O Gabriel laudabilis . . . . .	82	Pater fili spiritus . . . . .	327
O genereose domine . . . . .	91	Per invidiam caecata . . . . .	240
O Iohannes gloriose . . . . .	99	Petre gregis Christi pastor . . . . .	162
O Iohannes gloriose . . . . .	100	Petre Paule congaudete . . . . .	161
O Iohannes gloriose . . . . .	100	Plange Sion et Iudaea . . . . .	315
O Iohannes vir summi meriti . . . . .	104	Pratum vidi spatiosum . . . . .	222
O Ivo consors caelice . . . . .	108	Proteus hic sapiat . . . . .	340
O Katharina nobilis . . . . .	119	Quamvis arguentis dure . . . . .	248
O Katharina regia . . . . .	109	Quamvis culpa blasphemorum . . . . .	247

	Seite		Seite
Qui crucis in ligno . . . . .	200	Sertum tibi plectitur . . . . .	126
Qui rerum considerat . . . . .	260	Si mihi vis firmare . . . . .	181
Quis es tu quem video . . . . .	287	Si quis aures habeat . . . . .	268
Qui transitis monachi . . . . .	207	Si vis bonus fieri . . . . .	198
Quondam duo gladii . . . . .	325	Si vis esse coenobita . . . . .	208
Quo sine fine manes . . . . .	25	Sponsa Christi Katharina . . . . .	111
<b>Rea nimis coram Deo.</b> . . . .	250	Stella lucens clare . . . . .	75
Rea nimis et iniqua . . . . .	254	Stephanus Israelita . . . . .	172
Recognosco quod erravi . . . . .	238	Sublimato laureato . . . . .	129
Religio sine corde pio . . . . .	198	Surge miser quid dormitas . . . . .	209
<b>Saepe malum quod patravi</b> . . . . .	249	<b>Tabescentis iam immundi</b> . . . . .	278
Salve decus feminarum . . . . .	62	Tempus acceptabile . . . . .	292
Salve dulcis Magdalena . . . . .	137	Theodosii filia . . . . .	135
Salve felix Petronella . . . . .	162	Thronum grandem ebore . . . . .	323
Salve flos ecclesiae . . . . .	86	Tota christianitas . . . . .	274
Salve Iesu generosa . . . . .	50	Trahunt in praecipitia . . . . .	198
Salve lumen radiosum . . . . .	137	Tu Iesus es testis . . . . .	67
Salve Magdalena mundo . . . . .	137	Tu qui cor tuum furaris . . . . .	181
Salve norma monachorum . . . . .	93	Tu qui digne vel indigne . . . . .	217
Salve pater et patrone . . . . .	168	Tu qui formam trinitatis . . . . .	171
Salve pater pietatis . . . . .	130	Turba Christi fidelium . . . . .	156
Salve praesul bone . . . . .	176	<b>Unicus ob Christum vivus.</b> . . . .	218
Salve praesul gloriose . . . . .	160	Urbs gratulare nobilis . . . . .	130
Salve proles Zebedaei . . . . .	105	Urbs sancta Ierusalem . . . . .	280
Salve redemptor Domine . . . . .	18	Utinam attenderet . . . . .	274
Salve rosa puritatis . . . . .	80	Ut inter spinas lilium . . . . .	34
Salve sacratissime mulierum . . . . .	98	<b>Vado mori series ab initio</b> . . . . .	285
Salve salve praelecta . . . . .	41	Vale Venus Agrippinae . . . . .	177
Salve sancta Anna   Vitae . . . . .	42	Vanitatum vanitas . . . . .	259
Salve sancte Iohannes . . . . .	101	Veni creator spiritus   Et mentem . . . . .	23
Salve sancte martyr Dei . . . . .	151	Verbis Deum blasphemavi . . . . .	252
Salve sancte pater Cuthberte . . . . .	72	Verbum Dei reseravit . . . . .	104
Salvete principes omnes . . . . .	17	Vide fabrum fili mi . . . . .	332
Salve virgo Katharina . . . . .	110	Virgo Deo cara rosa . . . . .	57
Salve virgo speciosa . . . . .	84	Virgo fide sana de stirpe . . . . .	51
Sancta Fides virgo clara . . . . .	82	Virgo prudentissima Ursula . . . . .	177
Sancte Dei flos . . . . .	159	Viri beatissimi sacerdotes . . . . .	193
Sancte Ioseph fili David . . . . .	107	Viri fratres servi Dei . . . . .	269
Sancte pater Augustine . . . . .	47	Virtutibus inserendis . . . . .	256
Sancte Thoma princeps . . . . .	174	Vitae caelibis sacrator . . . . .	245
Sanctum Iudam collaudemus . . . . .	107	Vitae dator et plasmator . . . . .	224
Sanctus hic vir Sigismundus . . . . .	169	Vos avete admirandi . . . . .	92
Seraphim quae sunt amanda . . . . .	21	Votivis Christum laudibus . . . . .	155



Cl. Blume und G. M. Dreves,

ANALECTA HYMNICA MEDII Aevi.

- I. Theil: **Cantiones Bohemicae.** Leiche, Lieder und Rufe des 13., 14. und 15. Jahrhunderts nach Handschriften aus Prag, Jistelnicz, Wittingau, Hohenfurt und Tegernsee. 1886. 19 Bogen. M. 6,—.
- II. Theil: **Hymnarius Moissiacensis.** Das Hymnar der Abtei Moissac im 10. Jahrhundert. Nach einer Handschrift der Rossiana. Im Anhang: a) Carmina scholarium campensium. b) Cantiones Vissegradenses. 1884. 11 Bogen. M. 5,—.
- III. Theil: **Conradus Gemlicensis.** Konrad's von Hainburg und seiner Nachahmer, Albert's von Prag und Ulrich's von Wessobrunn Reimgebete und Leselieder. 1888. 12½ Bogen. M. 6,—.
- IV. Theil: **Hymni Inediti.** Liturgische Hymnen des Mittelalters aus handschriftlichen Breviarien, Antiphonalien und Processionalien. 1889. 17 Bogen. M. 8,—.
- V. Theil: **Historiae Rhythmicae.** Liturgische Reimofficien des Mittelalters. Erste Folge. Aus Handschriften und Wiegendrucken. 1889. 17¾ Bogen. M. 8,—.
- VI. Theil: **Udalricus Wessofontanus.** Ulrich Stocklin's von Rottach, Abts zu Wessobrunn, 1438—1443 Reimgebete und Leselieder mit Ausschluss der Psalterien. 1889. 12¾ Bogen. M. 6,—.
- VII. Theil: **Prosarium Lemovicense.** Die Prosen der Abtei St. Martial zu Limoges aus Troparien des 10., 11. und 12. Jahrhunderts. 1890. 17¼ Bogen. M. 8,—.
- VIII./IX. Theil: **Sequentiae Ineditae.** Liturgische Prosen des Mittelalters aus Handschriften und Wiegendrucken. Erste und zweite Folge. 1890. 14½ und 18½ Bogen. M. 7,50 und M. 8,—.
- X. Theil: **Sequentiae Ineditae.** Liturgische Prosen des Mittelalters. Dritte Folge. 1891. 21 Bogen. M. 10,—.
- XI./XII. Theil: **Hymni Inediti.** Liturgische Hymnen des Mittelalters. Zweite und dritte Folge. 1891 und 1892. à 17 Bogen. à M. 8,—.
- XIII. Theil: **Historiae Rhythmicae.** Liturgische Reimofficien des Mittelalters. Zweite Folge. 1892. 17 Bogen. M. 8,—.
- XIV. Theil: **Hymnarius Severinianus.** Das Hymnar der Abtei St. Severin in Neapel. — **Orricus Scacabarotius.** Origo Scacabarozzi's Liber Officiorum. 1893. 17 Bogen. M. 8,—.
- XV. Theil: **Pia Dictamina.** Reimgebete und Leselieder des Mittelalters. Erste Folge. 1893. 17 Bogen. M. 8,—.
- XVI. Theil: **Hymnodia Iberica.** Spanische Hymnen des Mittelalters aus liturgischen Handschriften und Druckwerken Römischen Ordos. 18 Bogen. M. 9,—.
- XVII. Theil: **Hymnodia Iberica.** Liturgische Reimofficien aus spanischen Breviarien. 1894. 15 Bogen. M. 7,50.
- XVIII. Theil: **Historiae Rhythmicae.** Liturgische Reimofficien des Mittelalters. Dritte Folge. 1894. 17 Bogen. M. 8,—.
- XIX. Theil: **Hymni Inediti.** Liturgische Hymnen des Mittelalters aus Handschriften und Wiegendrucken. Vierte Folge. 1894. 17½ Bogen. M. 9,—.
- XX. Theil: **Cantiones et Muteti.** Lieder und Motetten des Mittelalters. Erste Folge. 1895. 16½ Bogen. M. 8,—.
- XXI. Theil: **Cantiones et Muteti.** Lieder und Motetten des Mittelalters. Zweite Folge. 1895. 14½ Bogen. M. 7,—.
- XXII./XXIII. Theil: **Hymni Inediti.** Liturgische Hymnen des Mittelalters aus Handschriften und Wiegendrucken. Fünfte und sechste Folge. 1897/96. 18¾ und 19½ Bogen. M. 9,— und M. 9,50.
- XXIV. Theil: **Historiae Rhythmicae.** Liturgische Reimofficien des Mittelalters. Vierte Folge. 1896. 18 Bogen. M. 9,—.
- XXV. Theil: **Historiae Rhythmicae.** Liturgische Reimofficien des Mittelalters. Fünfte Folge. 1897. 19 Bogen. M. 9,—.
- XXVI. Theil: **Historiae Rhythmicae.** Liturgische Reimofficien des Mittelalters. Sechste Folge. 1897. 18¼ Bogen. M. 9,—.
- XXVII. Theil: **Hymnodia Gotica.** Die Mozarabischen Hymnen des alt-spanischen Ritus Aus handschriftlichen und gedruckten Quellen. 1897. 18½ Bogen. M. 9,—.
- XXVIII. Theil: **Historiae Rhythmicae.** Liturgische Reimofficien des Mittelalters. Siebente Folge. 1898. 21 Bogen. M. 10,—.
- XXIX./XXXII. Theil: **Pia Dictamina.** Reimgebete und Leselieder des Mittelalters. Zweite bis fünfte Folge. 1898/99. 15, 19½, 13¾ und 15 Bogen. M. 7,50 — 9,50 — 7,— und 7,50.

Als Ergänzung erschien:

**Hymnologische Beiträge.** Herausgegeben von Blume und Dreves.  
I. **Gottschalk,** Mönch von Limburg an der Hardt und Propst von Aachen, ein Prosator des XI. Jahrhunderts. 14 Bogen. Gr. 8. M. 7,—.









		80 5253 AS	Analecta by
		9/5/40	REP in 1940
		29.12.72	PAID 2/11/72
		10/9/72	005 Section 1972 ex
		Marg9	Rigs - Keen

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES  
 59 QUEEN'S PARK CRESCENT  
 TORONTO - 5, CANADA

10813







**GretagMachbeth™ ColorChecker Color Rendition Chart**

